²¹ Cfr Congregazione per la Dottrina della Fede, Istruzione *Donum vitae*, 22 febbraio 1987, II A 1-3

una prestazione sociale non sono infatti accettabili solo se sono contrarie alla giustizia.²² Non attribuire lo statuto sociale e giuridico di matrimonio a forme di vita che non sono né possono essere matrimoniali non si oppone alla giustizia, ma, al contrario, è da essa richiesto.

Neppure il principio della giusta autonomia personale può essere ragionevolmente invocato. Una cosa è che i singoli cittadini possano svolgere liberamente attività per le quali nutrono interesse e che tali attività rientrino genericamente nei comuni diritti civili di libertà, e un'altra ben diversa è che attività che non rappresentano un significativo e positivo contributo per lo sviluppo della persona e della società possano ricevere dallo Stato un riconoscimento legale specifico e qualificato. Le unioni omosessuali non svolgono neppure in senso analogico remoto i compiti per i quali il matrimonio e la famiglia meritano un riconoscimento specifico e qualificato. Ci sono invece buone ragioni per affermare che tali unioni sono nocive per il retto sviluppo della società umana, soprattutto se aumentasse la loro incidenza effettiva sul tessuto sociale.

9. Poiché le coppie matrimoniali svolgono il ruolo di garantire l'ordine delle generazioni e sono quindi di eminente interesse pubblico, il diritto civile conferisce loro un riconoscimento istituzionale. Le unioni omosessuali invece non esigono una specifica attenzione da parte dell'ordinamento giuridico, perché non rivestono il suddetto ruolo per il bene comune.

Non è vera l'argomentazione secondo la quale il riconoscimento legale delle unioni omosessuali sarebbe necessario per evitare che i conviventi omosessuali perdano, per il semplice fatto della loro convivenza, l'effettivo riconoscimento dei diritti comuni che essi hanno in quanto persone e in quanto cittadini. In realtà, essi possono sempre ricorrere — come tutti i cittadini e a partire dalla loro autonomia privata — al diritto comune per tutelare situazioni giuridiche di reciproco interesse. Costituisce invece una grave ingiustizia sacrificare il bene comune e il retto diritto di famiglia allo scopo di ottenere dei beni che possono e debbono essere garantiti per vie non nocive per la generalità del corpo sociale.²³

²² Cfr s. Tommaso d'Aquino, *Summa Theologiae*, II-II, q. 63, a. 1, e.

²³ Occorre non dimenticare inoltre che sussiste sempre «il pericolo che una legislazione che faccia dell'omosessualità una base per avere dei diritti possa di fatto incoraggiare una persona con tendenza omosessuale a dichiarare la sua omosessualità o addirittura a cercare un "partner" allo scopo di sfruttare le disposizioni della legge» (Congregazione per la Dottrina della Fede, *Alcune considerazioni concernenti la risposta a proposte di legge sulla non discriminazione delle persone omosessuali*, 24 luglio 1992, n. 14),

10. Se tutti i fedeli sono tenuti ad opporsi al riconoscimento legale delle unioni omosessuali, i politici cattolici lo sono in particolare, nella linea della responsabilità che è loro propria. In presenza di progetti di legge favorevoli alle unioni omosessuali, sono da tener presenti le seguenti indicazioni etiche.

Nel caso in cui si proponga per la prima volta all'Assemblea legislativa un progetto di legge favorevole al riconoscimento legale delle unioni omosessuali, il parlamentare cattolico ha il dovere morale di esprimere chiaramente e pubblicamente il suo disaccordo e votare contro il progetto di legge. Concedere il suffragio del proprio voto ad un testo legislativo così nocivo per il bene comune della società è un atto gravemente immorale.

Nel caso in cui il parlamentare cattolico si trovi in presenza di una legge favorevole alle unioni omosessuali già in vigore, egli deve opporsi nei modi a lui possibili e rendere nota la sua opposizione: si tratta di un doveroso atto di testimonianza della verità. Se non fosse possibile abrogare completamente una legge di questo genere, egli, richiamandosi alle indicazioni espresse nell'Enciclica *Evangelium vitae*, « potrebbe lecitamente offrire il proprio sostegno a proposte mirate a limitare i danni di una tale legge e a diminuirne gli effetti negativi sul piano della cultura e della moralità pubblica », a condizione che sia « chiara e a tutti nota » la sua « personale assoluta opposizione » a leggi siffatte e che sia evitato il pericolo di scandalo.²⁴ Ciò non significa che in questa materia una legge più restrittiva possa essere considerata come una legge giusta o almeno accettabile; bensì si tratta piuttosto del tentativo legittimo e doveroso di procedere all'abrogazione almeno parziale di una legge ingiusta quando l'abrogazione totale non è possibile per il momento.

11. La Chiesa insegna che il rispetto verso le persone omosessuali non può portare in nessun modo all'approvazione del comportamento omosessuale oppure al riconoscimento legale delle unioni omosessuali. Il bene comune esige che le leggi riconoscano, favoriscano e proteggano l'unione matrimoniale come base della famiglia, cellula primaria della società. Riconoscere legalmente le unioni omosessuali oppure equipararle al matrimonio, significherebbe non soltanto approvare un comportamento déviant, con la conseguenza di renderlo un modello nella società attuale, ma anche offuscare valori fondamentali che appartengono al patrimonio comune dell'umanità. La Chiesa non può non difendere tali valori, per il bene degli uomini e di tutta la società.

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nell'Udienza concessa il 28 marzo 2003 al sottoscritto Cardinale Prefetto, ha approvato le presenti Considerazioni,

²⁴ Giovanni Paolo II, Lettera Enciclica *Evangelium, vitae*, 25 marzo 1995, n. 73.

decise nella Sessione Ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 3 giugno 2003, Memoria dei santi Carlo Lwanga e Compagni, martiri.

83 IOSEPH card. RATZINGER

Prefetto

L. 88 S.

†8 Angelo Amato, S.D.B.

arci v. tit. di Sila

Segretario

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ARIMINENSIS

**Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Alberti Marvelli christifidelis laici
(1918-1946)**

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Albertus Marvelli Ferrariae natus est die 30 mensis Martii anno 1918, *Arimini* vero crevit vixitque, ubi familia eius domicilium suum constituerat. Bononiae dignitatem ac nomen doctoris machinatoris in Universitate Studiorum, consecutus est. Actuose interfuit vitae ecclesiali, sociali et politicae urbis suae et publicis officiis functus est in rerum municipalium et nationalium administratione. Constanti navitate unionem cum Deo curavit et sedulum multiplicemque exercuit apostolatam uti membrum variarum consociationum laicorum, sicut Actionis Catholicae et Conferentiarum Sancti Vincentii de Paul. Pauperibus inserviit et doctoribus renuntiatis catholicis dioeceseos praefuit. Vehículo forte impulsus atque prostratus, die 5 mensis Octobris anno 1946 occubuit. Summus Pontifex Ioannes Paulus **II**,

die 22 mensis Martii anno 1986, Servum Dei virtutes théologales, cardinales et iis adnexas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem, intercessioni Servi Dei tributam, domini Titi Malfatti, arte medici, qui inde a mense Iunio anno 1990 ex femore laevo repente ac peracute dolore iamiam coxam arripiente laborari cepit. Cum lumborum ischiadisque aegrotationem quandam dolorem illum esse putaret, medicamina sumpsit antinflammatoria, quae tamen ad tempus perbreve modo valuerunt. Pathologia ingravescente, aegrotus usque ad tantam inhibitionem antalgicam functionum claudicare incepit, ne gradus scalarum amplius ascendere posset. Cum dolores et impotentia functionum suarum persistèrent, diligentiores peractae sunt clinicae investigationes, quae spondylum arthrisim diffusam cum imminutione spatii inter tertiam et quartam vertebrae lumbarem protulerunt, ubi conspicua etiam hernia disci mediam ac paramediani laevi aderat. Paulo post altera hernia disci inter quartam et quintam vertebrae lumbarem exstitit atque investigationes subsequentes tertiam quoque postremo ostenderunt herniam discalem: aegroti condiciones igitur eo in gravius vertebant, ut magno cum corporis animaeque suo maerore fere ipse ad immobilitatem redigeretur. Ad divinum auxilium ergo fidenter confugere incepit. Mense Augusto anno 1991 una cum muliere unoque filiorum suorum ad sepulcrum Venerabilis Servi Dei Alberti Marvelli se contulit in ecclesia Sancti Augustini Ariminensi, ut per eius intercessionem non tantum sanationem impetrarent a Deo, quantum cessationem saltem dolorosae infirmantisque illius symptomatologiae. Paucis post diebus omnis dolorosa manifestatio eo plane evanuerat, ut Titus doctor consuetum officium suum medici repetere posset. De hoc miro aestimato casu anno 1997 apud Curiam Bononiensem Inquisitio dioecisana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 23 mensis Ianuarii anno 1998 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 14 mensis Novembris anno 2002 sanationem satis rapidam, completam et duraturam sub specie symptomatologiae, inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 4 mensis Martii anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 20 insequentis mensis Maii eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Alberti Marvelli, Christifidelis laici, videlicet de satis rapida, completa et duratura sub specie symptomatologiae sanatione Titi Malfatti a « lombosciatalgia con ernia discale L4-L5 di tipo mediano e para-mediano sinistro - retrolistesi di L4-L5 ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. 88 S.

88 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BRATISLAVIENSIS - TYRNAVIENSIS

Beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei Sidoniae (v. Zdenka) (in saec.: Caeciliae Schelingová) sororis professae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis (1916-1955)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis» *(Io 15, 13)*.

Tertio millennio ineunte, terra Slovaehiae sanctitatis exemplum Sidoniae Schelingová, Sororis a Caritate Sanctae Crucis, Ecclesiae offert, quae tempore difficiliore historiae illius nationis indefessa ac laeta Iesu Christi testis exstitit. Vitae suae enim haud pepercit, eam vero immolavit, ut ministrum quemdam Dei servaret, atrocitates a sectatoribus doctrinae communistarunvpa-

tratas corpore et spiritu patiens. Mirum ergo testimonium dedit, quod iamdudum fulget et adhuc spem infundit. Serva Dei, quae ad baptismalem fontem Caeciliae nomen accepit, in vico *Krivá* in regione montuosa Oravae die 24 mensis Decembris anno 1916 nata est, paenultima undecim filiorum, e magnanima et honesta familia, ubi preces et opera panis erant cotidianus. Institutio, quam ab optimis illis parentibus suis recepit, eam per itinera vitae duxit. A comitibus scholae ob indolem suam humanam ac laetam maxime dilecta est et semper diligens, oboediens promptaque ad adiuvandum proximum se ostendit. Quod adhuc puella Caecilia, amore Sororum in omnes allecta, se vitam religiosam amplecti statuit, neminem vero admiratione affecit. Decimum sextum itaque aetatis agens annum Congregationem Sororum a Caritate Sanctae Crucis, quae in eius paroecia operam navabant, ingressa est et die 30 mensis Ianuarii anno 1937 professionem religiosam emisit novum accipiens nomen Sidoniae. Laetabantur parentes eiusque fratres eam tamquam verum decus suum considerabant. Iam inde ab exordiis institutionis suae religiosae, Sidonia tam certa erat totam vitam suam amore Dei gubernari, ut in una ex meditationibus suis scriberet: « Facere volo voluntatem Dei, omni cura mei, omni consolatione mei, omni otio meo neglectis»; et «Intellegere animas nequeo, quae tantum tenerum amicum timent», sicut in libellis spiritalibus ab ipsa exaratis legitur. Amicitia enim spiritalis cum Iesu totam vitam et munus ipsum infirmorum ministrae ita moderata est, ut sodalis quaedam eius declaravit: « Sidonia exemplum erat Sororis et infirmorum ministrae ». Eius virtutes, eius peritia in munere, quo fungebatur, eiusque deinde plena magnanimitas in servitium proximi ei, anno 1942, invitationem meruerunt, ut in valetudinario Bratislaviae, metrópolis Slovachiae, officium suum faceret. Labores autem Sidoniae in hoc valetudinario cum exordiis concurrerunt dictatorii regiminis communistarum in Slovachia, ubi ab anno 1948 ad annum 1953 usque Christi Ecclesia omnibus iuribus privata est et consociationes catholicae rescissae, christifideles laici vexati, episcopi et sacerdotes impediti quin ministerium suum adimplerent vel deportati vel in carcerem coniecti, communitates religiosae solutae eorumque membra in ergastulum data; dioecesis ipsa ritus orientalis suppressa est atque clerus et fideles ipsi omni studio ac ope in discidium impulsii. In tanta metus, processuum et cruciatuum tempestate, Soror Sidonia aerumnas subire praetulit potius quam conscientiam suam proderet et iusiurandum Christo et catholicae Ecclesiae datum falleret. Portentoso animo praestitit ut aeger presbyter captivus quidam e valetudinario effugeret. In sacello valetudinarii sic oravit: « Iesu, totam vitam meam pro eius vita tibi offero. Serva eum! ». Sciebat enim

quantum sacerdos populo Dei prosit, quapropter aliis in adiunctis irritate liberare e carcere aliquos sacerdotes et seminarii alumnos conata est. Odium illum in Ecclesiam regimen dictatorium adegit, ut veras insidias compararet, quibus Sidonia aliique christifideles, qui in eodem valetudinario laborem et operam ponebant, prehenderentur. Postquam comprehensa est, inter multos saevos cruciatus in vitae suae oblatione perseveravit atque utpote exemplum fidei ac remissionis culpae fulsit: «Veniam summa est vitae virtus», ad instar angeli dixit, dum fere ad mortem percutiebatur. Cum iam, morbo laborans insanabili, pene ultimum trahebat spiritum, ne in carcere obiret — regimen enim communistarum ne martyres crearet enitebatur —, infirmiae valetudinis causa oblivio poenae ei concessa est. Modo tribus circiter post mensibus, die 31 mensis Iulii anno 1955, vitam suam sanctam et heroicam conclusit, dum in sacello valetudinario Tyrnaviensis, ubi recepta erat, sacrificium Eucharisticum celebrabatur. Duodequadragesima annos nata, Serva Dei, donum accipiens iuxta viam Crucis Iesum sequendi, supremum caritatis testimonium dederat. Soror Sidonia sui ipsius sacrificio populo suo, praesertim iuvenibus progeniebus, praecipua illa mandata perspicenda indicavit, fidem scilicet Dei, amorem usque ad oblationem vitae, respectum humanitatis, peritiam munus exercendo, culparum remissionem. «Vere amamus tantum cum nos immolamur», dicebat, sicut in libellis spiritalibus ab ipsa exaratis legitur; et usque ad ultimum diem cohaerens cum consiliis suis ac, Deo auxiliante, fidelis propositis suis permansit. Scribebat enim: «Audaci deditioe firmiter ad mortem usque Solem divinum perspiciam. A quo nihil me deterrebit, ne ventus quidem, qui nubes densas advexit, quia hoc tantum parvum momentum temporis erit. Fides mea tum sane augetur, quia scio post nubes Solem meum dilectissimum fulgere».

Statim post mortem, populus Dei Sidoniam martyrem pro fide putavit, quae fama numquam annorum decursu imminuit, sed semper crevit. Cum res politica transiit, Archiepiscopus Bratislaviensis-Tyrnaviensis, Exc.mus Dominus Ioannis Sokol, die 29 mensis Novembris anno 1999, Causam beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei iniit et Inquisitionem dioecesanam celebravit, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 31 mensis Ianuarii eodem anno probatae sunt. Positione conscripta, disceptatum est, more solito, de asserto martyrio Servae Dei. Die 2 mensis Maii hoc anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 3 insequentis mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Domino Iose-

pho Zlatňansky, Episcopo tit. Faliscodunensi, qui approbaverunt Servam Dei Sororem Sidoniam Schelingová veram esse martyrem fidei.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servae Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servae Dei Sidoniae, v. Zdenka (in saec.: Caeciliae Schelingová), Sororis professae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. £8 S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CASTRI MARIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione (in saec.: Constantiae Starace) fundatricis Congregationis Sororum Compassionistarum Servarum Mariae (1845-1921)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«De cruce non est descendendum, sed, postquam omnia adimpleta sunt, ab eadem surgendum».

Locutio haec Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione eius terrestri existentiae compendium esse potest. Dominus enim, arcanis suis consiliis, eam suae crucis participem fecerat, quae numquam ab ea se recedere temptavit; quin potius — uti ipsa scripserat — «in ea quiescere malebat sicut puellula in incunabulis». Quinque ex liberis primogenita *Stabiis* in regione

neapolitana a patre Francisco Xaverio Starace, diurne praefecto navis et naviculario, et a matre Rosa Cascone nata est die 5 mensis Septembris anno 1845. Intra saepta domestica eorum fides aperte exhibita operibus exercebatur. Cotidie prima luce in domestico sacello Eucharistia celebrabatur; et horis vespertinis familia se congregabat ad mariale rosarium recitandum nec non ad Dei verbum audiendum et meditandum. Eodem die quo in mundum venit, puellula ad fontem baptismalem translata est eique Mariae, Annae, Carmelae, Constantiae nomina sunt indita. A tenera inde aetate vita contemplationis alecta est, et intime cum Deo coniuncta vivere cupiebat. Pauperes diligebat eosque imitari nitebatur ut Iesu similis fieret. Duodecim annos nata inter Sorores Teresianas loci *Vici Aequeusis* adscribi voluit, adversae tamen valetudinis causa in familiam redire debuit. Ob infirmam eius corporis constitutionem et eventus socio-politicos illius aetatis parentes pervicaciter venterunt eam ingredi institutum vitae consecratae. Ad nihilum profuerunt impensissimae preces eius confessario factae, qui, ad solamen ei ferendum, ad cotidianum eucharisticum convivium admisit eam. Cum quindecim aetatis annos ageret, ab eo licentiam obtinuit castitatis, paupertatis et oboedientiae vota privatim nuncupandi. Die 19 mensis Iunii anno 1865, domi commorans, habitum induit Tertii Ordinis Servorum Mariae, nomen assumens Sororis Mariae Magdalenae a Passione. Die 8 mensis Iunii anno 1867 religiosam emisit professionem apud eundem Tertium Ordinem in manibus Episcopi dioecesani Servi Dei Francisci Xaverii Petagna, qui primo commisit illi catechesim puellarum oppidi ac postea constitutionem Associationis Filiarum Mariae nec non alterius piaae Associationis in honorem Sanctae Angelae Merici destinatae puellis illis «devotam in saeculo vitam gerere cupientibus». Episcopus ipse a parentibus Servae Dei domum quandam eorum propriam postulavit ad orphanas derelictas ibi excipiendas, quarum curam cuidam piaae personae tradidit. Maria Magdalena, caritate compulsa, puellas adire consueverat ut illis de Deo loqueretur easque apud ludos elementarios in rudimentis litterarum et in alio humili opere erudiret. Ultra centum puellas brevi tempore congregare potuit. Tunc quattuor ex his Filiabus Mariae Servae Dei se sociaverunt, ut diversa educationis et assistentiae opera pro puellis orphanis participarent. Quo earum assistentiae melius prospicerent, anno 1869 se translulerunt amplioem in domum earumque in bonum die nocteque vitam consumpserunt. Orphanarum numerus magis in dies augebatur, quamobrem Serva Dei et sociae ostiatim domos invisebant ut necessaria ad vivendum sibi ministrarent. Eodem tempore crescebat quoque numerus "assistentium". Episcopus, summa praeditus sedulitate, die 27 mensis Maii anno 1871 con-

cessit illis habitum Tertii Ordinis Servorum Mariae atque communitatem canonicè instituit, eiusdemque moderatricem nominavit Sororem ipsam Mariam Magdalenam. Hoc Institutum appellatur "Congregatio Sororum Compassionistarum Servarum Mariae". Serva Dei, quin cogitaret se novam religiosam familiam genuisse, Episcopo de more obtemperavit, sed propensionem ad vitam claustrì integram in animo servavit. Attamen, fide ducta, minime seipsam quaesivit sed tantum Dei voluntatem, quae suprema eius vitae existit lex. Postero tempore scribet: « Hanc aut illam domum non desidero, hoc aut illud opus non cupio, praeter illa opera illasque domos quae Dominus Virgoque Mater requirant a nobis», et alias: «Institutum super ferreas divinae voluntatis vias procedat oportet». Promptam ad voluntatem divinam iugiter et in omnibus adiunctis exsequendam, nemo et nihil amovere potuerunt eam ab itinere suscepto. Tentationes diaboli, insectationes massonicae, incomprehensiones ex parte eorum ab ipsa beneficiis ornatorum, difficultates, languores nec non physica eiusdem infirmitas mutati sunt in rationes et occasiones se in manibus divinae Providentiae relinquendi, in qua spem suam posuerat. Etenim asserere solebat: « Oratio et fiducia in Deo me sustentant». Veluti authentica Serva Mariae diligebat Ordinem, cuius minimam filiam se praebebat. "Servitana" spiritualitate usque se nutrivit. Tam Christus crucifixus quam Virgo iuxta crucem inexhausti exstiterunt fontes inspirationis vitaeque munifice oblatae Domino, quem ex toto corde, ex tota anima et ex omnibus viribus dilexit (cfr *Lc* 10, 27). Eucharistico cultu arrepta, diurne quiescebat coram Tabernaculo. Cuidam quaerenti quidnam illis in horis faceret, respondit: « Instituti regimen teneo! ». Devotionem colens erga Sanctum Ioseph omnesque Sanctos Ordinis, iisdem continuo preces effundebat suisque filiabus proponebat Septem Sanctos Fundatores uti exempla fraternitatis et servitutis erga Beatissimam Virginem Mariam, sanctum Philippum Benitium tamquam speculum humilitatis et caritatis, sanctam Iulianam Falconieri veluti seraphinum Eucharistiae. Dominus, suis in reconditis consiliis, Servam Dei diutinis et horridis tribulationibus afflixit, atque permisit ut diabolus eam in anima et corpore vexaret nec non vitam ipsam Instituti aggrederetur. Harum tribulationum tempus, quod ad triginta circiter annos protractum est, exitum habuit anno circiter 1900. Extremos viginti suae existentiae annos in serenitate degit spiritalique pace; vitam communem plene gerere potuit et omnibus Sororibus praeire in regulari observantia; physica et moralia incommoda patienter pertulit, quae ex eius infirma corporis constitutione, ex aetate provecta, ex regimine Instituti orta sunt. Materna sedulitate bono Sororum suarum consulere perrexit; curavit Regnum

Dei propagandum, fidem diffundendam atque cultum provehendum erga Sacrum Cor Iesu et Virginem Perdolentem, cui Stabiis templum ab ipsa ingentibus sacrificiis constructum dicavit. Proximum magis quam seipsam diligens, summum pro animarum salute nutritivum fervorem. De Sororibus, parentibus, aegrotis, aetate provectoris et orphanis peculiariter sollicitam se ostendit. Iustitiam exercuit erga Deum et proximum; firma in tribulationibus, modesta, a terrenis opibus seiuncta, casta, humilis, constans in via sanctitatis exstitit. Quandoquidem ab omnibus indicabatur sapiens et prudens mulier singularibusque donis ditata, presbyteri et laici, quos inter beatus Bartholus Longo, ad eam decurrebant preces, consilia et solamen petiti. Specialis aspectus eius spiritualitatis fuit diligens cultus erga Ecclesiam, pro qua operam navavit et incommoda pertulit. Episcopus Servus Dei Vincentius M. Sarnelli in suis scriptis saepe notum fecit atrociores Servae Dei cruciatus nec non certamina adversus daemonium evenisse eodem tempore quo luctationes quaedam, sive apertae sive clandestinae, alibi adversus Ecclesiam parabantur vel inferebantur. Diligebat et verebatur Summum Pontificem, a quo saepe est excepta, benedicta et animo confirmata. Similes nutriebat sensus erga Episcopos, quibus semper paruit et obnoxia fuit, et erga omnes sacerdotes. Filiabus suis dicebat: «Minime dignae sumus ut terram quam sacerdotes inculcant osculemur, quoniam illi nobis Iesum tradunt».

Die 2 mensis Decembris anno 1921, fatigata et exhausta, post haud facile expletum iter ad domus Apuliae visitandas, Stabias rediit. Postea, propter praestituta negotia, se contulit in locum S. Ioannem a Teduccio; adversante tamen valetudine, mane sequentis diei coacta est in almam domum regredi. Impensis curationibus medicorum et Sororum in irritum cedentibus, pulmonitide correpta suam exhalavit animam die 13 mensis Decembris anno 1921. Praecedenti die summo cum fervore sancto Viatico recreabatur; tunc Sacram Hostiam contemplans exclamavit: «O dulcis Iesu, o dilecte Iesu!»; deinde ad Sorores se convertens haec addidit: «Ab omnibus vobis veniam peto ob malum exemplum quod exhibui, ob errores quos commisi, ob bonum quod facere neglexi!». Superiore nocte, postquam omnes ad perfectam observantiam est hortata, ad Vicariam intuitum vertens dixit: «In tuas manus communitatem commendo»; et ad Sorores: «Et vos omnes, obtemperate illi tamquam mihi; iunctae manete in mutua concordia». Ad nuntium mortis omnes clamaverunt: «Sancta obiit!». Certabant inter se ad res diversas corpori eius applicandas. Sepulta est in familiae tumulo et anno 1929 illius exuviae in templum Sacro Cordi dicatum sunt translatae. Super sarcophagum sequens inscriptum

est elogium funebre: «Humilis, orans, patiens vixit. Solummodo gloriabatur se Servam Mariae esse».

Processus Ordinarius apud Curiam Stabiensem inchoatus est anno 1939 et conclusus anno 1942. Quibusdam dilucidatis dubiis quae Causam intermiserant, Congregatio de Causis Sanctorum die 7 mensis Maii anno 1993 Decretum edidit de iuridica auctoritate Processus quem diximus. Adparata Positione, disceptatum est de more num Serva Dei heroicum in modum virtutes exercuisset. Die 8 mensis Aprilis anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 17 sequentis mensis Iunii congregati, Ponente Causae Exc.mo D.no Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, edixerunt Mariam Magdalenam a Passione virtutes theologiales, cardinales eisque adnexas heroico in gradu excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Magdalenae a Passione (in saec.: Constantiae Starace), Fundatricis Congregationis Sororum Compassionistarum Servarum Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. E8 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

DERTHONENSIS

Canonizationis beati Aloisii Orione, Sacerdotis, fundatoris Parvi Operis Divinae Providentiae et Congregationis Parvarum Sororum Missionariarum a Caritate (1872-1940)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Aloisius Orione natus est in vico *Pontecurone* intra fines dioeceseos Derthonensis die 23 mensis Iunii anno 1872 e pauperi operariorum familia. Sancti Ioannis Bosco occursum iter vitae ei ostendit, quam ipse, iam clericus, ad institutionem iuvenum atque ad opera caritatis conferre voluit. Anno 1895, presbyteratu auctus, apostolatam suam pro iuvenibus, infirmis pauperibusque instanter protulit. Parvam Operam Divinae Providentiae a presbyteris, fratribus eremitis et coadiutoribus formatam et Congregationem Parvarum Sororum Missionariarum a Caritate fundavit. Ministerium sacerdotale ac navitatem suam sociale, caritativam et educativam sive in Italia sive in America Latina variis inceptis ferventer explicavit. Ubique sanctitate vitae et amore erga Ecclesiam et Romanos Pontifices fulsit. Die 12 mensis Martii anno 1940 pie in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 26 mensis Octobris anno 1980 eum in numerum Beatorum rettulit. Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem domini Petri Penacca, qui, anno 1990, undecoginta annos natus, signa alicuius morbi pulmonarii exhibuit. Clinicae investigationes apud valetudinarium Alexandriae peractae diagnosim dixerunt tumoris cutis pulmonariae cum cellulis desquamatis. Cum dein in nosocomium Mediolanense infirmus translatus est, exitus prioris perscrutationis confirmatus evasit. Statim prognosis infau-
sta apparuit et, proevectae aetatis patientis causa, qui iam in statum cachecticum prolapsus erat, neque opportunum neque licitum quamvis curam chemicorum agentium radiationumve emissionis ope instructam ministrare videbatur. Ex valetudinario die 10 mensis Ianuarii anno 1991 dimissus est cum diagnosi tumoris et cum provisione paucorum mensium vitae. Cum rerum adiuncta et ad humanitatem quoque quod attinet, ita adversa se haberent, fidenter infirmus ad divinum confugit auxilium per intercessionem Beati Aloisii Orione, quem ipse olim cognoverat, et tunc una cum familia sua, aliquibus presbyteris e Parva Opera Divinae Providentiae et quibusdam aliis invocare constituit. Iam inde ab insequentibus diebus eiusdem mensis Ianua-

rii anno 1991 aegrotus convalescere coepit et cito ad completam pervenit sanationem statim Beati intercessioni tributam. De hoc casu anno 1999 apud Curiam Derthonensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 14 mensis Maii eodem anno probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 16 mensis Ianuarii anno 2003 sanationem rapidam, completam, duraturam et inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Insequenti die 4 mensis Aprilis Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 3 mensis Iunii huius anni Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Aloisii Orione, Sacerdotis, Fundatoris Parvi Operis Divinae Providentiae et Congregationis Parvarum Sororum Missionariorum a Caritate, videlicet de rapida, completa ac duratura sanatione Petri Penacca a « carcinoma pulmonare, necrotico, a grandi cellule, vastamente infiltrante ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 68 S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDELLENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi (in saec.: Mariae Laurae Montoya y Upegui) fundatricis Congregationis Sororum Missionariorum B.M.V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis (1874-1949)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Laura a S. Catharina Senensi (in saec.: Maria Laura Montoya y Upegui) die 26 mensis Maii anno 1874 nata est in loco *Jericho*, ex Antiochena regione Reipublicae Columbianae. Metellini magistrae titulo honestata, docendi muneri incubuit. Deo, qui vocabat eam ad consecratam et missionariam vitam, libentissime respondit. Ad humanam provehendam christianam que indigenarum Columbiae progressionem condidit Congregationem Sororum Missionariorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis, ubi anno 1917 religiosam emisit professionem. Sub eius moderamine hoc novum Institutum diversas inter nationes diffusum est et innumeris ditatum sodalibus. Sanctitatis fama circumdata Metellini die 21 mensis Octobris anno 1949 in Domino obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 22 mensis Ianuarii anno 1991 edixit Servam Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse. Ad beatificationem quod attinet, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum subiecit miram coniectam sanationem dominae Herminiae Gonzalez Trujillo, duodeviginti filiorum matris, quae, tres et octoginta aetatis annos agens, vaginalem subiit haemorrhagiam, quae celeriter in deterius mutata est; quam ob rem opus fuit ut infirma in valetudinarium urbis Metellini quamprimum exciperetur. Ex analysi detectum est carcinoma uterinum. Dum sectio chirurgica procederet ad haemorrhagiam continendam et ad biopsiam peragendam, per accidens paries uteri infeliciter est perforatus. Ingravescente morbi statu ob augescentem amissionem haematicam, aegrotam urgenti subiecta est laparotomiae, quam hysterectomia tantum partialis secuta est. Pars neoplastico processu affecta probabiliter non est ablata, eo quod post chirurgicam sectionem haemorrhagia persistebat. Ex histológica analysi revelatum est carcinoma squamocellulare parum distinctum. Infausta prognosi edita et curis incassum cedentibus, consilium ceptum est aegrotam in propriam domum transferendi ibique rei exitum exspectandi. Inde ab inito morbo sive domina Herminia, sive filia quae sodalis quoque erat Congregationis Missionariae quam diximus, sive consoroeres aliaeque personae per intercessionem Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi divinum implorabant

auxilium. Mense Septembri anno 1994 aegrota transferri petivit in domum ubi Serva Dei obierat et in eius lecto collocari, dum preces recitabantur. Statim tam haemorrhagiae quam dolores fere omnino cessaverunt, idcirco analgesica medicamina intermissa sunt. Subsequentibus ex inspectionibus repertum est carcinoma funditus evanuisse.

De hoc miro eventu apud Curiam Medellensem anno 2001 instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam validitatem hoc Dicasterium agnovit per decretum editum die 25 mensis Ianuarii anno 2002. Consilium Medicorum Congregationis die 17 mensis Octobris eiusdem anni convenit et declaravit sanationem instantaneam, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem exstitisse. Die 1 mensis Aprilis hoc anno 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 3 sequentis mensis Iunii acta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi (in saec. : Mariae Laurae Montoya y Upegui), Fundatricis Congregationis Sororum Missionariorum B. M. V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis, videlicet de instantanea, perfecta ac constanti sanatione Herminiae González Trujillo a « carcinoma uterino a cellule squamose in stadio avanzado con infiltrazione del parametrio ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 88 S.

88 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

MONASTERIENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Annae Catharinae Emmerick monialis professaе Ordinis Canoniarum Regularium S. Augustini (1774-1824)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Anna Catharina Emmerick nata est in vico *Tlamske*, dioeceseos Monasteriensis, die 8 mensis Septembris anno 1774, e pauperi familia agricularum. Ordinem Canoniarum Regularium Sancti Augustini in monasterio vulgo dicto « Agnetenberg » Dulmaniae ingressa, professionem monasticam emisit anno 1803. Sublato ab auctoritatibus Status monasterio, in privatum se contulit domicilium. Aegra primum, infirma dein usque ad mortem lecto affixa, Iesu Crucifixo coniuncta vixit. Socia et particeps eiusdem passionis, amplum et uberem autem exercens apostolatium. Morbis paenitentisque consumpta, die 9 mensis Februarii anno 1824 pie obiit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 24 mensis Aprilis anno 2001, Servam Dei virtutes theologiales, cardinales et eis adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem, intercessioni Servae Dei tributaе, Sororis Mariae Martinae (in saeculo: Teresiae Sonntag), religiosae professaе Instituti Pauperum Franciscanarum a Perpetua Adoratione, quae, vigesimum primum agens annum, fastidia in laryngé animadvertere cepit, quae demum eam vocis expertem fecerunt. Cum a perito de re medica viro funditus ea inspecta esset, diagnosis dicta est phthisis chordarum vocalium. Morbo huic interdum se comites adiunxerunt progressus demutationis conditionum generalium aegrotis et feb ris vespertina. Inefficacibus curis praescriptis, valetudo autem aegrotae eo in gravius vertit, ut prognosis infausta quoad vitam diceretur. Cum res ita adversae se haberent, infirma una cum consororibus Domus Matris vici *Olpe* in dioecesi Paderbornensi, ubi Soror Maria Martina translata erat, ad divinum auxilium fidenter confugerunt per intercessionem Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, cuius reliquia quaedam iuxta guttur infirmae apposita est, quae mane diei 3 mensis Martii anno 1880 extemplo vocem recuperavit. Condiciones quoque generales valetudinis eius repente proficere ceperunt usque ad completam sanationem. De hoc miro aestimato casu anno 1893 Curia Monasteriensis varia collegit testimonia ad instruendum Processum Ordinarium Informativum super famam sanctitatis. Apud ean-

dem Curiam anno 2001 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 11 mensis Ianuarii anno 2002 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 21 mensis Novembris eodem anno sanationem rapidam, completam, duraturam, sine postumis morbi signis et inexplicabilem secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 28 mensis Februarii hoc anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 17 insequentis mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Paulo Iosepho Cordes, Archiepiscopo tit. Naissitano. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, Monialis professae Ordinis Canoniarum Regularium S. Augustini, videlicet de rapida, completa, duratura ac sine postumis morbi signis sanatione Sororis Mariae Martinae (in saec. : Teresiae Sonntag) a « patologia laringea di verosimile natura tuberculare, a decorso ingravescente, in soggetto giovane con progressivo decadimento delle condizioni generali ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. S ARAI V A MARTINS
Praefectus

L. SB S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PATAVINA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Eurosiae Fabris viduae Barban, matrisfamilias, e Tertio Ordine S. Francisci Assisiensis (1866-1932)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Subiecti invicem in timore Christi» (*Eph 5, 21*).

Paulus Apostolus christianos admonet coniuges ut munus adimpleant sese diligendi, sicut Christus Ecclesiam dilexit et pro ea seipsum tradidit (cfr *Eph 5, 25*). Horum verborum lumine illustrata Serva Dei Eurosia Fabris vidua Barban benevolentia ac deditio coniugem filiosque dilexit, et, proprias uxoris et matris obligationes penitus exsequens, curavit ut matrimonium instrumentum fieret sanctificationis, atque pro maiore Dei gloria et Regni Christi diffusionem assidue adlaboravit. Haec fidelis testis Redemptoris die 27 mensis Septembris anno 1866 in loco vulgo *Quinto Vicentino* orta est a parentibus qui christianae filiae formationi congruenter consuluerunt. Aliquot post annos familia eius in locum vulgo *Marola* se transtulit, ubi Serva Dei reliquum vitae tempus transegit. Rudimentis litterarum duos per annos incubuit, quae tamen intermittere debuit ut in domesticis operibus matrem sustineret simulque sociam patri praestaret operam in agris colendis. Adhuc adulescens paroeciam frequentabat ad christianam doctrinam puellis tradendam. Viginti circiter annos nata, vocationem ad matrimonium persensit tunc cum rogata est ut laboraret apud vicinam domum in qua vivebat Carolus Barban, viduus simul cum duabus parvis filiabus, cum fratre iuniore et cum patre aetate iam provecto. Duabus praesertim filiabus deerat permanens cuiusdam mulieris praesentia quae idoneam formationem humanam et religiosam iisdem praeberet. Quapropter parochus et familiares Servae Dei operam dederunt ad eam hortandam ut Carolo Barban nuberet; quae, caritatis spiritu praecipue propensa in personas quibus inserviebat, consilium libenter accepit. Matrimonii ritus celebratus est die 5 mensis Maii anno 1886, et de hoc coniugio novem nati sunt filii. Serva Dei humiliter ac patienter viri indolem meliorem reddere potuit. Christianis moribus filios erudit, ex quibus tres sacerdotii dono sunt exornati; verbo vitaeque exemplo formavit eos, quos adiuvit in propria discernenda vocatione. Praeter suos filios, alios quoque pueros indigentes domi excepit, quos per Christi vias sancte perduxit. Ut auxilium ferret ad sustentandam familiam, domi laborabat vestificae munere fungens, quod etiam aliquot puellas edocuit. Exemplum Pauperuli Assisien-

sis imitari cupiens, anno 1920 nomen suum dedit Tertio Ordini Franciscali, cuius spiritum diligenter vixit, sanctitatem usque appetens. Humilem abditamque vitam gerens, assidue, constanter laetanterque christianas exercuit virtutes secundum promissiones baptismales statumque suum laicalem. In Deum et in revelatas veritates firmiter credidit. Super omnia dilexit Eum quem vehementer invisere cupiebat. Sine intermissione coram Domino quiescebat et cum Ipso communionem nutriebat per orationem continuam, per meditationem Sacrae Scripturae, per cultum erga SS. Trinitatem, Passionem Christi et Eucharistiam. Singulis diebus devoto et intento animo Sacrificium Eucharisticum participabat. Beatam Virginem Perdolentem filiali prosequabatur affectu et cotidie cum familiaribus mariale rosarium recitabat. Summum Pontificem, episcopos et presbyteros obsequio et honore decoravit. Gaudium ex se diffundebat et in maestioribus quoque adiunctis praesentiam Dei, qui omnia sapienter gubernat, experiri poterat. Suos familiares hortabatur et omnes se adeuntes ut cogitationem ad aeternam verterent beatitudinem. Amore Christi compulsa est ad fecundum apostolatus opus explendum inter puellas suam vestificinam frequentantes et apud eas quoque in morali discrimine versantes: congregabat eas ad consilia praebenda eisque insuper suadebat ut voluntati Dei obsequerentur. Ad rectam viam revocabat peccatores, pro quorum conversione Domino sacrificia offerebat. Aegrotanti socero peculiari inserviebat deditio; peregrinantes pauperesque hospitio excipiebat et infirmos visitabat. Circum se pacem promovit; prudenter et humiliter plures rixas sedavit, concordiam seminans ubi discordiae saevierant. A personis cuiusdam dignitatis et condicionis socialis, quae haud communem eius prudentiam perpendebant, authentica spiritus magistra appellabatur. Spiritualis filia Sancti Francisci Assisiensis, pauper exstitit, simplex, indulgens, modesta. Erga Deum, familiam et proximum iustitiam sedulo exercuit. Pro expletis operibus aequam tantum quaerebat mercedem. Sereno strenuoque animo aegritudinem pertulit, quae mense Novembri anno 1931 affecit eam et extremum eius terrestri exsistentiae cursum praemonuit. Sequenti quidem anno, die 8 mensis Ianuarii animam Domino reddidit, haec extrema proferens verba: «Deus meus, super omnia diligo te». Augescente sanctitatis fama, Episcopus Patavinus Causam beatificationis et canonizationis inchoavit instruens inter annos 1975-1977 Processum Cognitionalem, cuius iuridicam auctoritatem agnovit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum editum die 27 mensis Ianuarii anno 1995. Adparata Positione, disceptatum est, ut de more, num Serva Dei virtutes in gradu heroico exercuisset. Die 11 mensis Martii anno 2003 habitus est, faventibus suffragiis,

Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria congregati die 7 sequentis mensis Maii, audita relatione Ponentis Causae, Exc.mi D.ni Aloisii Dossena, Archiepiscopi titulo Carpitani, edixerunt Servam Dei in exercendis virtutibus theologalibus, cardinalibus eisque adnexis heroicum gradum attigisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Eurosiae Fabris viduae Barban, Matrisfamilias, e Tertio Ordine S. Francisci Assisiensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAI V A MARTINS
Praefectus

L. 88 S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PRESOVIENSIS

Beatificationis seu declarationis Martyrii Servi Dei Basilii Hopko, Episcopi tit. Midilensis, Auxiliaris Prësoviensis (1904-1976)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram » [Lc 22, 43-44).

Calicem Passionis, quem Dominus Iesus potavit ut voluntatem Patris adimpleret, potavit et Basilius Hopko, episcopus, qui, fide in Deum et assi-

dua oratione fultus, aerumnas persecutionis sibi a communistis inflictae mira tolerantia perpessus est propriamque dilectionem in Christum testificatus est, cui valetudinem et vitam guttatim donavit per agoniam et immolationem ultra vicesimum quintum annum productas.

Hic nobilis Ecclesiae Catholicae pastor natus est die 21 mensis Aprilis anno 1904 in loco *Hrabské* intra fines eparchiae Presoviensis, hodie in Slovachia; paucis post diebus baptizatus nomen Basilii recepit. Parentes ambo, quibus nomina Basilius Hopko et Anna Petrenková, pauperes coloni erant ritus graeco-catholici. Pater, fulmine percussus dum aera pulsat ecclesiae, vita functus est anno 1905; mater, operis quaerendi suaeque familiae sustentandae causa, anno 1908 in Foederatas Americae Res Publicas demigravit. Parvulus igitur Basilius curis avi materni, mox Patris Demetrii Petrenko avunculi, traditus est. Studia rite persecutus est donec maturitatis diplomate potiretur anno 1924 apud lycaeam Slovachiae Ecclesiae Evangelicae Presoviensis. Cum se vocari ad sacerdotium sensisset, studia theologiae excoluit, cuius lauream meruit anno 1928. Mense autem Decembris eiusdem anni, quodam gravi morbo affectus, impeditus est ne ad matrem proficisceretur neve ordinem presbyteratus reciperet in Exarchatum Pittsburgensem ritus byzantini. Cum vero Sacratissimo Cordi Iesu preces adhibuisset, sanitati restitutus vovit se sacerdotium in caelibatu capessiturum. Die 3 mensis Februarii anno 1929 ordinem sacerdotalem recepit a beato Paulo Petro Gojdic, Episcopo Presoviensi, qui ei paroeciam *Pakostov* tunc vacantem commisit (annis 1929-1933); factus est postea Pragae parochus ecclesiae S. Clementis (annis 1934-1936). Munere deinde functus est spiritualis moderatoris apud graeco-catholicum propriae eparchiae seminarium, cum porro ab anno 1941 ad annum 1943 a secretis Episcopi fuisset; annis denique 1943-1947 theologiam moralem et pastorem docuit. Talis vir operam quoque navavit ut scripta de re catholica typis exarata propagarentur, cum et ipse nonnulla religiosa opuscula conscribenda atque edenda curaret. Propriam Ecclesiam dilexit eique famulatus est fideliter, quippe qui pii, humilis, sinceri amabilisque sacerdotis existimatione floruit apud populum et superiores, qui eum Apostolicae Sedi in graviora officia commendarunt. Die 9 mensis Novembris anno 1946 nominatus est Episcopus titulo Midilensis idemque auxiliaris Episcopi Presoviensis, qui die 11 mensis Maii subsequentis anni sacram ei ordinationem contulit. Complures ritui interfuerunt praesules, inter quos Servus Dei Iosephus Beran, Archiepiscopus Pragensis. Pastor ille, dum in athenaeo profitetur, ad serviendum quoque Christi gregi incubuit, nubibus communismi tunc densantibus, qui in Cecoslovachia anno 1948 rerum est potitus,

vehementem persecutionem concitans adversus Ecclesiam Catholicam. Quam evertere paratum est cum per opera eius et instituta delenda tum per discessionem laicorum a presbyteris, presbyterorum ab episcopis, episcoporum denique a Romano Pontifice fovendam. Die vero 28 mensis Aprilis anno 1950 principes rei publicae Graeco-catholicam Ecclesiam deleverunt, cum christifideles cogèrent ut ad Orthodoxam Ecclesiam deficerent. Carceres interea frequentari episcopis, presbyteris, laicis in Christi testimonio strenue perseverantibus. Paulus Petrus Gojdic, episcopus, comprehensus et ad ergastula condemnatus, martyr occubuit anno 1960, qui anno 2001 in beatorum numerum est ascriptus. Nec minor severitas in eius auxiliarem adhibita, qui die 28 mensis Aprilis anno 1950 per custodiam domesticam cruciatus inivit, cum postea in franciscanum coenobium apud locum *Hlohovec* una cum nonnullis presbyteris, religiosis seminariisque discipulis relegatus esset. In iniquum iudicium arcessitus, custodia quindecim annorum, pecunia, bonorum publicatione capitique deminutione multatus est; quae omnia vitaret si modo promitteret se a Catholica Ecclesia ad Orthodoxam Ecclesiam defecturum. In complures carceres traductus, ubique mentis corporisque vexationes, quae eius valetudinem plane laeserunt, aequo animo pertulit. Ille autem, firmus in fide, perseveravit in communione cum Christo et Ecclesia et Summo Pontifice, acquiescens in Eucharistia, quam furtim celebrabat, in assidua oratione inque sacramentis maiorum sociis administrandis. Anno 1964 liberatus est utpote aegrotationibus affectus: nam praeter graves cordis, articularum mentisque offensiones, diabete quoque mellito, hypertonia seu nimio sanguinis pressu multisque aliis morbis, eum Iesu patienti conformantibus, laborabat. Qui, licet in libertate constitutus, in publicae disciplinae custodia permansit, quod eius valetudinem amplius offendit. Divina gratia fultus, aerumnas aequo animo pertulit, Dei voluntatem studens adimplere. Ab anno 1964 ad annum 1968 deguit in seniorum sacerdotum valetudinario in loco *Osek*, mox deinde commigravit in urbem *Presov* apud Sorores Ancillas a Maria Immaculata. Anno 1968 a Paulo PP. VI episcopus auxiliaris pro Cechoslovachis graeco-catholicis electus, paroecias invisebat et sacra pontificalia peragebat, quippe qui per humilitatem et pietatem recti exempli clero exstitit ac populo. Extrema autem aetate, viribus iam et acie deficientibus, cotidie in cathedrali Presoviensi Divinum Sacrificium celebrabat, cum per supremam vitae suae hebdomadam cotidie paenitentiae sacramentum obiret. Quem Dominus ad se vocavit die 23 mensis Iulii anno 1976. Ad eum idonea videntur haec verba Beati Pauli: «Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi» (2 Tim 4, 7). Servus Dei cum vivens tum post mortem habitus

est martyr fidei *ex aerumnis carceris*. Anno autem 1993 recognitiones eius corporis factae sunt, in quo cum nimius arsenici modus repertus esset, medici rem investigantes concluderunt multos per annos Servum Dei inscium veneficio per arsenicum subiectum esse, quod eius systema cardiovasculare laeserat. Cum autem memoria heroici testimonii a Servo Dei proditi superesset, apud Curiam Pittsburgensem ritus byzantini anno 1986 inita est Causa beatificationis seu declarationis martyrii, quae, post rerum mutationes in Europa Orientali factas, in manus devenit Eparchiae Presoviensis. Vis iuridica Inquisitionis dioecesanae, anno 2001 celebratae, agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 4 mensis Maii anno 2001 latum. Positione praeparata, disceptatum est secundum normas utrum mors Basilii Hopko episcopi pro vero martyrio haberi posset. Die 16 mensis Maii anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 17 mensis Iunii eiusdem anni congregata, Exc.mo D.no Ioanne Coppa, Archiepiscopo titulo Sertensi, Causae Ponente, edixerunt Servum Dei *ex aerumnis carceris* mortem obiisse ut suam erga Christum fidelitatem suamque integram communionem cum Romano Pontifice testaretur.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eis que adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Basilii Hopko, Episcopi tit. Midilensis, Auxiliaris Presoviensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. 88 S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TOLOSANA

Beatificationis et Canonizationis ven. servi Dei Iosephi Mariae Cassant, sacerdotis, monachi professi Ordinis Cisterciensis Reformati (1878-1903)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Iosephus Maria Cassant die 6 mensis Martii anno 1878 in loco vulgo *Casseneuil* appellato intra fines 'dioecesis Agennensis sito, in Gallia, natus est. Ingressus inter Monachos Cistercienses Reformatos seu Strictionis Observantiae in Monasterium Sanctae Mariae a Deserto, prope Tolosam, anno 1897 monasticam emisit professionem et anno 1902 presbyteratus ordine est insignitus. Religiosae consecrationis vitam duxit summa deditone, simplicitate et humilitate, sinens se gratia Dei priorumque suorum consiliis formari. Tuberculosi correptus die 17 mensis Iunii anno 1903 animam Domino piissime reddidit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 9 mensis Iunii anno 1984, declaravit Servum Dei virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum excoluisse.

Ad beatificationem respiciens huius fidelis discipuli sancti Benedicti, Postulatio Causae examini Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram obtulit sanationem pueri Ioannis Delibes, qui, anno 1927 natus in oppido vulgo *Château de Baseillac* ex Tolosana archidioecesi, a tenera iam aetate adversa vexabatur valetudine. Die 14 mensis Maii anno 1936 febrim, morbum gutturis et otitem pati coepit. Noctu inter dies 27 et 28 eiusdem mensis valetudo eius ex improvise in deterius incidit ob acutam cephalalgiam cum vomitione. Horis postmeridianis diei 28 domi suae inspectus est a medico, qui advertit omnia consueta indicia affectionis pathologicae in meningibus. Quapropter Tolosae in quandam domum clinicam exceptus est ut urgentem sectionem chirurgicam subiret, quae tamen non est peracta. Ex variis explorationibus medicis diagnosis meningitidis bactericae purulentae est confirmata. Quandoquidem illo tempore therapia huiusmodi idonea et efficax nondum detegebatur, valetudo pueri celeriter ingravescebat, quamobrem medici infaustam edixerunt prognosim. Vesperi diei 29 mensis Maii aegrotus moriturus videbatur, idcirco sacramentis refectus est. Immo ipse medicus a cura, ratione habita de scientiae inefficacia, pervesperi eiusdem diei domum rediens, fidenter divinam opem implorare coepit per intercessionem Servi Dei Iosephi Mariae Cassant. Mane sequentis diei, nempe 30 mensis Maii, aegrotus se praebeuit integra fruentem valetudine, omnibus deletis clinicis indicis menin-

gitidis quae prioribus diebus observata fuerant. Valetudine prorsus restituta, puer Ioannes e domo clinica dimissus est die 2 mensis Iunii eiusdem anni. Curia Tolosana testimonia iuridica de huiusmodi eventu colligenda curavit, occurrente celebratione tum Processus Ordinarii annis 1936-1937, tum Processus Apostolici annis 1960-1962, quorum validitatem Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 28 mensis Novembris anno 1969 ratam habuit. Medicorum huius Dicasterii Consilium, in sessione habita die 5 mensis Decembris anno 2002, sanationem agnovit praeter modum celerem, perfectam, constantem, absque sequelis et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 4 mensis Martii anno 2003 Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum et die 7 sequentis mensis Maii peracta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur. Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripti Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Iosephi Mariae Cassant, Sacerdotis, Monachi professi Ordinis Cisterciensis Reformati, videlicet de praeter modum celeri, perfecta, constanti et absque sequelis sanatione pueri Ioannis Delibes a « meningite batterica purulenta, di origine verosimilmente otogena ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 88 S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

RUYNENSIS-NORANDENSIS

De episcopalis Cathedrae translatione et Ecclesiae cathedralis erectione

DECRETUM

Exc.mus P.D. Dorylas Moreau, Episcopus Ruynensis-Norandensis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut, ad aptius tutiusque animarum bono consulendum, episcopalis Cathedra eiusdem dioecesis a templo Sancto Michaeli Archangelo dicato, in civitate vulgo "Rouyn-Noranda" constituto et hactenus titulo cathedralis ornato, in templum in eadem civitate situm Deo in honorem Sancti Iosephi dicatum transferretur et idem templum ad gradum ac dignitatem Ecclesiae cathedralis eveheretur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Aloisii Ventura, Archiepiscopi titularis Equiliensis et in Canada Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Se admotas, Sanctae Matris Ecclesiae profectum ac animarum salutem prae oculis habens, excipiendas statuit. Quapropter, Idem Summus Pontifex, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, episcopalem Cathedram a praefato templo Sancti Michaelis Archangeli, extincto deinde titulo cathedralis, in memoratum templum Sancti Iosephi transfert, quod ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis dioecesis Ruynensis-Norandensis evehit, collatis simul omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae cathedrales Ecclesiae, ad normam iuris, fruuntur.

Ad haec perficienda, deputat eundem Exc.mum P.D. Aloisium Ventura, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 15 mensis Septembris, anno 2003.

68 IOANNES BAPTISTA card. RE
Praefectus

E8 Franciscus Monterisi
a Secretis

L. § S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 437J03

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 29 Novembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Armeniensi, R.P. Fabium Duque Jaramillo, O.F.M., hactenus Pontificii Consilii de Cultura Subsecretarium.

die 1 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Papiensi Exc.mum P.D. Ioannem Giudici, hactenus Episcopum titularem Usulenem.

die 2 Decembris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici, Exc.mum P.D. Raimundum Leonem Burke, hactenus Episcopum Crossensem.

die 3 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Paranavaiensi, Exc.mum P.D. Sergium Aparecidum Colombo, hactenus Episcopum titularem Pudentianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tarvisinae Exc.mum P.D. Andream Brunonem Mazzocato, hactenus Episcopum Adriensem-Rhodigiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi Venetorum Exc.mum P.D. Iosephum Zenti, hactenus Vicarium generalem dioecesis Veronensis.

— Cathedrali Ecclesiae Caesenatensi-Sarsinatensi R.D. Antonium Lanfranchi, hactenus Vicarium generalem dioecesis Placentinae-Bobiensi.

die 5 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Carorensi, R.D. Ulixem Antonium Gutiérrez Reyes, O. de M., ibique Seminarii rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Portus Cabellensis, R.D. Raimundum Iosephum Viloría Pinzón, e clero archidioecesis Caracensis atque membrum Sodalitatis Operariorum Dioecesanorum « Cordis Iesu », hactenus in praedicta archidioecesi parochum.

die 9 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Mimianensi R.D. Robertum Brahm, e clero dioecesis Trevirensis, curiae addictum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Foritraianensi R.D. Georgium Michaellem Peters, e clero Trevirensi, hactenus in pago vulgo Losheim curionem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 11 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Urcitanae, R.D. Ansgarium Azarcón Solis, e clero dioecesis Humensis-Thibodensis, hactenus curionem paroeciae « Saint Joseph Co-Cathedral » in urbe vulgo Thibodaux, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Angelorum in California.

die 12 Decembris 2003. — Titulari episcopali Ecclesiae Munatianensi R.D. Gunsalvum Restrepo Restrepo, e clero archidioecesis Medellensis, ibique Pontificiae Catholicae Universitatis Bolivarianaе rectorem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Caliensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Voncarianensi R.D. Victorium Antonium Tamayo Betancourt, e clero archidioecesis Barranquillensis, ibique Vicarium generalem et parochum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Barranquillensis.

die 15 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Granadensi Exc.mum P.D. Bernardum Hombach Lutkermeier, hactenus Episcopum Iuigalpensem.

die 16 Decembris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Bononiensi Exc.mum P.D. Carolum Caffarra, hactenus Archiepiscopum Ferrariensem-Comaclensem.

die 18 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Luganensi R.D. Petrum Iacobum Grampa, e clero eiusdem dioecesis, hactenus in civitate vulgo Ascogna curionem-archipresbyterum et scholae « Collegio Papio » moderatorem.

die 19 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Gandavensi, Exc.mum P.D. Lucam Van Looy, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, hactenus eiusdem societatis Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Garzonensi Exc.mum P.D. Rigobertum Corredor Bermúdez, hactenus Episcopum Bonaventureensem.

die 24 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Litomericensi R.D. Paulum Posad, moderatorem spiritus in Seminario maiore Olomucensis archidioecesis.

die 27 Decembris 2003. — Cathedrali Ecclesiae Tampicensi, Exc.mum P.D. Iosephum Aloisium Dibildox Martínez, hactenus Episcopum Tarahumarensensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tolucensi, Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Chavolla Ramos, hactenus Episcopum Matamorensensem.

— Cathedrali Ecclesiae Maioricensi Exc.mum P.D. Iesum Murgui Soriano, hactenus Episcopum titulo Letaeum et Auxiliarem archidioecesis Valentinae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Martedì, 9 Dicembre 2003, S.E. il Signor **MARCOS MARTINES MENDIETA**, Ambasciatore del Paraguay presso la Santa Sede.

Venerdì, 12 Dicembre 2003, le LL.EE. i Signori **BIRGER DAN NIELSEN**, Ambasciatore di Danimarca; **WALTER WOON**, Ambasciatore di Singapore; **MOHAMAD JÀHAM ABDULAZIZ AL-KAWARI**, Ambasciatore dello Stato del Qatar; **PRUT KOLBRE**, Ambasciatore di Estonia; tutti accreditati presso la Santa Sede.

Lunedì, 15 Dicembre 2003, S.E. il Signor **CARLOS RAFAEL CONRADO MARION-LANDAIS CASTILLO**, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Martedì, 2 Dicembre 2003, S.E. il Signor **SANJBEGZ TUMURO-CHIR**, Presidente del Parlamento della Mongolia.

Giovedì, 4 Dicembre 2003, S.E. il Signor **DRAGAN COVIC**, Presidente della Presidenza di Bosnia ed Erzegovina.

Giovedì, 11 Dicembre 2003, S.E. il Signor **GNASSINBÉ EYADE-MA**, Presidente della Repubblica del Togo.

Giovedì, 11 Dicembre 2003, S.E. il Signor **SILVAN SHALOM**, Ministro degli Affari Esteri di Israele.

Sabato, 20 Dicembre 2003, l'on. **IBRAHIM RUGOVA**, Presidente delle istituzioni provvisorie del Kosovo.

Sabato 20 dicembre 2003 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25	novembre	2003	S.E. mons. Raffaello Funghini, <i>Presidente della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano fino al compimento dell'80° anno di età.</i>
2	dicembre	»	L'Em.mo Signor Cardinale Darío Castrillón Hoyos, <i>Membro dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica « in aliud quinquennium ».</i>
»	»	»	Mons. Renato Boccardo, Vescovo tit. el. di Acquapendente e mons. Petar Rajic, <i>Membri del Consiglio di Amministrazione del Centro Televisivo Vaticano fino al termine del triennio in corso, 17 giugno 2005.</i>
22	»	»	L'ing. Giovanni Tecchi Cristofori Celiani, <i>Consulatore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede «in aliud quinquennium »..</i>

Protonotari Apostolici soprannumerari

14	novembre	2003	Mons. Manfred Grothe (Paderborn)
28	»	»	Mons. Antonio Chirayath (Sagar)

Prelati d'onore di Sua Santità

8	novembre	2003	Mons. Joseph Harte (Orlando)
12	»	»	Mons. Andrea Giusto (Savona-Noli)
14	»	»	Mons. Otto Mochti (Passau)
15	»	»	Mons. Tadeusz Kukla (Tarnów)
»	»	»	Mons. Stanislaw Budyn (Tarnów)
19	»	»	Mons. Antonio Lazzaro (Termoli-Larino)
27	»	»	Mons. Achille Noudehou (Lokossa)

Cappellani di Sua Santità

1	novembre	2003	Il sac. Francisco Javier Froján Madero (Santiago de Compostela)
»	»	»	Il sac. Xavier Signargout (Bayeux)
»	»	»	Il sac. Gianluca Pezzoli (Mantova)
»	»	»	Il sac. Marco Agostini (Verona)
»	»	»	Il sac. Joseph Murphy (Cloyne)
14	»	»	Il sac. Wilfrid Xaba (Umzimkulu)
»	»	»	Il sac. Stanislaw Krzemien (Wroclaw)

15	novembre	2003	II sac. Ronny Jenkins (Austin)
»	»	»	II sac. Deogratias Rweyongeza (Bukoba)
»	»	»	II sac. Francesco Bracaglia (Fresinone-Veroli-Ferentino)
»	»	»	II sac. Francesco Maura (Frosinone-Veroli-Ferentino)
»	»	»	II sac. Thomas Albert Weitz (Köln)
»	»	»	II sac. Gustavo Mantovani (Limeira)
»	»	»	II sac. Konrad Huber (München und Freising)
»	»	»	II sac. Johann Tasler (Passau)
»	»	»	II sac. Wladyslaw Pasiut (Tarnów)
»	»	»	II sac. Józef Dobosz (Tarnów)
19	»	»	II sac. Charles Martin Mangan (Sioux Falls)
24	»	»	II sac. Enrique Olivé Turu (Barcelona)
»	»	»	II sac. Tadeusz Dziedzic (Krakow)
»	»	»	II sac. Stanislaw Mszal (Krakow)
»	»	»	II sac. Józef Slazyk (Krakow)
25	»	»	II sac. Alexander Cifuentes Castaño (Cartago)

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

4	novembre	2003	Al sig. Henri Ndiaye-Thiasse (<i>Senegal</i>)
5	»	»	Al sig. Danilo T. Ibayan (<i>Filippine</i>)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

14	novembre	2003	Al sig. Jean Christophe Heidsieck (<i>Malta</i>)
»	»	»	Al sig. Cesare Chierzi (<i>Trento</i>)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

14	novembre	2003	Al sig. Terence Norman Keogh (<i>Sydney</i>)
»	»	»	Al sig. Adolf Bauer (<i>Würzburg</i>)

La croce di Dama di Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

21	novembre	2003	Alla sig.ra Dianne King (<i>Australia</i>)
----	----------	------	--

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro

12	novembre	2003	Al sig. Luciano Pasquale (Savona-Noli)
14	»	»	Al sig. Carlo Lolliri (Iglesias)
15	»	»	Al sig. Gerhard Fuchs (München und Freising)
19	»	»	Al sig. Vittorio Carrara (Roma)

II Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro

12	novembre	2003	Al sig. Felicio Angrisano (Savona-Noli)
14	»	»	Al sig. Félix La Rosa (Roma)
»	»	»	Al sig. Hugo Hahn (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Michael Wollenschläger (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Paul-Ludwig Weinacht (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Winfried Weier (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Werner Strik (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Dieter Salch (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Franz-Ludwig Knemeyer (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Hubert Frohmüller (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Winfried Böhm (Würzburg)
»	»	»	Al sig. Heinrich Rombach (Würzburg)
15	»	»	Al sig. Marcello Ferri (Taranto)

La croce di Dama di Commenda dell'Ordine di San Silvestro

14	novembre	2003	Alla sig.ra Gabriele Miller (Rottenburg-Stuttgart)
----	----------	------	--

La croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro

14	novembre	2003	Alla sig.ra Waltraud Boelte (Rottenburg-Stuttgart)
»	»	»	Alla sig.ra Eleonore Beck (Rottenburg-Stuttgart)
»	»	»	Alla sig.ra Brigitta Florian (Rottenburg-Stuttgart)

NECROLOGIO

16	novembre	2003	Mons. Augustine E. Hornyak, Vescovo tit. di Ermontis
18	»	»	Mons. Braulio Sánchez Fuentes, Vescovo prelado em. di Mixes (<i>Messico</i>).
25	»	»	Mons. Fernando Ariztia Ruiz, Vescovo em. di Copiapó (<i>Cile</i>).
29	»	»	Mons. William E. Power, Vescovo em. di Antigonish (<i>Canada</i>).
6	dicembre	»	Mons. Luiz R. Gomes de Arruda, Vescovo prelado em. di Gujarà-Mirim (<i>Brasile</i>).
8	»	»	Mons. Fernando Vargas Ruiz de Somocurcio, Arcivescovo em. di Arequipa (<i>Perù</i>).
11	»	»	Card. Paulos Tzadua, del Titolo del SS. Nome di Maria a Via Latina.
12	»	»	Mons. Joseph A. Ferrano, Vescovo em. di Honolulu (<i>Stati Uniti d'America</i>).
13	»	»	Mons. Johannes Sudiarna Hadiwikarta, Vescovo di Surabaya (<i>Indonesia</i>).
28	»	»	Mons., Miguel Angel García y Aráuz, Vescovo em. di Jalapa (<i>Guatemala</i>).
»	»	»	Mons., Henrique Froehlich, Vescovo em. di Sinop (<i>Brasile</i>).

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Mariae Maravillas a Iesu Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Dominus adiutor meus et protector meus, in ipso speravit cor meum »
(Ps 28,7).

Psalmistae verba in vita reperiuntur Mariae Maravillas a Iesu, quae insigni fide imbuta, Deum suae existantiae cardinem esse voluit, in quo omnem spem posuit. Quod per fidei, spei caritatisque vitam est testata, id veluti maximum donum Ecclesiae, spiritualibus filiabus ceterisque hominibus quos convenerat exhibuit. Dei voluntatem eiusque gloriam prae omnibus est persecuta.

Beata Maria Maravillas a Iesu die iv mensis Novembris anno **MDCCCXCI** *Mattiti* marcinone Aloisio Pidal y Mon, apud Apostolicam Sedem legato, atque Christina Chico de Guzmán y Muñoz parentibus orta est. Domi disciplina humana christianaque apposite est instituta. Divina quidem gratia naturales eius dotes extulit, cui ipsa obsequens fuit. Sanctae Teresiae a Iesu itemque sancti Ioannis a Cruce spiritualitate plecta, anno **MCMXIX** Carmelitarum Discalceatarum monasterium in loco *El Escorial* Matriti est ingressa, ubi anno **MCMXX** religiosum vestimentum induit et anno post temporaria vota nuncupavit. Anno **MCMXXIV** una cum tribus sororibus religiosis in hospitium quoddam loci *Getafe* Matritensis provinciae ad tempus se contulit, ubi die **XXX** mensis Maii eodem anno vota sollemnia pronuntiavit, indeque monaste-

rium loci *M Cerro de los Angeles* aedificandum curavit, quod anno **MCMXXVI** sollemnitate incidente Christi Regis est inauguratum quodque exinde ipsa antistita rexit. Complura coenobia postea ad Teresianam mentem condidit. Nova instituta, quae etiam in India sunt locata, Dei spiritu eminere debebant, in quibus Ipse suas delicias reperire posset. Compluribus etiam in monasteriis antistitae munus per totam fere suam vitam strenue sustinuit. Matris mente eodemque tempore evangelica firmitudine contemplationis vitam necnon Regulae et Constitutionum observantiam promovit. Sollicite prudenterque operam dedit ut postulantes noviciaeque instituerentur, aequi semper fuit ingenii, omnes dilexit, potissimum aegrotas vetulasque moniales. Humilitate et caritate eminuit. Licet in paupertate ac difficultatibus variis versaretur, Mater Maravillas a Iesu exemplo verbisque fiduciam, tolerantiam et tranquillitatem filiabus iniecit. Communem monialium vitam, earum consecrationi fidelitatem et apostolicum studium coluit. « Sanctae Teresiae Conso- ciationem » condidit, quam Apostolica Sedes anno **MCMLXXII** comprobavit, ut spiritaliter et materialiter carmelitidum monasteria a se condita aliaque ad ea accessura iuvaret. Obsequentem et oboedientem erga Ecclesiae potestates se praestitit atque cor suum corporis spiritusque necessitatibus Dei populi pauperumque reclusit. Sacerdotes ac Seminarii tirones iuivit itemque collegia puerorum familiarumque domos aedificavit. Corporis spiritusque doloribus affecta est, quae tamen erga Deum fiduciam animique serenitatem servavit. Vim et consolationem ex contemplativa precatione, sacra Eucharistia, in Sacrum Cor, Beatam Mariam Virginem de Monte Carmelo ac Carmelitanos Sanctos pietate, hausit. Haec omnia superavit quia summopere se Dei voluntati aequavit. Sic enim dicere solebat: « Domine, cum vis, ut vis, quod vis: haec est una res, quam volumus ac cupimus ». Longas per noctes et spiritus purificationes excelsam vitae mysticae et cum Deo coniunctionis experientiam attigit. Meritis onusta ac in opinione sanctitatis in loco *LaAldehuela* die xi mensis Decembris anno **MCMLXXIV** obiit. Sanctitatis fama, quam ipsa vivens obtinuit, progrediente tempore increbuit. Archiepiscopus Matritensis anno **MCMLXXX** beatificationis canonizationisque causam incohavit. His absolutis iure statutis rebus, die x mensis Maii anno **MCMXCVIII** eam Beatam renuntiavimus.

Miraculum postea eius intercessioni est adscriptum, de quo Inquisitio Dioecesana in Curia ecclesiastica Paranensi Argentinae facta est. Casus feliciter in Congregatione de Causis Sanctorum investigatus est, atque die xxii mensis Aprilis, anno **MMIII**, Nobis coram Decretum de miraculo prodiit. Patrum Cardinalium Episcoporumque in Consistorio die **VII** mensis Martii anno

MMiii coadunatorum auditis sententiis, statuimus ut canonizationis ritus]f. triti die iv subsequentis mensis Maii, Nostri apostolici itineris tempore, celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

En honor de la Santísima Trinidad, para exaltación de la fe católica y crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente, invocado muchas veces la ayuda divina y oído el parecer de numerosos Hermanos en el episcopado, declaramos y definimos Santos a los Beatos Pedro Poveda, José María Rubio, Genoveva Torres, Angela de la Cruz y María Maravillas de Jesús y los inscribimos en el Catálogo de los Santos, y establecemos que en toda la Iglesia sean devotamente honrados entre los Santos. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.

Spectabilis haec mulier claras dedit religiosae pietatis operumque bonorum testimoniationes, quae totam suam vitam Deo omnino addixit idque ceteris fidelibus significavit. Exoptamus igitur ut salutifera Domini dona et Evangelii beneficia homines complures affatim adipiscantur eiusdem exemplo suffulti et praesidio.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Mat riti, die quarto mensis Maii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco £8 Plumbi

In Secret, Status tab., n. 540.048

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DINDIGULENSIS

In India nova conditur dioecesis Dindigulensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Petitum est nuper ut in India, quibusdam distractis locis a dioecesi Tiruchirapolitana atque a metropolitana sede Madhuraiensi, nova constitueretur dioecesis ad aptius provehendam aeternam salutem Christifidelium ibidem degentium eorumque regimini efficacius consulendum. Qua re, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Petri López Quintana, Archiepiscopi titulo Acropolitani atque in praedicta Natione Apostolici Nuntii, admotam postulationem censuit esse accipiendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris totius gregis Dominici, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A dioecesi Tiruchirapolitana separamus territoria, patrio sermone «taluk» nuncupata, civilis districtus «Dindigul», quae sunt «Dindigul, Vendasandur, Oddanchatram, Palam ac Natham»; a metropolitana autem sede Madhuraiensi seiungimus territorium sex paroeciarum in eodem civili districtu exstantium, videlicet «Natham, Kamalapuram, Sinnalapatty, Athur, Karisalpatty, Vannampatty»; ex iisque novam dioecesim *Dindigulensem* condimus, quam metropolitanae Ecclesiae Madhuraiensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus episcopalem sedem poni in civitate *Dindigul* atque templum ibidem situm, Deo in honorem Sancti Ioseph Opificis dicatum, ad dignitatem cathedralis ecclesiae elevemus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum memoratus Venerabilis Frater Petrus López Quintana, qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

✠ ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE

Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 549.041

II

PORTUS ABDITI

In Mexico nova conditur dioecesis Portus Abditi.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

A Deo datum spiritale Christifidelium sibi commendatorum emolumentum quam maxime cupiens fovere, Venerabilis Frater Hector Gonzalez Martínez, sacrorum tunc Antistes Antequerensis, sententia audita Conferentiae Episcopalis Mexicanae, ab hac Sede Apostolica studiose postulavit ut, creditae sibi ecclesisticae circumscriptionis detracta quadam parte, nova exinde dioecesis erigeretur. Nos itaque, favente eidem consilio Venerabili Fratre Iosepho Bertello, Archiepiscopo titulo Urbis Salviae et in Republica Mexicana Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Nos admotas accipiendas censemus. De plenitudine ideo Apostolicae potestatis Nostrae ab archidioecesi Antequerensi seiungimus integrum territorium Vicariatuum foraneorum vulgari lingua nuncupatorum *Pochutla* et *Pinotepa Nacional*, atque integrum territorium paroeciae dictae *Nuestra Señora de la Natividad de Pulla* et locos appellatus *Santiago de Ixtayutla* et *San Juan Bautista de Tataltepec de Y aidés* ex Vicariatu foraneo Tlaxiaco. Ex ita distracto territorio novam dioecesim constituimus *Portus Abditi* nuncupandam.

Huius novae dicionis sedem in urbe *Puerto Escondido* statuimus aedemque paroecialem inibi sitam, appellatam titulo *Nuestra Señora de la Soledad*, ad gradum dignitatemque Ecclesiae cathedralis evehimus. Novam praeterea hanc dioecesanam communitatem suffraganeam constituimus Ecclesiae metropolitanae Antequerensi eiusque Episcopum subdimus metropolitico iuri Archiepiscopi illius Sedis. Quod vero ad Consilia in dioecesi instituenda attinet necnon Curiam episcopalem et Seminarium, sacerdotum formationem, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, servantur quae sacri canones praescribunt. Documenta insuper et acta quae conditam hanc dioecesim respiciunt, ad eandem Curiam mittantur ibique in tabulario servantur. Simul ac dioecesis Portus Abditi erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri vero clerici Seminarii que tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Haec autem ad singula Nostra mandata exsequenda superius commemoratum Venerabilem Fratrem Iosephum Bertello destinamus, universas necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ministrum in ecclesiastica dignitate iam constitutum, onere iniuncto ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplum actus eiusdem peractae executionis remittendi.

Hanc denique Constitutionem Nostram tam nunc quam in posterum ratam esse iubemus, contrariis quibuslibet causis haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die octavo mensis Novembris, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

£8 IOANNES B. card. RE

Congr. pro Episcopis Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 649.086

III

TOLIARANA

In Madagascaria nova conditur Provincia ecclesiastica, Toliarana appellanda, quae Sedes ad dignitatem archiepiscopalem et metropolitanam attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De universo dominico grege solliciti, in cunctas Ecclesias curam continenter conferre solemus, ut salutifera Iesu Christi beneficia quam amplissimam multitudinem attingant. Ideo Nos aptare festinamus ecclesiastica instituta ad proposita haec commodius assequenda et aptius explenda. Quapropter, cum in Madagascaria catholicum nomen feliciter amplificari videamus, his quorum interest rogatis sententiam, de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Apostolica Nostra potestate suffulti, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Secluis dioecesibus Toliarana, Morembensi, Morondavensi et Tolagnarensi a Sede metropolitana Fianarantsoaënsi, novam ex iis Provinciam ecclesiasticam condimus *Toliaranam* appellandam, eiusdem vocabuli obtinentem Sedem, quam ad archidioecesis metropolitanae gradum attollimus, cuique dioeceses Morembensis, Morondavensis et Tolagnarensis in Madagascaria erunt suffraganae. Toliaranum Episcopum, in praesentiarum Venerabilem Fratrem Fulgentium Rabeony, S.I., dignitate Archiepiscopi Metropolitanae honestamus secundum sacrorum canonum praescripta. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Brunonem Musarò, Archiepiscopum titulo Abaritanum, atque in Madagascaria Apostolicum Nuntium, legamus. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Novembris, anno Domini bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

CRESCENTIUM card. SEPE

Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco 88 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 549.404

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servis Petro Vitchev, Paulo Djidjov et Iosaphat Chichkov Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Trinitatis mysterium nobis revelat Dei amorem adesse, quo nempe omnes homines amat Deus. Propter fidem nempe in Deo, Patre et Filio et Spiritu Sancto itemque propter Christi dilectionem, Filii Dei humanati, factum est ut Patres Petrus Vitchev, Paulus Djidjov et Iosaphat Chichkov, sacerdotes ac religiosi Congregationis Augustinianorum ab Assumptione suam ipsorum vitam tradere non dubitarent, martyrium ferentes, communistis moderantibus, quemadmodum aliis ecclesiae orthodoxae filiis contigit. Falso insimulati et speculatores habiti in iudicio quodam facticio, torti ignominiaque affecti, die III mensis Octobris anno MCMLII capitis damnati sunt ac die xi subsequentis mensis manuballista in principe Sophiae carcere una cum Vincentio Eugenio Bossilkov, Episcopo Nicopolitano ipsoque die xv mensis Martii anno MCMXCVIII beato renuntiato, sunt necati.

I. Petrus Vitchev die xxni mensis Maii anno MDCCCXCIII in oppido *Srem* Bulgariae ex familia orthodoxa ortus est, cuius duo ex sex filii sacerdotes facti sunt. Die VIII mensis Septembris anno MCMX Congregationis Augustinianorum ab Assumptione in oppido *Oempe* Belgii novitiatum est ingressus. Die XXII mensis Decembris anno MCMXXI presbyterali ordine Constantinopolitana in urbe in ritu Byzantino-Slavo est insignitus. Ab anno MCMXXX philosophicam tradidit disciplinam ipseque studiorum praefectus fuit in Sancti Augustini collegio Philippopolitano. Existimatus praeceptor, sibi discipulorum et collegiarum aestimationem conciliavit. Doctus religiosus, pientissimus ac fidelis, validus quoque evasit sacerdotum institutor atque ardens unitatis Ecclesiae suasor. Cum collegium a communistis clausum esset, Superior factus est seminarii Philippopolitani Vicarius est nominatus sodalium Congregationis Augustinianorum ab Assumptione Bulgarorum, quinque paroeciarum ritus Orientalis et quattuor ritus Latini tutor. Cum multum apud iuvenes posset ideoque peculiariter esset observatus, die iv mensis Iulii anno MCMLII in vincula coniectus est ac conspirationis incusatus.

II. Paulus Djidjov die xix mensis Iulii anno MCMXIX Philippopoli in Bulgaria ex catholica ritus Latini familia ortus est. Die II mensis Octobris anno

MCMXXXViii novitiatum Congregationis Augustinianorum ab Assumptione in oppido Gallico *Nozeroy* ingressus est, ipseque ritus Latini die xxvi mensis Ianuarii anno **MCMXLV** sacro est auctus ordine.

In oeconomicis socialibusque rebus expletis studiis, Odessi docuit iisque peculiariter a militibus observatus, cum magna in iuvenes esset eius potestas. Anno **MCMXLV** collegii Sancti Augustini, Seminarii Vicariatusque Orientalis nominatus est oeconomus. Ecclesiae bona strenue adversus communistas tuitus est. Captivos invisere solebat pauperesque auxiliari. Vir fuit pius, salsus, perquam fidei ac oecumenici studii repletus. Die iv mensis Iulii anno **MCMLII** una cum Petro Vitchev captus est.

III. Iosaphat Chichkov Philippopoli die ix mensis Februarii anno **MDCCCLXXXIV** ex religiosa ritus Latini catholica familia natus est. Cum puer **IX** annorum Seminarium Adrianopolitanum Congregationis Augustinianorum ab Assumptione esset ingressus, eorum die xxiv mensis Aprilis anno **MCM** in oppido *Fanaraki* Turciae sumpsit vestimentum atque die xi mensis Iulii anno **MCMXix** Mechliniae sacerdos est renuntiatus. Collegii Sancti Augustini oppidi *Plovdiv* et Collegii Sancti Michaelis Odessitani professor itemque Seminarii minoris utriusque ritus «Sanctorum Cyrilli et Methodii» in oppido *Yambol*, Dei Servus suas propter educatoris facultates sibi conciliavit aestimationem ac dilectionem. Eum saepe invisit Angelus Roncalli, tunc temporis in Bulgaria Visitor Apostolicus. Anno **MCMXLIX** Eugenius Bossilkov eum nominavit parochum Latinum Odessitanum. Paroeciale operosus studiosusque sustinuit munus, cum interea complura scripta ederet. Suam ipse catholicam fidem, in Ecclesiam dilectionem et in Virginem Mariam devotionem testatus est. Mense Decembri anno **MCMLI** captus est.

Cum nemo sciret essentne necati hi Dei Servi necne, fideles tamen eos germanos martyres putaverunt. Omnium religionum quondam discipuli, fideles sodalesque et concaptivi eorum operae pretiosam servaverunt memoriam.

Anno **MCMXCV** immutato regimine Ecclesia in Bulgaria cum libertatem obtineret, Exarchus Sophiae Dei Servorum beatificationis causam incohavit. Dioecesanus processus anno **MCMXCV** ad finem est adductus, cuius vim iuridicam die v mensis Februarii anno **MCMXCIX** comprobavit Congregatio de Causis Sanctorum. Cum de eorum martyrio ad normam actum esset, die xx mensis Februarii anno **MMII** peculiaris Consultorum Theologorum sessio felicem ad exitum adducta est. Patres Cardinales die xii mensis Martii anno **MMII** in ordinaria sessione coadunati iudicarunt tres Dei Servos propter fidei odium esse necatos. Congregatione de Causis Sanctorum comprobante Decretum

super Martyrio confici iussimus, quod die XXIII mensis Aprilis anno MIII prodiit. Statuimus ut beatificationis ritus proximi mensis Maii die xxvi, in sollemnitate Sanctissimae Trinitatis Philippopoli celebraretur, Nostri in Bulgariam itineris tempore.

Hodie igitur inter sacra hanc protulimus formulam:

Ние, удовлетворявайки желанието на Нашите братя Христо Пройков, титулярен Епископ на Брула, Апостолически Екзарх на София за католиците от Византийско-Славянски Обряд живеещи в България; на Георги Иовчев, Софийско-Пловдивски Епископ, на Петко Христов, Никополски Епископ, на многобройните други братя в епископата и на многото верни; Конгрегацията по каузата на светците, със Своята Алосталска власт, разрешаваме Божиите Слуги Камен Вичев, Павел Джиджов и Йосафат Шишков от сега да се наричат Блажени и всяка година, на 13 ноември, в деня на техния рожден ден за небето, да се чества тяхното възпоменание, на места и по начини, които се уточняват от каноническите предписания. В името на Отца и Сина и Светия Духа.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim habeant, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Philippopoli, die sexto et vicesimo mensis Maii, anno bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 68 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 530.265

II

Venerabili Dei Servo Ioanni Adalberto Balicki Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Bonum mihi quia humiliatus sum, ut discam iustificationes tuas» {Ps 119, 71}.

His verbis Venerabilis Dei Servus Ioannes Adalbertus Balicki suam sacerdotalis vitae rationem exprimebat nec non erga Dei voluntatem oboedientiam. Haec Psalmi sententia singularis eius precatio facta est eumque totam

per vitam duxit. His verbis cotidianas initiabat meditationes, sibi continue repetens oportere semper humilem esse, sui ipsius oblivisci atque Dei quaerere voluntatem. Ioannes Balicki, qui eximia excelluit humilitate, die xxv mensis Ianuarii anno MDCCCLXIX in loco *Staromiescie*, hodie intra Resoviae fines, est ortus. Sequenti die, in ritu Baptismatis, duplex accepit nomen, Ioannem Adalbertum. Apud familiam vere christianam infantiam iuventutemque transegit, exemplum diligenter accipiens tum a honestis devotisque parentibus tum a praeclaris magistris et educatoribus Resoviae. Mense Septembri anno MDCCCLXXXVIII Seminarium Premisliense est ingressus ut, sub optimis sacerdotibus, professoribus et spiritalis vitae moderatoribus, ad Sacerdotium quattuor per annos diligenter se praepararet. Presbyteratus ordine die xx mensis Iulii anno MDCCCXCII exornatus, statim pastorale incohavit ministerium in paroecia v. d. «Poma» optimum se demonstrans praedicatorum, diligentem confessarium et orationi deditum. Quattuor deinde annos Romae apud Pontificiam Studiorum Universitatem Gregorianam studiose disciplinam theologiam inquisivit diligenterque in spiritali progressus est vita. In Poloniam anno MDCCCXCVII reversus, munia quaedam pastoralia obivit atque officium theologiae dogmaticae praeceptoris in Seminario dioecetano Premisliensi. Exercendis in muneribus praefecti, vices gerentis rectoris nec non rectoris Seminarii peculiarem ostendit humilitatem, continuam Dei voluntatis inquisitionem spiritalemque altitudinem. Annis MCMXXXIV-MCMXXXIX navitati pastorali se dedit, administrationi praesertim Paenitentiae sacramenti et spirituum moderamini. Singulari eminuit dono animos humanos perscrutandi, difficultates paenitentium intellegendi atque iusta consilia illis praebendi. Permovebatur magna Dei et proximi caritate quam diligenter Eucharistica pietate nec non continua alebat oratione. Sobrius in loquendo, attente et libenti animo aliorum verba exaudiebat. Mense Februario anno MCMXLViii grave peripneumonia et tuberculosi est correptus. In valetudinarium receptus, die xv mensis Martii anno MCMXLVIII pie in Domino obdormivit. Sanctimoniae fama crescente post eius obitum, anno MCMLIX Processus beatificationis et canonizationis ab Episcopo Premisliensi est incohatus et anno MCMLXiii conclusus. Omnibus de iure diligenter expletis, Nos die v mensis Decembris anno MCMXCIV declaravimus hunc Venerabilem Dei Servum virtutes theologiales et cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Nobis adstantibus, die v mensis Iulii anno MMIII decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Venerabilis Dei Servi intercessionis est adsignatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus, occasione data itineris Nostri pastoralis, die xviii mensis Augusti anno MMIII Cracoviae perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Spełniając życzenie naszych braci Józefa Kardynała Glempa, Arcybiskupa Metropolity Warszawskiego, Józefa Michalika, Arcybiskupa Metropolity Przemyskiego, Franciszka Kardynała Macharskiego, Arcybiskupa Metropolity Krakowskiego i Stanisława Gądeckiego, Arcybiskupa Metropolity Pozańskiego jak również wielu innych braci w biskupstwie oraz licznych wiernych, za radą Kongregacji Spraw Kanonizacyjnych, naszą Władzę Apostołąską zezwalamy, aby odtąd Czcigodnym Sługom Bożym: Zygmuntowi Szczęsnemu Felińskiemu, Janowi Balickiemu, Janowi Beyzymowi oraz Sancji Szymkowiak przysługiwał tytuł błogosławionych, i aby ich święta obchodzono w miejscach i w sposób określony przez Prawo. Dla Zygmunta Szczęsnego Felińskiego będzie to corocznie 17 września, dla Jana Balickiego 24 października, dla Jana Beyzyma 12 października, a dla Sancji Szymkowiak 18 sierpnia.

W imię Ojca i Syna, i Ducha Świętego.

2. La ritenuta per ciascuno di detti motivi non può eccedere il terzo della pensione ma, se i due motivi concorrono, la ritenuta complessiva non può eccedere la metà della pensione, con precedenza della ritenuta per alimenti entro il limite del terzo.

Art. 35

*Commutazione del diritto alla pensione in una prestazione
« una tantum » da parte del Fondo*

1. Il diritto alla pensione può essere commutato con provvedimento della «Commissione disciplinare della Curia Romana», assunto in base al proprio Regolamento, in una prestazione «una tantum» da parte del Fondo nel caso in cui il titolare venga colpito da condanna penale o canonica passata in giudicato per offesa alla Santa Sede, per delitti contro la religione cattolica, la moralità pubblica, il buon costume e il patrimonio ecclesiastico o comunque abbia tenuto un comportamento incompatibile, a giudizio della medesima Commissione disciplinare, con la permanenza di qualsiasi rapporto con la Santa Sede.

2. Il valore della prestazione « una tantum » di cui al comma precedente è calcolato con la seguente formula:

$$UT2 = 13 \times Ip \times Pu$$

dove:

UT2 = una tantum del presente comma 2;

Ip = importo della pensione del mese del provvedimento della Commissione disciplinare;

Pu = premio unico per l'assicurazione di una rendita vitalizia anticipata unitaria annua, immediata, pagabile per la vita intera, da determinarsi con la metodologia attuariale dell'ISTAT, sulla base

delle più recenti tavole di mortalità pubblicate dallo stesso ISTAT e sulla base di un tasso di interesse pari al saggio degli interessi legali vigente nello Stato della Città del Vaticano.

Agli effetti del computo dell'età del titolare del diritto, la frazione d'anno pari o superiore a sei mesi è considerata come anno intero, quella inferiore è trascurata.

3. Per i soli casi ricompresi nell'Art. 3, comma 1, lettere *b* e *d* il valore della prestazione « una tantum » è invece calcolato con la seguente formula:

13

$$UT3 = 12 \times Ip \times Au$$

dove:

UT3 = una tantum del presente comma 3;

Ip = importo della pensione del mese del provvedimento della Commissione disciplinare;

Au = valore attuale della rendita unitaria immediata anticipata delle mensilità che spetterebbero ancora al titolare di diritto, assunto come tasso di interesse di riferimento il saggio degli interessi legali vigente nello Stato della Città del Vaticano.

4. Nel caso di provvedimento di cui al comma 1, viene comunque disposta la cancellazione dell'iscritto dal Fondo.

CAPO XIV

PRESTAZIONI PREVIDENZIALI E PROVVIDENZE SOCIALI

Art. 36

Assegno per il nucleo familiare e altre provvidenze sociali

1. Al titolare di pensione diretta o indiretta, qualora la materia non sia regolata da convenzioni internazionali, sono attribuiti, in base all'Art. 2, lettera *b* dello Statuto, il trattamento di famiglia - assegno per il nucleo familiare o assegni familiari - nonché le altre provvidenze sociali disposte o che saranno disposte, in conformità alla normativa vigente e alla condizione che il trattamento pensionistico sia stato conseguito in virtù dei soli periodi di effettivo servizio coperti da contribuzione nel Fondo.

TITOLO V**CAPO XV****DISPOSIZIONI FINALI****Art. 37***Norme di attuazione*

1. Con provvedimenti emanati dalla Segreteria di Stato possono essere stabilite le modalità di attuazione degli articoli del presente Regolamento Generale.

Art. 38*Opzione per la pensione integrale*

1. Resta ferma la facoltà in favore del personale in servizio alla data del 29 febbraio 1972 di optare, all'atto del collocamento a riposo, per il solo trattamento di pensione, come previsto dai Regolamenti per le Pensioni a tale data vigenti, o per il sistema misto di cui all'Art. 2, paragrafi 1 e 2 delle «*Norme per la liquidazione nel trattamento di quiescenza*», come da Motu Proprio del Papa Paolo VI del 20 febbraio 1972. Per coloro che optano per il solo sistema di pensione l'aliquota di cui all'Art. 20, comma 1, lettere a) e b) è pertanto fissata nella misura del 2,5%.

2. La stessa facoltà è confermata ai superstiti del personale di cui al precedente comma, aventi diritto alla pensione indiretta.

Art. 39*Controversie*

1. Per eventuali controversie derivanti dall'applicazione del presente Regolamento Generale si procede in base a quanto dispone l'Art. 20 dello Statuto.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

DECRETA

LUCEATINAE et UBERABENSIS

de finium mutatione

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP.DD. Antonius Carolus Felix, Episcopus Luceatinus, et Aloisius Rochus Oppermann, S.C.I., Archiepiscopus Uberabensis, unanimi consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt, ut circumscriptionum sibi concreditarum fines aliquantulum immutarentur. Congregatio pro Episcopis, prae-habito favorabili voto Exc.mi P.D. Laurentii Baldisseri, Archiepiscopi titulo Diocletianensis et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi im-mutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium faculta-tum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit. Quapropter, hoc Decre-to, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Luceatina integrum territorium paroeciae vulgo dictae « São Se-bastião» in municipio nuncupato « Tapira » distrahitur idque archidioecesi Uberabensi assignatur, mutatis, hac ratione, utriusque ecclesiasticae cir-cumscriptionis finibus. Quamobrem documenta et acta praefatae paroe-ciae, fideles ac bona temporalia respicientia a Curia Luceatina ad Curiam Uberabensem transmittantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.-mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facul-tates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Congregatio-

nem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 10 mensis Ianuarii anno 2004.

✠ IOANNES BAPTISTA card. RE
Praefectus

✠ Franciscus Monterisi
a Secretis

gg g

In Congr. pro Episcopis tab., n. 13j04

IUSTINOPOLITANAE

de Concathedralis erectione

Ut spiritali Populi Dei bono aptius consulatur atque pastorale suum munus efficacius adimplere valeat, Exc.mus P.D. Methodius Pirih, Episcopus Iustinopolitanus, ab Apostolica Sede expostulavit, ut templum, in urbe vulgo *Nova Gorica* exstans, Deo in honorem Divini Salvatoris dicatum, ad dignitatem et fastigium ecclesiae Concathedralis eveheretur. Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Sancti Abril y Castellò, Archiepiscopi titularis Tamadensis et in Slovenia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi, a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia, PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernit, ut, servata dioecesis Iustinopolitanae Cathedrae episcopalis dignitate, templum Deo in honorem Divini Salvatoris in urbe nuncupata *Nova Gorica* exstans dicatum, titulo ac fastigio ecclesiae Concathedralis decoretur, cum omnibus iuribus, honoribus et privilegiis ac oneribus et obligationibus quae huiusmodi ecclesiis sunt propria.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P.D. Sanctum Abril y Castellò deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum onere imposito ad eandem Congregationem, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis transmittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 15 mensis Martii anno 2004.

83 IOANNES BAPTISTA card. **RE**

Praefectus

83 Franciscus Monterisi

a Secretis

L. feb^{a3} o.

In Congr. pro Episcopis tab., n., 927/03

GNESNENSIS - POSNANIENSI - VLADISLAVIENSIS

de finium mutatione

Maiori animarum bono prospicientes, Exc.mi PP.DD. Henricus Muszyński, Archiepiscopus Gnesnensis, Stanislaus Gądecki, Archiepiscopus Posnaniensis et Vieslavus Aloisius Mering, Episcopus Vladislaviensis, audita Conferentia Episcoporum Poloniae, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverant ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum immutarentur. Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia PP. II, favorabili exstante sententia Exc.mi P.D. Iosephi Kowalczyk, Archiepiscopi titulus Heracleensis et in Polonia Apostolici Nuntii, de consilio Secretariae Status, preces ad Se admotas certo animabus profuturas censuit benigneque excipiendas decrevit. Quapropter, praesenti Decreto quae sequuntur decernit: archidioecesis Gnesnensis accipit a dioecesi Posnaniensi decanatus: *Chodzież* (etiam cum territorio civitatis *Ujście* nunc in dioecesi Coslinensi-Colubregana stante), *Rogoźno*, *Goślina* (sed cum solis paroeciis: *Białyżyn*, *Długa Goślina*, *Lechlin*, *Murowana Go-*

slina Św. Jakuba Ap., Murowana Goślina Najwyższego Arcykapłana Jezusa Chrystusa, Skoki), Kostrzyn (sed cum solis paroeciis: Nekla, Opatówko, Targowa Górka) et a dioecesi Vladislaviensi decanatus: Kleczew, Słupca, Zagórow, Golina (sed cum solis paroeciis: Cienin Kościelny, Golina, Kawnice, Łądek, Myślibórz). Quamobrem documenta et acta praedictorum decanatum, fideles et bona temporalia respicientia, a Curia a qua ad Curiam cui illa nuper sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur. Ad clerum vero quod attinet statuti ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariiue tirones illi dioecesi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec omnia perficienda Summus Pontifex memoratum Exc.mum P.D. Iosephum Kowalczyk deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edidit Decretum perinde valituram ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 23 mensis Martii anno 2004.

£8 IOANNES BAPTISTA card. RE
Praefectus

III Franciscus Monterisi
a Secretis

gg g

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 26 Februarii 2004. — Titulari episcopali Ecclesiae Naratcatensi R.P. Iosephum Dominicum Ulloa Mendieta, o.s.A., hactenus Provincialem Ordinis Fratrum S. Augustini in Panama, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Panamensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Macomadensi Rusticianae R.D. Paulum Várela Server, e clero archidioecesis Panamensis, ibique Catholicae Universitatis «S. María La Antigua» rectorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 27 Februarii. — Archiepiscopum Coadiutorem Antofagastensem, Exc.mum P.D. Paulum Lizama Riquelme, Ordinarium Militarem in Republica Chiliensi.

die 28 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Pisaurensi R.D. Petrum Coccia, hactenus curionem in dioecesi Asculana in Piceno et praesidem Instituti Scientiarum Religiosarum in eadem dioecesi.

die 2 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ambiensi R.D. Victorem Sánchez Espinosa, e clero dioecesis Angelorum ibique parochum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Mexicanae.

die 4 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Anatuyanensi R.P. Adolfum Armandum Uriona, Parvi operis Divinae Providentiae sodalem atque olim eiusdem Congregationis Provincialem.

die 5 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Petrocoricensi Exc.mum P.D. Michaellem Mouisse, hactenus episcopum titularem Lambaesianum et Auxiliarem dioecesis Gratianopolitanae.

— Cathedrali Ecclesiae Vallispaschalensi, R.D. Raimundum Iosephum Aponte Fernández, e clero dioecesis Truxillensis in Venetiola, ibique parochum.

die 6 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Fodinensi R.D. Franciscum Dominicum Barbosa Da Silveira, hactenus Vicarium generalem Saltensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vazaritanae, R.D. Martinum Paulum Pérez Scremini, e clero archidioecesis Montisvidei, Vicarium generalem et paroeciae vulgo «Nuestra Señora del Carmen de la Aguada» nuncupatae parochum, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Miniati Exc.mum P.D. Faustum Tardelli, hactenus pro-Vicarium generalem archidioecesis Lucensis.

die 9 Martii. — Episcopum Coadiutorem Kansanopolitanum-Sancti Iosephi, R.D. Robertum W. Finn, e clero archidioecesis Sancti Ludovici.

— Cathedrali Ecclesiae Campifontis Exc.mum P.D. Timotheum Antonium McDonnell, hactenus Episcopum titularem Seminensem et Auxiliarem archidioecesis Neo-Eboracensis.

— Cathedrali Ecclesiae Vigorniensi, Exc.mum P.D. Robertum Iosephum McManus, hactenus Episcopum titularem Alleghenensem et Auxiliarem dioecesis Providentiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ogdensburgensi, R.D. Robertum Iosephum Cunningham, e clero dioecesis Buffalensis, hactenus administratorem dioecesanum atque curionem paroeciae Sancti Aloisii.

die 20 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Materanensi-Montis Pelusii, Exc.mum P.D. Salvatorem Ligorio, hactenus Episcopum Tricaricensem.

— Cathedrali Ecclesiae Clavarensi Exc.mum P.D. Albertum Tanasini, hactenus Episcopum titularem Suellensem et Auxiliarem Archiepiscopi Ianuensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ventimiliensi - Sancti Romuli Exc.mum P.D. Albertum Mariam Careggio, hactenus Episcopum Clavarensensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tricaricensi, R.D. Vincentium Carmelum Orofino, e clero dioecesis Tursiensis-Lacunerulonensis, ibique Vicarium generalem.

die 23 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Helenensi, Exc.mum P.D. Georgium Thomas, hactenus Episcopum titularem Vagrautensem et Auxiliarem archidioecesis Seattlensis.

— Cathedrali Ecclesiae Camdensi, Exc.mum P.D. Iosephum Antonium Galante, hactenus Episcopum Coadiutorem Dallasensem.

die 24 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae, Exc.mum P.D. Aelium Adelar Rubert, hactenus Episcopum titularem Flenucletensem et Auxiliarem archidioecesis Victoriensis Spiritus Sancti.

die 25 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Rothomagensi Exc.mum Dominum Ioannem Carolum Descubes, hactenus Episcopum Agennensem.

die 26 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Hagulstadensi et Novocastrensi R.D. Coemgenum Ioannem Dunn, e clero Birminghamiensi, hactenus Vicarium episcopalem pro religiosis eiusdem archidioecesis.

die 27 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Lovicensi R.D. Andream Dziuba, e clero archidioecesis Gnesnensis et Professorem Theologiae Moralis apud Universitatem Varsaviensem « Kardynal Stefan Wyszyński ».

die 31 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Richmondiensi, Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Di Lorenzo, hactenus Episcopum Honoluluensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 13 Marzo 2004, S.E. il Signor **ARMANDO LUNA SILVA**, Ambasciatore di Nicaragua presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Sabato, 6 Marzo 2004, S.E. il Signor **JOHANNES RAU**, Presidente della Repubblica Federale di Germania.

Giovedì, 11 Marzo 2004, S.E. il Signor **RAFAEL BIELSA**, Ministro degli Affari Esteri di Argentina.

Lunedì, 15 Marzo 2004, le LL.EE. i Signori **GIOVANNI LONGHINI I** e **VALERIA CIAVATTA I**, Capitani Reggenti «pro tempore» della Repubblica di San Marino.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6	marzo	2004	S.E. Mons. Giovanni Battista Morandini, Arcivescovo tit. di Numida, <i>Nunzio Apostolico in Siria</i> .
30	»	»	S.E. Mons. Luigi Bonazzi, Arcivescovo tit. di Atella, <i>Nunzio Apostolico in Cuba</i> .

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9	febbraio	2004	I monsignori Roland Minnerath, Arcivescovo el. di Dijon, Riccardo Antonio Ferrara, Bruno Forte, Ignazio Sanna, Leonard S antedi Kinkupu; i reverendi Peter Damian Akpunonu, p. Serge Thomas Bonino, O.P., Geraldo Luis Borges Hackmann, suor Sara Butler, M.S.B T., Antonio Castellano, S.D.B., Basil Cho
---	----------	------	---

- Kyu-man, Adelbert Denaux, Santiago Del Cura Elena, p. Gilles Emery, O.P., Pierre Gaudette, Savio Hon Tai-Fai, S.D.B., Tomislav Ivancic, Jan W M Liesen, John Michael McDermott, S.I., Paul McPartlan, Thomas Norris, Paul Rouhana, Jerzy Szymik, Dominio Veliath, S.D.B., i dottori Barbara Hallensieben, Johannes Reiter, Thomas Soeding; i padri István Ivancsó, Tony Kelly, C.S.S.R., Luis Ladaria, S.I., *Membri della Commissione Teologica Internazionale « ad quinquennium ».*
- 16 febbraio 2004 L'Em.mo Signor Cardinale Theodore Edgar McCarrick, le LL.EE. i monsignori Theotonijs Gomes, Vescovo tit. di Zucchabar e Michael Ernest Putney, Vescovo di Townsville, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani «ad quinquennium ».*
- 19 » » P. Luis Ladaria, S.I., *Segretario generale della Commissione Teologica Internazionale.*
- 26 » » La sig.ra Mary Ann Glendon, *Presidente della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali.*
- 8 marzo » Mons. Giovanni Maria Rossi, *Sotto-Segretario della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium ».*
- » » » L'Il.mo e Rev.mo Monsignor Lorenzo Civili, Protonotario Apostolico Partecipante ed Uditore em. della Rota Romana, *Vicario Giudiziale del Tribunale Ecclesiastico della Città del Vaticano « usque ad 80^m annum ae. s. ».*
- » » » Mons. Antonio Nicolai, *Difensore del Vincolo, Promotore di Giustizia presso il Tribunale Ecclesiastico della Città del Vaticano.*
- 9 » » Mons. Eleuterio Francesco Fortino, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani fino al compimento del 70° anno di età.*
- » » » Il rag. Paolo Trombetta, *Ragioniere Generale della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede «ad quinquennium ».*
- 12 » » Mons. Georg Schmuttermayr, *Consulatore della Congregazione per il Clero « ad quinquennium ».*
- 15 » » Gli Em.mi Signori Cardinali Jean-Louis Tauran e Attilio Nicora, *Membri della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*
- 17 » » Il P. Abelardo Lobato Casado, O.P., *Presidente della Pontificia Accademia di San Tommaso d'Aquino «ad annum»* e S.E. Mons. Marcelo Sánchez Sorondo, *Prete Segretario della Pontificia Accademia di San Tommaso d'Aquino « ad annum ».*
- 25 » » Il rev. Juan Ignacio Arrieta Ochoa de Chinchetru *Canonista «ad quinquennium»* e p. Ubaldo Todeschini, O.S.M., *Consigliere « ad biennium » del Tribunale della Penitenzieria Apostolica.*

29	marzo	2004	Mons. Marcello Bordoni, <i>Presidente della Pontificia Accademia di Teologia « in aliud quinquennium ».</i>
»	»	»	Le LL.EE. monsignori Giovanni Lajolo, Arcivescovo tit. di Cesariana, J. Michael Miller, Arcivescovo tit. di Vertana, Josef Clemens, Vescovo tit. di Segerme, <i>Membri del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « ad quinquennium ».</i>
30	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Julian Herranz, Javier Lozano Barragán, Stephen Fumio Hamao, <i>Membri della Congregazione delle Cause dei Santi «ad quinquennium ».</i>
»	»	»	Mons. José Luis Gutiérrez Gómez, <i>Relatore della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».</i>
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Antonio María Rouco Várela, Péter Erdő, Jean-Louis Tauran, <i>Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica «ad quinquennium ».</i>

NECROLOGIO

4	marzo	2004	Mons. Artemio Prati, Vescovo em. di Carpi (<i>Italia</i>).
5	»	»	Mons. Nicholas C. Dattilo, Vescovo di Harrisburg (<i>Stati Uniti d'America</i>),
»	»	»	Mons. William Z. Gomes, Vescovo em. di Poona (<i>India</i>).
6	»	»	Mons. Jean Pasquier, Vescovo em. di Ngaoundéré (<i>Camerun</i>).
8	»	»	Mons. Jòzef Gucwa, Vescovo tit. di Vaga.
9	»	»	Mons. Helmut Reckter, Vescovo di Chinhoyi (<i>Zimbabwe</i>).
13	»	»	Card. Franz König, del Titolo di S. Eusebio.
16	»	»	Mons. Rafael Bellido Caro, Vescovo em. di Jerez de la Frontera (<i>Spagna</i>).
19	»	»	Mons. Ricardo Durand Flórez, Arcivescovo em. di Callao (<i>Perù</i>).
20	»	»	Mons. Miguel D'Aversa, Vescovo em. di Humaitá (<i>Brasile</i>).
»	»	»	Mons. Joakim Segedi, Vescovo tit. di Gissaria
26	»	»	Mons. Luis Aníbal Rodríguez Pardo, Arcivescovo em. di Santa Cruz de la Sierra (<i>Bolivia</i>).
27	»	»	Mons. Kenneth E. Untener, Vescovo tit. di Saginaw (<i>Stati Uniti d'America</i>).

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beatae Angelae a Cruce Guerrero y González sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem, qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est» (*I Cor* 1,18).

Apostoli Pauli doctrinam sequens beata Angela a Cruce fideliter Christum Crucifixum dilexit, quem per semitas abnegationis diligentiaeque est secuta, qui penitus eius signavit vitam quique fons fuit eius abnegationis, diligentiae caritatisque. Sanctificare se ipsam voluit eandem ac Iesu percurrens viam, crucis scilicet iter, proximum amans in humilitate et paupertate atque severam exercens paenitentiam. Christi haec discipula die xxx mensis Ianuarii anno MDCCCXLVI *Hispani*, in Hispania, ex Francisco Guerrero et Iosepha González est nata, in familia omnino simplici et paupere in qua precem et amorem erga pauperes omnesque qui in difficultatibus versantur didicit. Scholam tantummodo primariam frequentavi[^] quam reliquit ut familiam adiuvaret, atque veluti adulescens navitatem cepit in calceamentorum opificio ubi rosarium recitabatur et ubi ista primas habebat mysticas experientias. Domini vocem sentiens, xix annos nata, ingredi voluit, moderatore spiritali approbante, Carmelitarum discalceatarum monasterium Hispani et Filiarum Caritatis communitatem, sed, ob corporis debilitatem, non est accepta. Curam deinde de familiis pauperibus egit et victimis morbi cholerae. Anno MDCCCLXXI promisit, prope pedes Christi Crucifixi, consilia evangelica se servaturam. Die

ii mensis Augusti anno MDCCCLXXV initium « Sororibus Societatis Crucis » dedit. Duos post annos vota nuncupavit temporaria et, anno MDCCCLXXVIII, perpetua. Propositum Instituti est, praeter ipsarum Sororum sanctificationem, vario modo spiritalique praesertim consolatione curam erga aegrotos agere. Angela a Cruce Instituto spiritum dedit laetitiae, simplicitatis, humilitatis diligentisque cotidiani apostolatus. Munus generalis moderatricis exercens, singularem demonstravit sapientiam, deinde vero humiliter novae antistitae est submissa, spiritalis adhortans filias ad altiore usque oboedientiam. Fide eminuit peculiari atque spe in Deum eiusque Providentiam. Libenti animo pauperes adiuvit se ipsam pauperem considerans. Anno MCMXXXI coagulatione cerebri est paralyti correpta. Longam post colluctationem, Sacramentis acceptis, pie in Domino die II mensis Martii anno MCMXXXII in urbe Hispalensi obdormivit. Beata Angela a Cruce, quae magnum impulsus habuit in Ecclesiam ac societatem Hispalis illius aetatis, solida etiam gavisus est sanctitatis fama. Archiepiscopus Hispalensis anno MCMXXXVIII causam incohavit beatificationis canonizationisque. Omnibus de iure diligenter expletis, Nos Ipsi die v mensis Novembris anno MCMLXXXII Hispali sollempni modo Angelam a Cruce declaravimus Beatam. Die xx mensis Decembris anno MMII, Nobis adstantibus, decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Beatae deprecationi est adsignatum. Exauditis Patrum Cardinalium Episcoporumque, in Consistorio die VII mensis Martii insequentis anni celebrato, faventibus sententiis, statuimus deinde ut canonizationis ritus, occasione data itineris Nostri Pastoralis, die iv mensis Maii anno MMIII Matriti perageretur.

Hodie igitur, coram populi Dei multitudine Pastorumque Ecclesiae numero magno, perplacuit Nobis hanc quae sequitur proferre canonizationis formulam:

En honor de la Santísima Trinidad, para exaltación de la fe católica y crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente, invocado muchas veces la ayuda divina y oído el parecer de numerosos Hermanos en el episcopado, declaramos y definimos Santos a los Beatos Pedro Poveda, José María Rubio, Genoveva Torres, Angela de la Cruz y María Maravillas de Jesús y los inscribimos en el Catálogo de los Santos y establecemos que en toda la Iglesia sean devotamente honrados entre los Santos. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.

Clara haec mulier per diligentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem, atque insignia dedit religiosae pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, ad altiore usque in cotidiana vita


imitationem Salvatoris incitatur adque sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitatur.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime efficientibus rebus quibuslibet.

Datum Matriti, die quarto mensis Maii, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 540.749

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

EMDEBERENSIS

In Aethiopia nova Eparchia constituitur nomine Emdeberensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad universae incrementum Ecclesiae fovendum necnon singulariter iugem omnium Aethiopum Christifidelium spiritalem profectum, Nobis, beati Petri successoribus de Dominico grege sollicitis, de consilio Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, visum est peramplam archieparchiam metropolitanam

Neanthopolitanam dividere ut ex eadem nova constituatur eparchia. Summa igitur Apostolica Nostra potestate sequentia decernimus. Quodam detracto territorio a memorata archieparchia, novam constituimus eparchiam *Emdeberensem*, cuius sedem in urbe «Emdeber» poni iubemus, cunctis factis propriis iuribus atque obligationibus. Ut eadem eparchia archieparchiae metropolitanae Neanthopolitanae suffraganea subdatur statuimus necnon regionem complectatur quae e territoriis Gurageano, vulgo *Ourage Zone* dicto sitoque in Regione Nationum Meridionalium et Nationalitatum, atque Volisoano, vulgo *Wolliso Zone* dicto sitoque in regione Ornomiana, vulgo *Omo-mia Region* dicta, constat. Haec omnia reliquaque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insuper de eodem absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad dictam Congregationem mittantur. Quae decrevimus denique nunc et in posterum rata esse volumus, contrariis quibuscumque rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

83 IGNATIUS MOUSSA card. DAUD

Congr. pro Eccl. Orientalibus, Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 552 049

II

LODZIENSIS

Provincia ecclesiastica Lodziensis appellanda in Polonia conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Spiritale incrementum Poloniae fidelium foventes, ecclesiastica instituta illa in dilecta terra aptare properamus ad commodiorem inter cunctos Eccle-

siae filios filiasque salutiferae veritatis divulgationem. Nunc vero enixam consideramus rogationem Venerabilis Fratris Nostri Iosephi Cardinalis Glemp, Archiepiscopi Varsaviensis, qui, audita Episcoporum Poloniae Conferentia, ob incolarum copiam in circumscriptione ecclesiastica sibi commissa degentium, ab Apostolica Sede postulavit ut, dismembratis quibusdam territoriis eiusdem Provinciae ecclesiasticae Varsaviensis, nova constitueretur Provincia ecclesiastica *Lodziensis* atque eiusdem nominis Ecclesia ad dignitatem honoremque archiepiscopalis metropolitanae sedis eveheretur. Nosmet Ipsi, praehabito favorabili voto Venerabilis Fratris Iosephi Kowalczyk, Archiepiscopi titulo Heracleensis et in Polonia Apostolici Nuntii, de consilio Sectionis de Rationibus cum Civitatibus apud Secretariam Status, Congregatione pro Episcopis in consilium advocata, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. De plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, Lodziensem sedem archiepiscopalem Sanctae Sedi adhuc immediate subiectam ad fastigium metropolitanae Ecclesiae evehimus eique iura et privilegia conferimus quibus ceterae metropolitanae sedes, ad normam iuris communis, gaudent. Ex territorio porro duarum communitatum ecclesialium, Lodziensis scilicet et Lovicensis, novam constituimus Provinciam ecclesiasticam *Lodziensem* appellandam. Sacrum deinde Pastorem archidioecesis Lodziensis dignitate archiepiscopali ac gradu Metropolitae insignimus atque iuribus et privilegiis quibus ceteri in orbe catholico Metropolitae secundum canonum normas ornantur, oneribus pariter et obligationibus quibus iidem ligantur.

Haec omnia ad expedienda Venerabilem quem diximus Fratrem Iosephum Kowalczyk destinamus, necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis diligenter mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quarto mensis Februarii, anno Domini bismillesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

£8 IOANNES B. card. RE

Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 555.095

III

BYDGOSTIENSIS

In Polonia nova conditur dioecesis « Bydgosciensis » appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dilectorum Polonorum fidelium spiritale iter diligentissime sequentes, studiosam operam damus ut Ecclesia in Polonia suam vitae rationem aptare variis temporum necessitatibus valeat atque Evangelii praedicatio facilius commodiusque illa in terra eveniat. Considerata igitur petitione Venerabilium Fratrum Henrici Muszyński, Archiepiscopi Gnesnensis, Ioannis Bernardi Szłaga, Episcopi Pelplinensis, et Mariani Golejbiewski, Episcopi Coslinensis-Colubregani, qui, audita Conferentia Episcoporum Poloniae, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut, circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum dismembratis quibusdam territoriis, nova erigeretur dioecesis, Nosmet Ipsi, favorabili exstante sententia Venerabilis Fratris Iosephi Kowalczyk, Archiepiscopi titulo Heracleensis et in Polonia Apostolici Nuntii, de consilio Secretariae Status, haec quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Gnesnensi separamus decanatus: *Bydgoszcz I, Bydgoszcz II, Bydgoszcz III, Bydgoszcz IV, Bydgoszcz V, Kcynia, Lobzenica, Mroczka, Nakło, Szubin, Wyrzysk, Wysoka*; a dioecesi Pelplinensi ex decanatu Koronowo distrahimus paroecias: *Dobrcz, Kotomierz, Maksymilianowo, Osielsko, Strzelce Górne, Włóki, Wtelno, Zolędowo*; ex decanatu *Śc-pólno Krajenskie* paroecias: *Lutowo, Pęperzyn, Śc-pólno Krajenskie, Sypniewo, Wielowicz, Więcbork*; ex decanatu *Wierzchucin* paroecias: *Drzewianowo, Wąwelnio, Wierzchucin Królewski, Wierzchucinek*; a dioecesi Coslinensi-Colubregana disiungimus decanatum *Złotów*, atque ex ita distractis territoriis novam consituimus dioecesim *Bydgosciensem* appellandam iisdem circumscriptionem finibus quibus praefati decanatus et paroeciae simul sumpti in praesens terminantur. Novae ecclesialis communitatis sedem in urbe « Bydgoszcz » statuimus templumque ibidem paroeciale, Deo in honorem S. Martini et S. Nicolai dicatum, ad gradum evehimus Ecclesiae Cathedralis, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis. Dioecesim Bydgosciensem metropolitanae Ecclesiae Gnesnensi suffraganeam facimus atque eius

Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Gnesnensis subicimus. Simul ac ecclesialis communitatis Bydgosciensis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium tenent; ceteri vero sacerdotes Seminarii que tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium. Ut sacro Pastori erectae dioecesis validum tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum ad normam iuris communis quam primum instituatur. Congruae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei obveniente ex bonorum divisione, ad normam can. 122 C.I.C. facienda. Circa Seminarii dioecesani erectionem nec non sacrorum candidatorum formationem serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis a Congregatione de Institutione Catholica statutis. Acta et documenta quae erectam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia respiciunt, a Curiis Gnesnensi, Pelplinensi et Coslinensi-Colubregana ad Curiam Bydgosciensem rite transmittantur. Cetera cuncta ad Iuris Canonici normas exsolvantur. Ad haec tandem explenda quae per has Litteras iussimus, Venerabilem quem diximus Fratrem Iosephum Kowalczyk deputamus, necessarias eidem tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quarto mensis Februarii, anno Domini bismillesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

68 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

68 IOANNES B. card. RE

Congr. pro Episcopis Praef

Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 555.096

CHIROGRAPHUM

C exeunte anno a Motu proprio «Tra le sollecitudini» foras dato.

1. Mosso dal vivo desiderio «di mantenere e di promuovere il decoro della Casa di Dio», il mio predecessore san Pio X emanava, cento anni fa, il Motu proprio *Tra le sollecitudini*, che aveva come oggetto il rinnovamento della musica sacra nelle funzioni del culto. Con esso egli intendeva offrire alla Chiesa concrete indicazioni in quel vitale settore della Liturgia, presentandole «quasi a codice giuridico della musica sacra».¹ Anche tale intervento rientrava nel programma del suo pontificato, che egli aveva sintetizzato nel motto «Instaurare omnia in Christo».

La ricorrenza centenaria del documento mi offre l'occasione di richiamare l'importante funzione della musica sacra, che san Pio X presenta sia come mezzo di elevazione dello spirito a Dio, sia come prezioso aiuto per i fedeli nella «partecipazione attiva ai sacrosanti misteri e alla preghiera pubblica e solenne della Chiesa».²

La speciale attenzione che è doveroso riservare alla musica sacra, ricorda il santo Pontefice, deriva dal fatto che essa, «come parte integrante della solenne Liturgia, ne partecipa il fine generale, che è la gloria di Dio e la santificazione ed edificazione dei fedeli».³ Interpretando ed esprimendo il senso profondo del sacro testo a cui è intimamente legata, essa è capace di «aggiungere maggiore efficacia al testo medesimo, affinché i fedeli [...] meglio si dispongano ad accogliere in sé i frutti della grazia, che sono propri della celebrazione dei sacrosanti misteri».⁴

2. Questa impostazione è stata ripresa dal Concilio Ecumenico Vaticano II nel capitolo VI della Costituzione *Sacrosanctum Concilium* sulla sacra Liturgia, dove si richiama con chiarezza la funzione ecclesiale della musica sacra: «La tradizione musicale di tutta la Chiesa costituisce un patrimonio di inestimabile valore, che eccelle tra le altre espressioni dell'arte, specialmente per il fatto che il canto sacro, unito alle parole, è parte necessaria e integrale della liturgia solenne».⁵ U Concilio ricorda, inoltre, che «il canto sacro è stato lodato sia dalla Sacra Scrittura, sia dai Padri,

¹ Pii X Pontificis Maximi Acta, vol I, p. 77.

² Ibid

³ Ibid . n. 1. p 78

* Ibid

⁵ N. 112

sia dai Romani Pontefici che recentemente, a cominciare da san Pio X, hanno sottolineato con insistenza il compito ministeriale della musica sacra nel servizio divino».⁶

Continuando, infatti, l'antica tradizione biblica, a cui lo stesso Signore e gli Apostoli si sono attenuti (Cfr *Mt* 26, 30; *Ef* 5, 19; *Col* 3, 16), la Chiesa lungo tutta la sua storia ha favorito il canto nelle Celebrazioni liturgiche, fornendo secondo la creatività di ogni cultura stupendi esempi di commento melodico dei testi sacri nei riti tanto dell'Occidente quanto dell'Oriente.

Costante, poi, è stata l'attenzione dei miei Predecessori a questo delicato settore, per il quale hanno richiamato i principi fondamentali che devono animare la produzione di musica sacra, specie se destinata alla Liturgia. Oltre al papa san Pio X, sono da ricordare, tra gli altri, i papi Benedetto XIV con l'Enciclica *Annus qui* (19 febbraio 1749), Pio XII con le Encicliche *Mediator Dei* (20 novembre 1947) e *Musicae sacrae disciplina* (25 dicembre 1955), ed infine Paolo VI con i luminosi pronunciamenti che ha disseminato in molteplici interventi.

I Padri del Concilio Vaticano II non hanno mancato di ribadire tali principi, in vista di una loro applicazione alle mutate condizioni dei tempi. Lo hanno fatto in uno specifico capitolo, il sesto, della Costituzione *Sacrosanctum Concilium*. Papa Paolo VI provvede poi alla traduzione in norme concrete di quei principi, soprattutto per mezzo dell'Istruzione *Musicam sacram*, emanata, con la sua approvazione, il 5 marzo 1967 dall'allora Sacra Congregazione dei Riti. A quei principi di ispirazione conciliare occorre costantemente rifarsi per promuovere, in conformità alle esigenze della riforma liturgica, uno sviluppo che sia, anche in questo campo, all'altezza della tradizione liturgico-musicale della Chiesa. Il testo della Costituzione *Sacrosanctum Concilium* in cui si afferma che la Chiesa «approva ed ammette nel culto divino tutte le forme della vera arte, dotate delle dovute qualità»,⁷ trova gli adeguati criteri di applicazione nei nn. 50-53 dell'Istruzione *Musicam sacram* ora menzionata.⁸

3. In varie occasioni anch'io ho richiamato la preziosa funzione e la grande importanza della musica e del canto per una partecipazione più attiva e intensa alle Celebrazioni liturgiche,⁹ ed ho sottolineato la necessità di «purificare il culto da sbavature di stile, da forme trasandate di espressione, da

⁶ *Ibid.*

⁷ *Ibid.*

⁸ Cfr AAS 59 (1967), 314-316.

⁹ Cfr, ad esempio, Discorso al Pontificio Istituto di Musica Sacra nel 90° di fondazione (19 gennaio 2001), 1: *Insegnamenti* XXIV/1 (2001), 194.

musiche e testi sciatti e poco consoni alla grandezza dell'atto che si celebra»,¹⁰ per assicurare dignità e bontà di forme alla musica liturgica.

In tale prospettiva, alla luce del magistero di san Pio X e degli altri miei Predecessori e tenendo conto in particolare dei pronunciamenti del Concilio Vaticano II, desidero riproporre alcuni principi fondamentali per questo importante settore della vita della Chiesa, nell'intento di far sì che la musica liturgica risponda sempre più alla sua specifica funzione.

4. Sulla scia degli insegnamenti di san Pio X e del Concilio Vaticano II, occorre innanzitutto sottolineare che la musica destinata ai sacri riti deve avere come punto di riferimento la santità: essa di fatto, «sarà tanto più santa quanto più strettamente sarà unita all'azione liturgica».¹¹ Proprio per questo, «non indistintamente tutto ciò che sta fuori dal tempio (profanum) è atto a superarne la soglia», affermava saggiamente il mio venerato predecessore Paolo VI, commentando un decreto del Concilio di Trento¹² e precisava che «se non possiede ad un tempo il senso della preghiera, della dignità e della bellezza, la musica — strumentale e vocale — si preclude da sé l'ingresso nella sfera del sacro e del religioso».¹³ D'altra parte la stessa categoria di «musica sacra» oggi ha subito un allargamento di significato tale da includere repertori i quali non possono entrare nella Celebrazione senza violare lo spirito e le norme della Liturgia stessa.

La riforma operata da san Pio X mirava specificamente a purificare la musica di Chiesa dalla contaminazione della musica profana teatrale, che in molti Paesi aveva inquinato il repertorio e la prassi musicale liturgica. Anche ai tempi nostri è da considerare attentamente, come ho messo in evidenza nell'Enciclica *Ecclesia de Eucharistia*, che non tutte le espressioni delle arti figurative e della musica sono capaci «di esprimere adeguatamente il Mistero colto nella pienezza di fede della Chiesa».¹⁴ Di conseguenza, non tutte le forme musicali possono essere ritenute adatte per le Celebrazioni liturgiche.

5. Un altro principio enunciato da san Pio X nel Motu proprio *Tra le sollecitudini*, principio peraltro intimamente connesso con il precedente, è quello della bontà delle forme. Non vi può essere musica destinata alla celebrazione dei sacri riti che non sia prima «vera arte», capace di avere quel-

¹⁰ Udienza generale del 26 febbraio 2003, 3: *L'Osservatore Romano*, 27 febbraio 2003, p. 4

¹¹ Conc. Ecum. Vat. II, Cost. sulla sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 112.

¹² Discorso ai partecipanti all'assemblea generale dell'Associazione Italiana Santa Cecilia (18 settembre 1968): *Insegnamenti VI* (1968), 479..

¹³ *Ibid.*

¹⁴ N. 50: AAS 95 (2003), 467..

l'efficacia « che la Chiesa intende ottenere accogliendo nella sua liturgia l'arte dei suoni ».¹⁵

E tuttavia tale qualità da sola non basta. La musica liturgica deve infatti rispondere a suoi specifici requisiti: la piena aderenza ai testi che presenta, la consonanza con il tempo e il momento liturgico a cui è destinata, l'adeguata corrispondenza ai gesti che il rito propone. I vari momenti liturgici esigono, infatti, una propria espressione musicale, atta di volta in volta a far emergere la natura propria di un determinato rito, ora proclamando le meraviglie di Dio, ora manifestando sentimenti di lode, di supplica o anche di mestizia per l'esperienza dell'umano dolore, un'esperienza tuttavia che la fede apre alla prospettiva della speranza cristiana.

6. Canto e musica richiesti dalla riforma liturgica — è bene sottolinearlo — devono rispondere anche a legittime esigenze di adattamento e di inculturazione. E chiaro, tuttavia, che ogni innovazione in questa delicata materia deve rispettare peculiari criteri, quali la ricerca di espressioni musicali che rispondano al necessario coinvolgimento dell'intera assemblea nella celebrazione e che evitino, allo stesso tempo, qualsiasi cedimento alla leggerezza e alla superficialità. Sono altresì da evitare, in linea di massima, quelle forme di «inculturazione», che introducono nella Liturgia composizioni antiche o contemporanee di valore artistico, ma di linguaggio musicale ai più incomprensibile.

In questo senso san Pio X indicava — usando il termine universalità — un ulteriore requisito della musica destinata al culto: «... pur concedendosi ad ogni nazione — egli annotava — di ammettere nelle composizioni chiesastiche quelle forme particolari che costituiscono in certo modo il carattere specifico della musica loro propria, queste però devono essere in tal maniera subordinate ai caratteri generali della musica sacra, che nessuno di altra nazione nell'udirle debba provarne impressione non buona».¹⁶ In altri termini, il sacro ambito della Celebrazione liturgica non deve mai diventare laboratorio di sperimentazioni o di pratiche compositive ed esecutive introdotte senza un'attenta verifica.

7. Tra le espressioni musicali che maggiormente rispondono alle qualità richieste dalla nozione di musica sacra, specie di quella liturgica, un posto particolare occupa il canto gregoriano. Il Concilio Vaticano II lo riconosce come « canto proprio della liturgia romana »¹⁷ a cui occorre riservare a parità

¹⁵ N. 2, p. 78.

¹⁶ *Ibid.*, pp 78-79

¹⁷ Cost. sulla sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 116.

di condizioni il primo posto nelle azioni liturgiche in canto celebrate in lingua latina.¹⁸ San Pio X rilevava come la Chiesa lo ha «ereditato dagli antichi padri», lo ha «custodito gelosamente lungo i secoli nei suoi codici liturgici» e tuttora lo «propone ai fedeli» come suo, considerandolo «come il supremo modello della musica sacra».¹⁹ Il canto gregoriano pertanto continua ad essere anche oggi elemento di unità nella liturgia romana.

Come già san Pio X, anche il Concilio Vaticano II riconosce che «gli altri generi di musica sacra, e specialmente la polifonia, non vanno esclusi affatto dalla celebrazione dei divini uffici».²⁰ Occorre, pertanto, vagliare con attenta cura i nuovi linguaggi musicali, per esperire la possibilità di esprimere anche con essi le inesauribili ricchezze del Mistero riproposto nella Liturgia e favorire così la partecipazione attiva dei fedeli alle celebrazioni.²¹

8. L'importanza di conservare e di incrementare il secolare patrimonio della Chiesa induce a prendere in particolare considerazione una specifica esortazione della Costituzione *Sacrosanctum Concilium*: «Si promuovano con impegno le scholae cantorum specialmente presso le chiese cattedrali».²² A sua volta l'Istruzione *Musicam sacram* precisa il compito ministeriale della *schola*: «E degno di particolare attenzione, per il servizio liturgico che svolge, il coro o cappella musicale o *schola cantorum*. In seguito alle norme conciliari riguardanti la riforma liturgica, il suo compito è divenuto di ancor maggiore rilievo e importanza: deve, infatti, attendere all'esecuzione esatta delle parti sue proprie, secondo i vari generi di canti, e favorire la partecipazione attiva dei fedeli nel canto. Pertanto [...] si abbia e si promuova con cura specialmente nelle cattedrali e altre chiese maggiori, nei seminari e negli studentati religiosi, un coro o una cappella musicale o una *schola cantorum*».²³ Il compito della *schola* non è venuto meno: essa infatti svolge nell'assemblea il ruolo di guida e di sostegno e, in certi momenti della Liturgia, ha un proprio ruolo specifico.

Dal buon coordinamento di tutti — il sacerdote celebrante e il diacono, gli accoliti, i ministranti, i lettori, il salmista, la *schola cantorum*, i musicisti, il cantore, l'assemblea — scaturisce quel giusto clima spirituale che rende il momento liturgico veramente intenso, partecipato e fruttuoso. L'aspetto

¹⁸ Cfr S. Congregazione dei Riti, Istr. sulla musica nella sacra Liturgia *Musicam sacram* (5 marzo 1967), 50: AAS 59 (1967), 314.

¹⁹ Motu proprio *Tra le sollecitudini*, n. 3, p. 79.

²⁰ Cost., sulla sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 116.

²¹ Cfr *ibid.*, 30.

²² *ibid.*, 114.

²³ N. 19: AAS 59 (1967), 306.

musicale delle celebrazioni liturgiche, quindi, non può essere lasciato né all'improvvisazione, né all'arbitrio dei singoli, ma deve essere affidato ad una bene concertata direzione nel rispetto delle norme e delle competenze, quale significativo frutto di un'adeguata formazione liturgica.

9. Anche in questo campo, pertanto, si evidenzia l'urgenza di promuovere una solida formazione sia dei pastori che dei fedeli laici. San Pio X insisteva particolarmente sulla formazione musicale dei chierici. Un richiamo in tal senso è stato ribadito anche dal Concilio Vaticano II: « Si curino la formazione e la pratica musicale nei seminari, nei noviziati dei religiosi e delle religiose e negli studentati, come pure negli altri istituti e scuole cattoliche». ²⁴ L'indicazione attende di essere pienamente realizzata. Ritengo pertanto opportuno richiamarla, affinché i futuri pastori possano acquisire una adeguata sensibilità anche in questo campo.

In tale opera formativa un ruolo speciale viene svolto dalle scuole di musica sacra, che san Pio X esortava a sostenere e a promuovere, ²⁵ e che il Concilio Vaticano II raccomanda di costituire ove possibile. ²⁶ Frutto concreto della riforma di san Pio X fu l'erezione in Roma, nel 1911, otto anni dopo il Motu proprio, della «Pontificia Scuola Superiore di Musica Sacra», divenuta in seguito «Pontificio Istituto di Musica Sacra». Accanto a questa istituzione accademica ormai quasi centenaria, che ha reso e rende un qualificato servizio alla Chiesa, vi sono tante altre Scuole istituite nelle Chiese particolari, che meritano di essere sostenute e potenziate per una sempre migliore conoscenza ed esecuzione di buona musica liturgica.

4. Під час цезабутиього візиту до Вашої країни два роки тому, вказуючи на печальний період, який сімдесят років тому пережила Україна, я пригадав «жахливі роки радянської диктатури і сграшний голод у тридцяті роки, коли ваша країна, "житиия Європи", вже більше не могла прогодувати власних дітей, які гинули мільйонами» (Промова до Представників світу політики, культури, науки і підприємців в Маріїському Палаці [23 червня 2001], 3 *Insegnamenti* 24/1, 2001, 1268).

Будемо сподіватись, що з Божою допомогою, уроки історії допоможуть знайти тривкі спонуки до порозуміння, маючи на увазі конструктивне співробітництво, щоб спільно будувати країну, яка на кожному рівні розвиватиметься у гармонійний та мирний спосіб.

Осягнення цієї благородної мети залежить, перш усього, від українців, яким довірено зберігання східної християнської традиції і відповідальність за те, щоб зуміти донести її до самобутнього поєднання культури та цивілізації. В цьому полягає особливий вклад, який Україна покликана внести у побудову «спільного європейського дому», в якому кожен народ міг би знайти відповідне прийняття у пошані до цінностей власної самобутності.

5. Високодостойні Брати, при такій винятковій нагоді як нам не повернутись думкою до євангельського посіву, здійсненого святими Кирилом і Методієм? Як наново з вдячністю не замислитись над свідченням святого Володимира та його матері, святої Ольги, за посередництвом яких Господь дарував вашому народові благодать Хрищення та нового життя у Христі? З духом, просвіченим Євангелієм, можна краще зрозуміти, як треба любити Батьківщину, щоб дієво дати свій вклад у її поступок шляху культури та цивілізації. Приналежність до певного роду повинна супроводжуватись самовідданим зусиллям та безкорисливим обміном дарів, отриманих у спадщину від попередніх поколінь, щоб будувати суспільство, відкрите до інших народів та відмінних традицій.

Висловлюючи побажання, щоб український народ умів дивитись на історичні події примиреними очима, ввіряю духовному утішенню Пресвятої Богородиці усіх тих, які ще й далі страждають внаслідок цих печальних подій. Супроводжую ці мої почуття ошбливим Ангоскщльським Блатсловенням, яке уділяю Вам, Високодостойні Брати, і всім тим, які довірені Ва *su* душпастирській опіці, вимолюючи для всіх щедрі небесні благодаті.

З Ватикану, 23 листопада 2003 року, Празник Господа нашого Ісуса Христа, Царя всесвіту.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ob diem aegrotis dicatum missus.

Al Venerato Fratello

Javier card., Lozano Barragán,

Presidente del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari

1. La Giornata Mondiale del Malato, ricorrenza che annualmente si svolge in un Continente diverso, assume questa volta un singolare significato. Essa, infatti, avrà luogo a Lourdes, in Francia, località dove la Vergine apparve l'11 febbraio del 1858, e che da allora è diventata meta di tanti pellegrinaggi. La Madonna ha voluto, in quella regione montagnosa, manifestare il suo amore materno specialmente verso i sofferenti e gli ammalati. Da allora continua a farsi presente con costante sollecitudine.

E stato scelto tale Santuario, perché nel 2004 cade il 150° anniversario della proclamazione del dogma dell'Immacolata Concezione. Era, infatti, l'8 dicembre 1854, quando il mio Predecessore di felice memoria, il Beato Pio IX, con la Bolla dogmatica *Ineffabilis Deus* affermò essere «rivelata da Dio la dottrina che sostiene che la beatissima Vergine Maria fu preservata, per particolare grazia e privilegio di Dio onnipotente, in previsione dei meriti di Gesù Cristo, salvatore del genere umano, immune da ogni macchia di peccato originale fin dal primo istante del suo concepimento».¹ A Lourdes Maria, parlando nel dialetto del posto, disse: «Que soy era Immaculada Councepciou».

2. Con queste parole non voleva forse la Vergine esprimere anche il legame che la unisce alla salute e alla vita? Se per la colpa originale è entrata nel mondo la morte, per i meriti di Gesù Cristo, Dio ha preservato Maria da ogni macchia di peccato, ed è venuta a noi la salvezza e la vita.²

Il dogma dell'Immacolata Concezione ci introduce nel cuore del mistero della Creazione e della Redenzione.³ Dio ha voluto donare all'umana creatura la vita in abbondanza,⁴ condizionando, tuttavia, questa sua iniziativa ad una risposta libera ed amorevole. Rifiutando questo dono con la disobbedienza che portò al peccato, l'uomo ha tragicamente interrotto il dialogo vitale con il

¹ *DS* 2803.

² Cfr *Jm* 5, 12-21.

³ Cfr *Ef* 1, 4-12; 3, 9-11.

⁴ Cfr *Gv* 10, 10.

Creatore. Al «sì» di Dio, fonte della pienezza della vita, si è opposto il «no» dell'uomo, motivato da orgogliosa autosufficienza, foriera di morte.⁵

L'intera umanità fu pesantemente coinvolta in questa chiusura verso Dio. Solo Maria di Nazareth, in previsione dei meriti di Cristo, fu concepita immune dalla colpa originale e totalmente aperta al disegno divino, così che il Padre celeste poté realizzare in lei il progetto che aveva per gli uomini.

L'Immacolata Concezione prelude all'intreccio armonioso tra il «sì» di Dio e il «sì» che Maria pronuncerà con totale abbandono, quando l'angelo le recherà l'annuncio celeste.⁶ Questo suo «sì», a nome dell'umanità, riapre al mondo le porte del Paradiso, grazie all'incarnazione del Verbo di Dio nel suo seno ad opera dello Spirito Santo.⁷ L'originario progetto della creazione viene così restaurato e potenziato in Cristo, e in tale progetto trova posto anche lei, la Vergine Madre.

3. Sta qui la chiave di volta della storia: con l'Immacolata Concezione di Maria ha avuto inizio la grande opera della Redenzione, che si è attuata nel sangue prezioso di Cristo. In Lui ogni persona è chiamata a realizzarsi in pienezza fino alla perfezione della santità.⁸

L'Immacolata Concezione è, pertanto, l'alba promettente del giorno radioso di Cristo, il quale con la sua morte e risurrezione ristabilirà la piena armonia fra Dio e l'umanità. Se Gesù è la sorgente della vita che vince la morte, Maria è la madre premurosa che viene incontro alle attese dei suoi figli, ottenendo per essi la salute dell'anima e del corpo. È questo il messaggio che il Santuario di Lourdes costantemente ripropone a devoti e pellegrini. Questo è anche il significato delle guarigioni corporali e spirituali che si registrano alla grotta di Massabielle.

Dal giorno dell'apparizione a Bernadetta Soubirous, Maria in quel luogo ha «curato» dolori e malattie, restituendo a tanti suoi figli anche la salute del corpo. Prodiggi, però, ben più sorprendenti ha operato nell'animo dei credenti, aprendo il loro animo all'incontro con il suo figlio Gesù, risposta vera alle attese più profonde del cuore umano. Lo Spirito Santo, che la coprì con la sua ombra al momento dell'Incarnazione del Verbo, trasforma l'animo di innumerevoli malati che a Lei ricorrono. Anche quando non ottengono il dono della salute corporale, possono sempre riceverne un altro ben più importante: la conversione del cuore, fonte di pace e di gioia interiore. Questo dono

⁵ Cfr *Rm* 5, 19.

⁶ Cfr *Lc* 1, 38.

⁷ Cfr *Lc* 1, 35

⁸ Cfr *Col* 1, 28

trasforma la loro esistenza e li rende apostoli della croce di Cristo, vessillo di speranza, pur fra le prove più dure e difficili.

4. Nella Lettera apostolica *Salvifici doloris* osservavo che la sofferenza appartiene alla vicenda storica dell'uomo, il quale deve imparare ad accettarla e superarla.⁹ Ma come lo potrà, se non grazie alla croce di Cristo?

Nella morte e risurrezione del Redentore la sofferenza umana trova il suo significato più profondo e il suo valore salvifico. Tutto il peso di tribolazioni e dolori dell'umanità è condensato nel mistero di un Dio che, assumendo la nostra natura umana, si è annientato sino a farsi «peccato in nostro favore».¹⁰ Sul Golgota Egli si è caricato delle colpe d'ogni umana creatura e, nella solitudine dell'abbandono, ha gridato al Padre: «Perché mi hai abbandonato?».¹¹

Dal paradosso della Croce scaturisce la risposta ai nostri più inquietanti interrogativi. Cristo soffre per noi: Egli prende su di sé la sofferenza di tutti e la redime. Cristo soffre con noi, dandoci la possibilità di condividere con Lui i nostri patimenti. Unita a quella di Cristo, l'umana sofferenza diventa mezzo di salvezza. Ecco perché il credente può dire con san Paolo: « Perciò sono lieto delle sofferenze che sopporto per voi e completo quello che manca nella mia carne ai patimenti di Cristo, a favore del suo corpo che è la Chiesa».¹² Il dolore, accolto con fede, diventa la porta per entrare nel mistero della sofferenza redentrice del Signore. Una sofferenza che non toglie più la pace e la felicità, perché è illuminata dal fulgore della risurrezione.

5. Ai piedi della Croce soffre in silenzio Maria, partecipe in modo specialissimo dei patimenti del Figlio, costituita madre dell'umanità, pronta ad intercedere perché ogni persona possa ottenere la salvezza.¹³

A Lourdes non è difficile comprendere questa singolare partecipazione della Madonna al ruolo salvifico di Cristo. Il prodigio dell'Immacolata Concezione ricorda ai credenti una verità fondamentale: è possibile conseguire la salvezza solo partecipando docilmente al progetto del Padre, che ha voluto redimere il mondo attraverso la morte e la risurrezione del suo unigenito Figlio. Con il Battesimo il credente viene inserito in questo disegno salvifico ed è liberato dalla colpa originale. La malattia e la morte, pur restando presenti nell'esistenza terrena, perdono tuttavia il loro senso negativo. Alla

⁹ Cfr n. 2: AAS 76 [1984], 202.

¹⁰ 2 Cor 5, 21.

¹¹ Mt 27, 46.

¹² Col 1, 24.

¹³ Cfr Giovanni Paolo II, Lett. ap. *Salvifici doloris* [11 febbraio 1984], 25: AAS 76 [1984], 235-238.

luce della fede, la morte del corpo, vinta da quella di Cristo¹⁴ diventa il passaggio obbligato alla pienezza della vita immortale.

6. Il nostro tempo ha fatto grandi passi nella conoscenza scientifica della vita, fondamentale dono di Dio del quale noi siamo gli amministratori. La vita va accolta, rispettata e difesa dal suo inizio fino al suo naturale tramonto. Con essa va tutelata la famiglia, culla di ogni vita nascente.

Si parla ormai correntemente di «ingegneria genetica» alludendo alle straordinarie possibilità che la scienza oggi offre di intervenire sulle fonti stesse della vita. Ogni autentico progresso in questo campo non può che essere incoraggiato, purché rispetti sempre i diritti e la dignità della persona fin dal suo concepimento. Nessuno, infatti, può arrogarsi la facoltà di distruggere o di manipolare indiscriminatamente la vita dell'essere umano. Compito specifico degli operatori nel campo della Pastorale della Salute è di sensibilizzare quanti lavorano in questo delicato settore, perché si sentano impegnati a porsi sempre al servizio della vita.

In occasione della Giornata Mondiale del Malato desidero ringraziare tutti gli agenti della Pastorale della Salute, specialmente i Vescovi che nelle diverse Conferenze episcopali curano questo settore, i Cappellani, i Parroci e gli altri sacerdoti impegnati in quest'ambito, gli Ordini e le Congregazioni religiose, i volontari e quanti non si stancano di offrire una testimonianza coerente della morte e risurrezione del Signore di fronte alle sofferenze, al dolore ed alla morte.

Vorrei estendere la mia riconoscenza agli operatori sanitari, al personale medico e paramedico, ai ricercatori, specialmente a quelli che si dedicano alla messa a punto di nuovi farmaci, e a coloro che curano la produzione di medicine accessibili anche ai meno abbienti.

Affido tutti alla Santissima Vergine, venerata nel Santuario di Lourdes nella sua Immacolata Concezione. Sia Lei ad aiutare ogni cristiano a testimoniare che l'unica risposta autentica al dolore, alla sofferenza ed alla morte è Cristo, nostro Signore, morto e risorto per noi.

Con questi sentimenti, volentieri invio a Lei, venerato Fratello, ed a quanti partecipano alla celebrazione della Giornata del Malato, una speciale Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 1 Dicembre 2003

IOANNES PAULUS PP. II

¹⁴ *Gir Rm* 6, 4.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ANTIOCHENA MARONITARUM

Canonizationis Beati Nimatullacii Al Hardini (in saec.: Iosephi Kassab), sacerdotis professi Ordinis Libanensis Maronitarum (1808-1858)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Nimatullacius Al Hardini (in saec.: Iosephus Kassab) natus est anno 1808 in montano vico v. *Hardin*, regionis loci *Batroun*, in Libano Septentrionali. Libanensem Maronitarum Ordinem ingressus, anno 1830 monasticam emisit professionem et anno 1833 sacro presbyteratus ordine est insignitus. Aeque constantique animo sanctitatis vias percurrit, suam vivendo consecrationem et cotidiana officia adamussim implendo. Eucharistica celebratio, oratio liturgica, magisterium theologiae, opus manu factum, moderamen Scholasticatus eius dies expleverunt, lumine intimae cum Deo communionis iugiter perfusus. Praeceptor exstitit sancti Charbel Makhlof. Apostolica Sedes eum assistentem supremi Moderatoris constituit. Piissime in Christi pace quievit die 14 mensis Decembris anno 1858. A Summo Pontifice Ioanne Paulo II die 10 mensis Maii anno 1998 Beatorum caelitem honores tributi sunt illi.

Postulatio Causae, ad huius Beati assequendam canonizationem, iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum proposuit assertam miram sanationem dominae Rosae Salim Saad Bayady, in Libano commorantis, quae inde ab anno 1972, cum octo et triginta aetatis annos ageret, diabete correpta est simul cum retinopathia primi et secundi gradus. Quamvis medicae curae non defuerint, diabetes attulit ei varias oculorum implicationes. Apparuit enim retinopathia proliferans cum probabili vitrei haemorrhagia; compertum est glaucoma chronicum bilaterale, cui statim accessit *Cataracta* bilateralis. Unde mulier fere caeca mansit, praesertim in oculo dextera, minimum tamen

residuum visivum adhuc servans in parte sinistra. Ad nihilum profuerunt variae lasericae therapeuticae applicationes. Post diuturnum temporis spatium ob glaucoma et cataractas utriusque oculi chirurgiam subiit. Attamen gradus caecitatis mulieris immutabilis perstitit. Sic stantibus rebus, die 10 mensis Maii anno 1998 infirma se contulit in monasterium loci *Kfifane* ubi Beatus Nimatullacius Al Hardini sepultus est. Apud tumulum fiducialiter invocavit eius intercessionem ad sanationis oculorum gratiam a Domino impetrandam. Ex improvise visum recupera vit oculi dexteri, omnibus obstupentibus qui aderant, etiam familiaribus et amicis, qui bene noverant eius valetudinis condiciones. Subsequentes exquisitiones medicae nonnisi patratam sanationem confirmaverunt. Apud Curiam Berytensem Maronitarum anno 2001 instructa es Inquisitio dioecesana, cuius vim iuridicam agnovit haec Congregatio per decretum editum die 8 mensis Februarii anno 2002. Consilium Medicorum Dicasterii, congregatum die 6 mensis Martii huius anni 2003, haec declaravit: «Celérrima et insperata exstitit restitutio visus 1/10 gradus in oculo dextero, antea omnino absentis; constans et praeter expectationem fuit restitutio visus, quamvis partialis, et ideo ex scientia inexplicabilis». Die 30 mensis Maii eiusdem anni actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 28 mensis Octobris subsequenti Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Aemilio Eid, Episcopo tit. Sarepteno Maronitarum. Et in utroque Coetu sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Nimatullacii Al Hardini (in saec.: Iosephi Kassab), Sacerdotis professi Ordinis Libanensis Maronitarum, videlicet de celérrima ac duratura restitutione visus oculi destri (1/10 gradus) Rosae Salim Saad Bayady affectae: «retinopatia diabetica proliferante bilaterale, associata a glaucoma cronico e a cataratta bilaterale, con visus spento in OD e residuo minimo visivo in OS».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. 88 S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BARCINONENSIS

Canonizationis Beati Iosephi Manyanet y Vives sacerdotis et fundatoris Congr. Filiarum Sacrae Familiae Iesu Mariae et Ioseph et Missionariarum Filiarum Sacrae Familiae a Nazareth (1833-1901)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Iosephus Manyanet y Vives die 7 mensis Ianuarii anno 1833 in oppido v. *Tremp*, ex provincia *Lleida*, in Hispania ortus est. Clericus dioecesis Urgellensis, die 9 mensis Aprilis anno 1859 presbyteratus ordine est auctus. In sacrum ministerium ferventer incubuit, aestimationem fiduciam que sui episcopi sibi concilians. Ad ostendenda universo terrarum orbi exempla Sanctae Familiae Nazarethanae condidit Congregationes tum Filiarum Sacrae Familiae Iesu Mariae et Ioseph, tum Missionariarum Filiarum Sacrae Familiae a Nazareth. Barcinone aedificationem promovit templi Sacrae Familiae dicati sub delineatione architecti Servi Dei Antonii Gaudi. Catholicas editiones augendas curavit et diversa opera scripsit. Virtutibus et meritis onustus, piissime in Christo obiit die 17 mensis Decembris anno 1901. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 25 mensis Novembris anno 1984 eum in Beatorum numerum rettulit.

Ad canonizationem quod attinet, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum recenter porrexit praesumptam miram sanationem Sororis Emmanuelae Burbano Ortiz, ex Congregatione Missionariarum Filiarum Sacrae Familiae a Nazareth. Haec religiosa, inexplicabilem pridem ostendens fatigationem et parvam massam in mamilla dextera advertens, die 5 mensis Ianuarii anno 1995, cum septem et quinquaginta aetatis annos ageret, excepta est in Clinicam urbis *MedelUn*, in Columbia, ubi mam-

mographiae submissa est, ex qua tumor quidam est defectus. Iam tum Soror, una cum suis Sororibus religiosis, cum Filiis Sacrae Familiae Iesu Mariae et Ioseph, cum magistris et alumnis Collegii «Nazareth» loci *Bello*, ac simul cum suis parentibus, auxilium divinum per intercessionem Beati Iosephi Manyanet y Vives invocare coeperat. Die 12 eiusdem mensis interventum pertulit quadrantectomiae superioris dexteræ, unde defectus est tumor 2 cm. diametri, ex quo, prævio examine histológico, compertum est ut esset cancrum ductale infiltrans, ex genere comedocarcinomatis, vel tumoris sub reservatissima prognosi. Post sectionem chirurgicam Soror sanatam se sensit; attamen, superiorum mandato obsequens, die 28 eiusdem mensis, subire debuit mastectomiam radicalem dexteram cum vacuitate axillari. Texturae ablatae neoplásticas cellulas non revelabant, qua de re nova therapia omissa est, medici enim Sororem sanatam esse iudicarunt. De eventu apud Curiam Medellensem anno 1997 instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam validitatem haec Congregatio confirmavit per decretum quod edidit die 6 mensis Februarii anno 1998. Consilium Medicorum in sessione diei 6 mensis Martii huius anni 2003 agnovit sanationem «celerem, perfectam, constantem, absque recidivis ultra septem annos, et ex scientia inexplicabilem fuisse». Die 17 mensis Iunii eiusdem anni actus est Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus et die 16 sequentis mensis Decembris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Xaverio Echevarría Rodríguez, Episcopo tit. Cilibiensi, facta est. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Iosephi Manyanet y Vives, Sacerdotis et Fundatoris Congregationum Filiorum Sacrae Familiae Iesu Mariae et Ioseph et Missionariorum Filiarum Sacrae Familiae a Nazareth, videlicet de celeri, perfecta et constanti sanatione Sororis Emmanuelae Barbano Ortiz a «comedocarcinoma intraductale infiltrante della mammella destra, scarsamente differenziato, con grado istologico pari a 2».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A.D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAI VA MARTINS

Praefectus

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BERGOMENSIS

Canonizationis Beatae Paulae Elisabethae Cerioli (in saec.: Constantiae), fundatricis Instituti Sororum a Sacra Familia et Congregationis a Sacra Familia (1816-1865)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Paula Elisabetha Cerioli (in saeculo: Constantia) Soncinii, in provincia Cremonensi, die 28 mensis Ianuarii anno 1816, nata est e nobili ac divite familia. Cum Caietano Busecchi matrimonium iniit, a quo quattuor habuit filios, qui autem adhuc pueri obierunt. Undequadragesimum annum agens vidua effecta, orationi operibusque caritatis se tradidit, quae amore suo egenorum multisque opibus suis sustinebat. Puellis puerisque pauperibus ex agris cavit, qui illis temporibus miserandi et ab omnibus derelicti erant. Pro iisdem instituendis et adiuvandis Institutum Sororum a Sacra Familia, anno 1857, et Congregationem a Sacra Familia, anno 1863, fundavit. Pauper facta ut pauperibus sub veniret, magna apud Ecclesiam et civilem societatem sibi comparavit merita. Sanctitatis fama circumfusa, die 24 mensis Decembris anno 1865, pie in Domino obdormivit. Summus Pontifex Pius XII, die 19 mensis Martii anno sancto iubilaei 1950, eam in numerum Beatorum rettulit.

Canonizationis respectu, Causae Postulatio nuper iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem, intercessioni Beatae tributae, sororis Michaëlinae Rota, ex Instituto Sororum a Sacra Familia, quae, mense Septembre anno 1990, dum munere superiorissae domus Romanae religiosarum fungebatur, magnam incepit percipere aegritudinem et sensum defatigationis. Clinicis igitur subiecta investigationibus, die 27 mensis Martii anno 1991 solida in hilo iecoris reperta est concretio cum lim-

phomate ante aortam posito. Tomographia computatoria abdominis dein praesentiam gravis neoplasmatis ampla affecti necrosi patefecit, quod a muscolo psoate dextero in capsulam renis eiusdem lateris, in partes molles post Peritoneum et in regionem post cavum irrepserat, ubi limphomata prope pancream et hilum iecoris amplificata praestabant. Quae diagnosis secum prognosim sane infaustam quoad vitam afferebat. Ut morbo curationem adhiberet, soror Michaelina die 21 mensis Maii eodem anno in loculamentum valetudinarii Bergomensis turnorum diagnosi constitutum translata est, ubi, cum amplitudo tumoris chirurgicam sectionem prohiberet, eidem cura multiplicum chemicorum agentium ope instructa ministrata est. Aegrota interdum cum sodalibus suis e diversis communitatibus religiosis auxilium Dei per intercessionem beatae Paulae Elisabethae Cerioli invocare inceperat. Exinde soror Michaelina rapide revaluit et, expleto mense Februario anno 1992, altero cyclo chimiotherapiae, plenus perspectus est neoplasmatis regressus. De hoc casu, extemplo intercessioni tributo Beatae, annis 2000-2001 apud Curiam Bergomensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 12 mensis Aprilis anno 2002 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 5 insequentis mensis Decembris sanationem rapidam quoad provectum statum tumoris et quoad curas tardius inceptas, completam et duraturam, sine exitibus, inexplicabilem secundum scientiam una voce fuisse affirmavit. Die 2 mensis Maii anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 7 mensis Octobris eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Domino Francisco Croci, Episcopo tit. Potentino in Piceno. Et in utroque coetu sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beatae Paulae Elisabethae Cerioli (in saec.: Constantiae), Fundatricis Instituti Sororum a Sacra Familia et Congregationis a Sacra Familia, videlicet de rapida, completa ac duratura sanatione Sororis Michaelinae Rota*

ab « istiocitoma retroperitoneale maligno, di notevole dimensione a partenza dal muscolo psoas di destra, con metastasi linfonodali multiple e interessamento della capsula renale destra ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A.D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. BB S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Canonizationis Beatae Ioannae Beretta Molla, matrisfamilias (1922-1962)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Ioanna Beretta orta est die 4 mensis Octobris anno 1922 Maxentiae, in archidioecesi Mediolanensi. Impigre interfuit Actioni Catholicae et Confe-rentiis Sancti Vincentii de Paul. In medicinae arte doctoris gradum adepta est et medicinam exercuit deditone et amore. Nupta cum doctore machinario Petro Molla anno 1955, sancte explevit munera sponsae matrisque. Quarta praegnatione suam vitam immolavit ad vitam servandam puellulae quam in gremio tenebat. In communi opinione sanctitatis mortua est die 28 mensis Aprilis anno 1962. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 24 mensis Aprilis anno 1994 ei tribuit Beatae titulum.

In prospectu eius canonizationis, Postulatio Causae nuper iudicio permisit huius Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem Eli-sabethae Arcolino Comparmi, quae in Franca Brasiliensi urbe domicilium habebat. Nam ipsa domina die 30 mensis Novembris anno 1999 affecta est abundanti haemorrhagia genitali. Echographia denotavit existentiam gravi-ditatis quinque vel sex hebdomadam et cumuli haematici coagulati, minarum signum abortus propter separationem non integram placentae. Post duos menses, in sexta decima graviditatis hebdomade, accidit abruptio praematu-ra membranarum cum effusione totius humoris amniotici. Quae signa urge-bant necessitatem imminentis intermissionis graviditatis. Statim cum in no-

socomium adducta esset, medici proposuerunt intermissionem instrumentis graviditatis ad implicationes vitandas et matri et fetui. At mulier recusavit sectionem chirurgicam et constituit ut graviditas continuaretur, confidens intercessioni Beatae Ioannae de consilio eius Episcopi Diogenis Silva Matthes, qui hanc precem Beatae fudit: « Occasio advenit qua ad sanctorum canonem ascribaris. Apud Dominum intercede ad gratiam obtinendam miraculi et vitam serva huius creaturae ». Complures fideles postea invocaverunt intercessionem ipsius Beatae. Humor amnioticus non amplius effectus est. Post triginta et duas hebdomades, die 31 mensis Maii anno 2000, medici statuerunt ut efficeretur sectio caesarea. Nata est puellula sana sine vitiis respirationis timendis in talibus condicionibus. Offerebat tantum leve vitium sinistro pede. Post partum Elisabetha laboravit ex forti haemorrhagia propter praesentiam placentae cum shock hypovolhaemico sine damnis victo. Felix exitus eventui tributus est intercessioni Beatae Ioannae, qua re apud Curiam Francopolitanam, anno 2001, instructa est Inquisitio dioecesana cuius auctoritas lege comprobata est ab hoc Dicasterio per decretum diei 22 mensis Februarii anno 2002. Consilium Medicorum, in coetu diei 10 mensis Aprilis currentis anni, declaravit sanationem fuisse rapidam, integram stabilemque atque inexplicabilem « quoad modum » processus prosperi graviditatis post sextam decimam hebdomadem. Die 17 mensis Octobris eiusdem anni effectus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 16 mensis Decembris sequentis facta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium Episcoporumque, Causae Ponente Exc.mo Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo emerito Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beatae Ioannae Beretta Molla, Matrisfamilias, videlicet de rapida, integra ac stabili sanatione seu de processu propitio graviditatis Elisabethae Arcolino Comparini post « rottura prematura pretermine delle membrane alla 16a settimana di gestazione, in donna alla quarta gravidanza, con perdita totale di liquido amniotico ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. **SARAIVA MARTINS**
Praefectus

L. £8 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MESSANENSIS

Canonizationis Beati Hannibalis Mariae Di Francia, sacerdotis, fundatoris Congregationum Rogationistarum a Corde Iesu et Sororum Filiarum a Divino Zelo (1851-1927)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Hannibal Maria Di Francia natus est Messanae die 5 mensis Iulii anno 1851. Sacro presbyteratus ordine anno 1878 insignitus, in paupérrima patriae suae regione evangelizando piisque operibus se tradidit. Postquam orphanotrophia aperuit, anno 1887 Congregationem Sororum Filiarum a Divino Zelo fundavit, quam decem post annis Congregatio Rogationistarum a Corde Iesu secuta est. Filiis spiritalibus mandavit ut pro vocationibus orarent ac niterentur. Sancte in Domino obdormivit die 1 mensis Iunii anno 1927. Quem die 7 mensis Octobris anno 1990 Summus Pontifex Ioannes Paulus II Beatum sollemniter declaravit.

Canonizationem prospiciens, Postulatio Causae adsertam quandam miram sanationem, in Philippinis factam Beatique intercessioni adscriptam, nuper huic Congregationi permiserat iudicandam. Quae quidem res pertinet ad Claram Nicolaidem Diaz puellulam, die 28 mensis Ianuarii anno 1993 in S. Pauli valetudinario Iarensi natam. Sex autem post diebus crises convulsivae exoriebantur, manifestis meningitis indiciis comitantibus. Post nonnullas inspectiones effectas, diagnosis pronuntiabatur de meningite bactérica e « Pseudomonade aeruginosa », quam et liquoris probatio confirmabat. Cum autem therapia antibiotica evasisset inefficax, alia medicamina sunt adhibita, inter quae clinici pharmacum quoque « Imipenem », hisce morbis expresse interdictum, viginti ferme dies subministrarunt. Interea prognosis quoad vitam vel saltem quoad valetudinem erat infausta. Inde ab ortu morbi Clarae Nicolai-

dis parentes, qui medici ambo, eiusque familiares et alii divinam opem coeperant invocare per intercessionem praedicti Beati Hannibalis Mariae, cuius reliquia quaedam corpori infirmae applicata est. Parvula inde a die 9 mensis Februarii gradatim morbo levabatur usque ad perfectam sanitatis recuperationem. Quae quidem die 6 mensis Martii anno 1993 sanata e valetudinario dimissa est, integra impraesentiarum valetudine utens. Quo de casu apud Curiam Iarensem annis 2000-2002 Inquisitio dioecesana peracta est, cuius validitas iuridica rata est ab hoc Dicasterio per decretum die 13 mensis Decembris anno 2002 latum. Consilium Medicorum, in Sessione die 15 mensis Octobris anno 2003 habita, agnovit supradictam infantem convaluisse e « gravi meningoencephalite, eademque ob statum septicum, hydrocephalum et atrophiam corticalem cerebralem ingravescente », ratione celeri, perfecta, stabili atque inexplicabili, exitibus providendis etiam pro pharmaco « Imipenem » improprie subministrato omnino deficientibus. Die 15 mensis Ianuarii huius anni 2004 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cum porro die 20 eiusdem mensis Patres Cardinales et Episcopi, Exc.mo D.no Ioanne Coppa, Archiepiscopo titulo Sertensi, Causae Ponente, Sessionem Ordinariam celebrarent. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mirasatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Hannibalis Mariae Di Francia, Sacerdotis, Fundatoris Congregationum Rogationistarum a Corde Iesu et Sororum Filiarum a Divino Zelo, videlicet de celeri, perfecta ac stabili sanatione puellulae Clarae Nicolaidis Diaz a « grave meningoencefalite, complicata da stato settico, idrocefalo e atrofia corticale cerebrale ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 2004.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

SANCTAE FIDEI DE ANTIOQUIA, SANCTAE ROSAE DE OSOS ET QUIBDUANAE

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastoralis curae consuli possit et Episcopi munera sua efficaciter explere valeant, valde conveniens visum est ut circumscriptionum ecclesiasticarum Sanctae Fidei de Antioquia, Sanctae Rosae de Osos atque Quibduanae fines aliquantulum immutarentur. Quapropter Congregatio pro Episcopis, auditis Episcopis dioecesanis quorum interest, praehabito consensu Conferentiae Episcoporum Columbiae, favorabili voto Exc.mi P.D. Beniamini Stella, Archiepiscopi titularis Midilensis et in Republica Columbiana Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit:

1. a dioecesi Sanctae Rosae de Osos separat municipia vulgo «Ebéjico», «Liborina», «Peque», «San Jerónimo», «Sopetrán», «Sabanalarga», «Olaya», et partem «Palmitas» nuncupatam municipii «Medellín», eaque archidioecesi Sanctae Fidei de Antioquia adnectit, mutatis, hac ratione, utriusque circumscriptionis ecclesiasticae limitibus;

2. ab archidioecesi Sanctae Fidei de Antioquia separat territoria municipiorum «Murindó» et «Vigía del Fuerte», eaque dioecesi Quibduanae adnectit, mutatis, hac ratione, utriusque circumscriptionis ecclesiasticae limitibus.

Mandat insuper ut documenta et acta praefata territoria respicientia, a curia a qua ad curiam Ecclesiae cui territoria aggreganda sunt tradantur. Ad clerum quod attinet statuit, ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminarii que tirones circumscriptioni illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium. Intra tres tamen annos ab huius Decreti executione, uniuscuiusque dioecesis Ordinario fas est, in singulis casibus et iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdote vel clerico,

quorum interest, atque collatis consiliis cum Ordinario dioecesis ad quem, aliter de eius incardinatione ad normam iuris disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P.D. Beniaminum Stella, in Republica Columbiana Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 22 mensis Novembris anno 2003.

✠ IOANNES BAPTISTA card. RE
Praefectus

✠ Franciscus Monterisi
a Secretis

L. S S.

In Congr. pro Episcopis tab., n, 101/03

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 2 Aprilis 2004. — Titulari episcopali Ecclesiae Vallitanae R.D. Iosephum Raphaellem Palma Capetillo, e clero archidioecesis Yucatanensis, ibique Curiae cancellarium et parochum, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Suellensi R.D. Raimundum Castro Castro, e clero dioecesis Tigiuaenaënsis, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Yucatanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi in Mauretania R.D. Ernestum Mandara, e clero Romano, Officii technici pro Cultus locis directorem atque Operae pro Fidei tutela ac novorum templorum erectione secretarium generalem, quem Auxiliarem eodem tempore Cardinalis in Urbe Vicarii constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novasinnensi R.D. Stanislaum Zvolensky, e clero archidioecesis Bratislaviensis-Tyrnaviensis ibique Vicarium generalem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 2 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Seminensi R.D. Ioannem Orosch, e clero archidioecesis Bratislaviensis-Tyrnaviensis ibique curionem in urbe vulgo Sturovo, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 3 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Vratislaviensi Exc.mum P.D. Marianum Golebiewski, hactenus Episcopum Coslinensem-Colubreganum.

die 7 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Gallovidianae R.D. Ioannem Cunningham, hactenus Vicarium generalem dioecesis Pasletanae.

die 8 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Castelli Libertatis, R.D. Chibly Langlois, e clero dioecesis Iacmeliensis, ibique officio dioecetano pro actione pastorali praepositum.

— Cathedrali Ecclesiae Calaguritanae et Calceatensi-Lucroniensi Exc.mum P.D. Ioannem Iosephum Omelia Omelia, hactenus Episcopum Barbastrensem-Montisonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lambaesitanae R.D. Carolum Robertum Mariam Redaelli, Vicarium generalem archidioecesis Mediolanensis quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Dionysii S.R.E. Cardinalis Tettamanzi, eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Horrensi R.D. Aloisium Stucchi, Vicarium episcopalem archidioecesis Mediolanensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Dionysii S.R.E. Cardinalis Tettamanzi, eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi.

die 13 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Minturnensi R.P.D. Fabium Bernardum D'Onorio, abbatiae territorialis Montis Cassini Abbatem Ordinarium.

die 19 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Gypsariensi R.D. Iosephum Robertum Ospina Leongómez, e clero archidioecesis Bogotensis, ibique Seminarii rectorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 22 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Pharaonensi Exc.mum P.D. Emanuele Netto Quintas, S.CL, hactenus Episcopum titularem Eliocrocensem et Auxiliarem Pharaonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Portalegrensi-Castri Albi Exc.mum P.D. Iosephum Franciscum Sanches Alves, hactenus Episcopum titularem Hierpinianensem et Auxiliarem patriarchatus Lisbonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Visensi Exc.mum P.D. Antonium dos Santos Marto, hactenus Episcopum titularem Bladiensem et Auxiliarem archidioecesis Bracarensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 2 Aprile 2004, S.E. il Signor **NAJI ABI ASSI**, Ambasciatore del Libano presso la Santa Sede.

Lunedì, 19 Aprile 2004, S.E. la Signora **LEONIDA L. VERA**, Ambasciatore delle Filippine presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, 5 Aprile 2004, S.E. il Signor **ABEL PACHECO DE LA ESPRIELLA**, Presidente della Repubblica di Costa Rica.

Sabato, 17 Aprile 2004, S.E. il Signor **JOAQUÍN ALBERTO CHISANO**, Presidente della Repubblica di Mozambico.

Giovedì, 22 Aprile 2004, Fon. **ANDREAS KHOL**, Presidente del Parlamento Austriaco.

Lunedì 19 aprile 2004 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22	aprile	2004	S.E. mons. Ivan Jurkovic, Arcivescovo tit. di Corbavia, <i>Nunzio Apostolico in Ucraina.</i>
»	»	»	S.E. mons. Augustine Kasujja, Arcivescovo tit. di Cesarea di Numidia, <i>Nunzio Apostolico in Madagascar e nelle Seychelles e Delegato Apostolico nelle Isole Comore e a La Réunion.</i>
»	»	»	S.E. mons. Thomas Yeh Sheng-nan, Arcivescovo tit. di Leptis Magna, <i>Nunzio Apostolico in Algeria e in Tunisia.</i>

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|----|--------|------|---|
| 7 | aprile | 2004 | L'Em.mo Signor Cardinale Camillo Ruini, <i>Presidente della Commissione episcopale per l'Almo Collegio Capranica « in aliud quinquennium ».</i> |
| » | » | » | Gli Em.mi Signori Cardinali Alfonso López Trujillo e Francis Arinze, <i>Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».</i> |
| 14 | » | » | Mons. Melchor Sánchez de Toca y Alameda, <i>Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Cultura «ad quinquennium ».</i> |
| 24 | » | » | Suor Enrica Rosanna, F.M.A., <i>Sotto-Segretario della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica « ad quinquennium ».</i> |
| 25 | » | » | S.E. mons. John Patrick Foley, Arcivescovo tit. di Neapoli di Proconsolare, <i>Presidente del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».</i> |

NECROLOGIO

- | | | | |
|----|--------|------|---|
| 19 | marzo | 2004 | Mons. Fernando C. Gamalero González, Vescovo di Escuintla (<i>Guatemala</i>). |
| 22 | » | » | Mons. Michele Huang Woze, Vescovo di Nanchong (<i>Cina</i>). |
| 27 | » | » | Mons. Jesus Sison, Vescovo em. di Tarlac (<i>Filippine</i>). |
| 29 | » | » | Mons. Joseph Salame, Arcivescovo em. di Alep dei Maroniti (<i>Siria</i>). |
| 31 | » | » | Mons. Vincenzo Savio, Vescovo di Belluno-Feltre (<i>Italia</i>). |
| 3 | aprile | » | Mons. Guillaume M. Van Zuylen, Vescovo em. di Liège (<i>Belgio</i>). |
| 4 | » | » | Mons. Antonio Ramos Monteiro, Vescovo di Viseu (<i>Portogallo</i>). |
| » | » | » | Mons. Zbigniew J. Kraszewski, Vescovo tit. di Orreomargo (<i>Polonia</i>). |
| 13 | » | » | Mons. Martin J. Neylon, Vescovo em. di Caroline Islands (<i>Micronesia</i>). |
| 15 | » | » | Mons. Mariano Magrassi, Arcivescovo em. di Bari-Bitonto (<i>Italia</i>). |
| 17 | » | » | Mons. André Makarakiza, Arcivescovo em. di Gitega (<i>Burundi</i>). |
| 18 | » | » | Mons. Joseph Roy, Vescovo em. di Mysore (<i>India</i>). |
| 22 | » | » | Mons. Ramon Torrella Cascante, Arcivescovo em. di Tarragona (<i>Spagna</i>). |
| » | » | » | Mons. James L. Doyle, Vescovo em. di Peterborough (<i>Canada</i>). |

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Iosepho Sebastiano Pelczar Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Caritas pastorum ea virtus est qua Christum in sui donatione et servitio imitatur: non proinde ponenda est in illis quae facimus, sed reperienda in nostrum ipsorum dono, quo exprimat Christum amor gregi oblatum » [IOANNES PAULUS H, Homilia in adoratione eucharistica Seuli habita (VII mensis Octobris anno MCMLXXXIX), 2; cfr Adhortatio Apostolica *Pastores dabo vobis*, 23: AAS, LXXXIV (1992), 692].

Pastoralis caritas, quae sui plena est Ecclesiae donatio, Episcopi Iosephi Sebastiani Pelczar peculiaris fuit virtus, qui divini Pastoris fideliter persequens exemplum, animose studioseque salutem sui populi aeternae operam dedit, quem ipse doctrina rexit sanctitatisque vita sanctificavit. Insignis hic Ecclesiae pastor die xv mensis Ianuarii anno MDCCCXLII in oppido *Korczyna* apud Crosnum ortus est. Apud paroecialem scholam expleto curriculo, gymnasium Rzeszoviense et Premisliense in urbe persolvit. Sacerdotium inde affectavit. Necessariis expletis studiis, die xv mensis Iulii anno MDCCCLXIV sacro est auctus ordine. Post pastorale munus in Samborensi paroecia per exiguum temporis spatium gestum, Romam adiit suam institutionem ut excoleret atque in theologia iureque canonico est consecutus doctoratum. Po-

Ionia repetita, Seminarii Premisliensis tirones erudivit ac deinceps apud Theologicam Facultatem decanus docuit ac Rector studiorum Universitatis Jagellonicae Cracoviensis, cuius agendi rationem et culturae modum extulit. In tali laborioso opere praestando, impedimenta est aggressus aerumnasque est expertus, quas is Domino obtulit. Tempore illo complura scripta in spiritualitatis, ascesis, theologiae pastoralis, historiae iurisque canonici provincia foras dedit. Aestimatus proinde fuit concionator ac plura incepta cum educationis tum culturae suscepit, animos sic praeparans ad evangelicum nuntium recipiendum. Ut dignitas et operariorum iura servarentur, eorum praesertim qui in periculis potissimum versabantur, mense Maio anno MDCCCXCI Sanctissimae Virginis Mariae Poloniae Reginae Sodalitatem condidit, quae de rebus moribusque domesticas fámulas curaret. Iis, operariis, iuvenibus mulieribus, die XV mensis Aprilis anno MDCCCXCIV Cracoviae Congregationem Ancillarum Sacri Cordis Iesu condidit, quam Dei Servae Clarae Ludovicae Szczesna regendam tradidit. Nova religiosa familia varia in Poloniae loca diffusa est. Anno MDCCCXCIX Beatus episcopus auxiliaris Premisliensis est renuntiatus, atque anno post eiusdem dioecesis est nominatus Ordinarius. Paroecias saepenumero invisit, quasdam novas constituit atque varia templa aedificavit. Plus quam semel dioecesanus Synodos celebravit, Seminarium minus aedificavit itemque operam dedit ut Romae sacerdotibus studentibus suscipiendis domus excitaretur. Multum ad sacerdotes et catechistas colendos contulit. Cum conscius esset « nullam condicionem vel nullam aetatem impediri quominus vita perfecta obtineretur » suum populum in sanctitatis semitis direxit ipseque perseveranter ad evangelicam perfectionem animum intendit[^] omnes per continuatum laetumque virtutum christianarum sacerdotaliumque exercitium aedificavit, quotidie id factitans quod in concionibus scriptisque fidelibus commendabat. Cum antea sacerdos tum postea Episcopus fidem in Christo flagranter proclamavit atque operam dedit ut veritates revelatae diffunderentur ac doctrinae integritas ab erroribus discluderetur. Suam spiritualitatem Dei Verbi lectione meditationeque, precibus, erga Sacrum Cor Iesu, Eucharistiam et Virginem Sanctissimam devotione aluit. Se Supremi Magisterii doctrinae usque accommodavit ac fidelis fuit et Summo Pontifici ecclesiasticisque potestatibus obsequens, pro certo habens « Deum non habere patrem eum qui non haberet Ecclesiam matrem » (cfr S. Cyprianus, *De unitate Ecclesiae*, 5). Totum se Christo devovit ut magno Divini Magistri testimonio responderet, qui cum naturae divinae esset, formam servi accepit in similitudinem hominum factus est peccati expers (cfr *Philp 2*, 6-7).

Incertitudinis terrestri commorationis conscius, perseveranter aeternam beatitudinem contuebatur atque in difficilibus rerum adiunctis, se divinae Providentiae fiducialiter commendavit. Paterna sollicitudine indigentium, pauperum puellarum bellique victimarum necessitatibus subvenit. Prudenter dioecesim temperavit ac sapienter suas spirituales filias rexit. Studiose propriae condicionis officia et ecclesiasticas normas servavit. Aequanimus semper fuit et muneribus susceptis fidelis. Multos annos acerbam stomachi icinorisque infirmitatem patienter toleravit. Temperatam, austeram humilemque exegit vitam. Vitae usque ad exitum Sacrum ministerium sustinuit. Dominus eum ad Se vocavit, brevem post aegrotationem, die xxviii mensis Martii anno MCMXXIV.

coerente e solida i principi etici. Si assiste invece a tentativi legislativi che, incuranti delle conseguenze che derivano per l'esistenza e l'avvenire dei popoli nella formazione della cultura e dei comportamenti sociali, intendono frantumare l'intangibilità della vita umana. I cattolici, in questo frangente, hanno il diritto e il dovere di intervenire per richiamare al senso più profondo della vita e alla responsabilità che tutti possiedono dinanzi ad essa. Giovanni Paolo II, continuando il costante insegnamento della Chiesa, ha più volte ribadito che quanti sono impegnati direttamente nelle rappresentanze legislative hanno il «preciso obbligo di opporsi» ad ogni legge che risulti un attentato alla vita umana. Per essi, come per ogni cattolico, vige l'impossibilità di partecipare a campagne di opinione in favore di simili leggi né ad alcuno è consentito dare ad esse il suo appoggio con il proprio voto.¹⁹ Ciò non impedisce, come ha insegnato Giovanni Paolo II nella Lettera Enciclica *Evangelium vitae* a proposito del caso in cui non fosse possibile scongiurare o abrogare completamente una legge abortista già in vigore o messa al voto, che «un parlamentare, la cui personale assoluta opposizione all'aborto fosse chiara e a tutti nota, potrebbe lecitamente offrire il proprio sostegno a proposte mirate a limitare i danni di una tale legge e a diminuirne gli effetti negativi sul piano della cultura e della moralità pubblica».²⁰

In questo contesto, è necessario aggiungere che la coscienza cristiana ben formata non permette a nessuno di favorire con il proprio voto l'attuazione di un programma politico o di una singola legge in cui i contenuti fondamentali della fede e della morale siano sovvertiti dalla presentazione di proposte alternative o contrarie a tali contenuti. Poiché la fede costituisce come un'unità inscindibile, non è logico l'isolamento di uno solo dei suoi contenuti a scapito della totalità della dottrina cattolica. L'impegno politico per un aspetto isolato della dottrina sociale della Chiesa non è sufficiente ad esaurire la responsabilità per il bene comune. Né il cattolico può pensare di delegare ad altri l'impegno che gli proviene dal vangelo di Gesù Cristo perché la verità sull'uomo e sul mondo possa essere annunciata e raggiunta.

Quando l'azione politica viene a confrontarsi con principi morali che non ammettono deroghe, eccezioni o compromesso alcuno, allora l'impegno dei cattolici si fa più evidente e carico di responsabilità. Dinanzi a queste esigenze etiche fondamentali e irrinunciabili, infatti, i credenti devono sapere che è in gioco l'essenza dell'ordine morale, che riguarda il bene integrale della persona. E questo il caso delle leggi civili in materia di *aborto* e di *eutanasia* (da non

¹⁹ Cf. GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. *Evangelium vitae*, n. 73.

²⁰ *Ibid*

confondersi con la rinuncia all'accanimento terapeutico, la quale è, anche moralmente, legittima), che devono tutelare il diritto primario alla vita a partire dal suo concepimento fino al suo termine naturale. Allo stesso modo occorre ribadire il dovere di rispettare e proteggere i diritti dell'embrione umano. Analogamente, devono essere salvaguardate la tutela e la promozione della famiglia, fondata sul matrimonio monogamico tra persone di sesso diverso e protetta nella sua unità e stabilità, a fronte delle moderne leggi sul divorzio: ad essa non possono essere giuridicamente equiparate in alcun modo altre forme di convivenza, né queste possono ricevere in quanto tali un riconoscimento legale. Così pure la garanzia della libertà di educazione ai genitori per i propri figli è un diritto inalienabile, riconosciuto tra l'altro nelle Dichiarazioni internazionali dei diritti umani. Alla stessa stregua, si deve pensare alla tutela sociale dei minori e alla liberazione delle vittime dalle moderne forme di schiavitù (si pensi ad esempio, alla droga e allo sfruttamento della prostituzione). Non può essere esente da questo elenco il diritto alla libertà religiosa e lo sviluppo per un'economia che sia al servizio della persona e del bene comune, nel rispetto della giustizia sociale, del principio di solidarietà umana e di quello di sussidiarietà, secondo il quale «i diritti delle persone, delle famiglie e dei gruppi, e il loro esercizio devono essere riconosciuti».²¹ Come non vedere, infine, in questa esemplificazione il grande tema della *pace*. Una visione irenica e ideologica tende, a volte, a secolarizzare il valore della pace mentre, in altri casi, si cede a un sommario giudizio etico dimenticando la complessità delle ragioni in questione. La pace è sempre «frutto della giustizia ed effetto della carità»;²² esige il rifiuto radicale e assoluto della violenza e del terrorismo e richiede un impegno costante e vigile da parte di chi ha la responsabilità politica.

III. PRINCIPI DELLA DOTTRINA CATTOLICA SU LAICITÀ E PLURALISMO

5. Di fronte a queste problematiche, se è lecito pensare all'utilizzo di una pluralità di metodologie, che rispecchiano sensibilità e culture differenti, nessun fedele tuttavia può appellarsi al principio del pluralismo e dell'autonomia dei laici in politica, favorendo soluzioni che compromettano o che attenuino la salvaguardia delle esigenze etiche fondamentali per il bene comune della società. Non si tratta di per sé di «valori confessionali», poiché tali esigenze

²¹ CONCILIO VATICANO II, Cost. Past. *Gaudium et spes*, n. 75.

²² *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2304.

etiche sono radicate nell'essere umano e appartengono alla legge morale naturale. Esse non esigono in chi le difende la professione di fede cristiana, anche se la dottrina della Chiesa le conferma e le tutela sempre e dovunque come servizio disinteressato alla verità sull'uomo e al bene comune delle società civili. D'altronde, non si può negare che la politica debba anche riferirsi a principi che sono dotati di valore assoluto proprio perché sono al servizio della dignità della persona e del vero progresso umano.

6. Il richiamo che spesso viene fatto in riferimento alla «laicità» che dovrebbe guidare l'impegno dei cattolici, richiede una chiarificazione non solo terminologica. La promozione secondo coscienza del bene comune della società politica nulla ha a che vedere con il «confessionalismo» o l'intolleranza religiosa. Per la dottrina morale cattolica la laicità intesa come autonomia della sfera civile e politica da quella religiosa ed ecclesiastica — *ma non da quella morale* — è un valore acquisito e riconosciuto dalla Chiesa e appartiene al patrimonio di civiltà che è stato raggiunto.²³ Giovanni Paolo II ha più volte messo in guardia contro i pericoli derivanti da qualsiasi confusione tra la sfera religiosa e la sfera politica. « Assai delicate sono le situazioni in cui una norma specificamente religiosa diventa, o tende a diventare, legge dello Stato, senza che si tenga in debito conto la distinzione tra le competenze della religione e quelle della società politica. Identificare la legge religiosa con quella civile può effettivamente soffocare la libertà religiosa e, persino, limitare o negare altri inalienabili diritti umani». ²⁴ Tutti i fedeli sono ben consapevoli che gli atti specificamente religiosi (professione della fede, adempimento degli atti di culto e dei Sacramenti, dottrine teologiche, comunicazioni reciproche tra le autorità religiose e i fedeli, ecc.) restano fuori dalle competenze dello Stato, il quale né deve intromettersi né può in modo alcuno esigerli o impedirli, salve esigenze fondate di ordine pubblico. Il riconoscimento dei diritti civili e politici e l'erogazione dei pubblici servizi non possono restare condizionati a convinzioni o prestazioni di natura religiosa da parte dei cittadini.

Questione completamente diversa è il diritto-dovere dei cittadini cattolici, come di tutti gli altri cittadini, di cercare sinceramente la verità e di promuovere e difendere con mezzi leciti le verità morali riguardanti la vita sociale, la giustizia, la libertà, il rispetto della vita e degli altri diritti della persona. Il fatto che alcune di queste verità siano anche insegnate dalla Chiesa non diminuisce la legittimità civile e la «laicità» dell'impegno di coloro che in esse si riconoscono,

²³ Cf. CONCILIO VATICANO II, Cost. Past. *Gaudium et spes*, n. 76.

²⁴ GIOVANNI PAOLO II, *Messaggio per la celebrazione della Giornata Mondiale della Pace 1991: «Se vuoi la pace, rispetta la coscienza di ogni uomo»*, IV, AAS 83 (1991) 410-421.

indipendentemente dal ruolo che la ricerca razionale e la conferma procedente dalla fede abbiano svolto nel loro riconoscimento da parte di ogni singolo cittadino. La «laicità», infatti, indica in primo luogo l'atteggiamento di chi rispetta le verità che scaturiscono dalla conoscenza naturale sull'uomo che vive in società, anche se tali verità siano nello stesso tempo insegnate da una religione specifica, poiché la verità è una. Sarebbe un errore confondere la giusta *autonomia* che i cattolici in politica debbono assumere con la rivendicazione di un principio che prescinde dall'insegnamento morale e sociale della Chiesa.

Con il suo intervento in questo ambito, il Magistero della Chiesa non vuole esercitare un potere politico né eliminare la libertà d'opinione dei cattolici su questioni contingenti. Esso intende invece — come è suo proprio compito — istruire e illuminare la coscienza dei fedeli, soprattutto di quanti si dedicano all'impegno nella vita politica, perché il loro agire sia sempre al servizio della promozione integrale della persona e del bene comune. L'insegnamento sociale della Chiesa non è un'intromissione nel governo dei singoli Paesi. Pone certamente un dovere morale di coerenza per i fedeli laici, interiore alla loro coscienza, che è unica e unitaria. «Nella loro esistenza non possono esserci due vite parallele: da una parte, la vita cosiddetta "spirituale", con i suoi valori e con le sue esigenze; e dall'altra, la vita cosiddetta "secolare", ossia la vita di famiglia, di lavoro, dei rapporti sociali, dell'impegno politico e della cultura. Il tralcio, radicato nella vite che è Cristo, porta i suoi frutti in ogni settore dell'attività e dell'esistenza. Infatti, tutti i vari campi della vita laicale rientrano nel disegno di Dio, che li vuole come "luogo storico" del rivelarsi e del realizzarsi dell'amore di Gesù Cristo a gloria del Padre e a servizio dei fratelli. Ogni attività, ogni situazione, ogni impegno concreto — come, ad esempio, la competenza e la solidarietà nel lavoro, l'amore e la dedizione nella famiglia e nell'educazione dei figli, il servizio sociale e politico, la proposta della verità nell'ambito della cultura — sono occasioni provvidenziali per un "continuo esercizio della fede, della speranza e della carità" ». ²⁵ Vivere ed agire politicamente in conformità alla propria coscienza non è un succube adagiarsi su posizioni estranee all'impegno politico o su una forma di confessionalismo, ma l'espressione con cui i cristiani offrono il loro coerente apporto perché attraverso la politica si instauri un ordinamento sociale più giusto e coerente con la dignità della persona umana.

Nelle società democratiche tutte le proposte sono discusse e vagliate liberamente. Coloro che in nome del rispetto della coscienza individuale volessero

²⁵ GIOVANNI PAOLO II, Esort. Apost. *Christifideles laici*, n. 59. La citazione interna è del Concilio Vaticano II, Decreto *Apostolicam actuositatem*, n. 4.

vedere nel dovere morale dei cristiani di essere coerenti con la propria coscienza un segno per squalificarli politicamente, negando loro la legittimità di agire in politica coerentemente alle proprie convinzioni riguardanti il bene comune, incorrerebbero in una forma di intollerante *laicismo*. In questa prospettiva, infatti, si vuole negare non solo ogni rilevanza politica e culturale della fede cristiana, ma perfino la stessa possibilità di un'etica naturale. Se così fosse, si aprirebbe la strada ad un'anarchia morale che non potrebbe mai identificarsi con nessuna forma di legittimo pluralismo. La sopraffazione del più forte sul debole sarebbe la conseguenza ovvia di questa impostazione. La marginalizzazione del Cristianesimo, d'altronde, non potrebbe giovare al futuro progettuale di una società e alla concordia tra i popoli, ed anzi insidierebbe gli stessi fondamenti spirituali e culturali della civiltà.²⁶

IV. CONSIDERAZIONI SU ASPETTI PARTICOLARI

7. E avvenuto in recenti circostanze che anche all'interno di alcune associazioni o organizzazioni di ispirazione cattolica, siano emersi orientamenti a sostegno di forze e movimenti politici che su questioni etiche fondamentali hanno espresso posizioni contrarie all'insegnamento morale e sociale della Chiesa. Tali scelte e condivisioni, essendo in contraddizione con principi basilari della coscienza cristiana, non sono compatibili con l'appartenenza ad associazioni o organizzazioni che si definiscono cattoliche. Analogamente, è da rilevare che alcune Riviste e Periodici cattolici in certi Paesi hanno orientato i lettori in occasione di scelte politiche in maniera ambigua e incoerente, equivocando sul senso dell'autonomia dei cattolici in politica e senza tenere in considerazione i principi a cui si è fatto riferimento.

La fede in Gesù Cristo che ha definito se stesso « la via, la verità e la vita » (Gv 14,6) chiede ai cristiani lo sforzo per inoltrarsi con maggior impegno nella costruzione di una cultura che, ispirata al Vangelo, riproponga il patrimonio di valori e contenuti della Tradizione cattolica. La necessità di presentare in termini culturali moderni il frutto dell'eredità spirituale, intellettuale e morale del cattolicesimo appare oggi carico di un'urgenza non procrastinabile, anche per evitare il rischio di una diaspora culturale dei cattolici. Del resto lo spessore culturale raggiunto e la matura esperienza di impegno politico che i cattolici in diversi Paesi hanno saputo sviluppare, specialmente nei decenni posteriori alla seconda guerra mondiale, non possono porli in alcun complesso

²⁶ Cf. GIOVANNI PAOLO II, *Discorso al Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede*, in: *L'Osservatore Romano*, 11/1/2002.

di inferiorità nei confronti di altre proposte che la storia recente ha mostrato deboli o radicalmente fallimentari. E insufficiente e riduttivo pensare che l'impegno sociale dei cattolici possa limitarsi a una semplice trasformazione delle strutture, perché se alla base non vi è una cultura in grado di accogliere, giustificare e progettare le istanze che derivano dalla fede e dalla morale, le trasformazioni poggeranno sempre su fragili fondamenta.

La fede non ha mai preteso di imbrigliare in un rigido schema i contenuti socio-politici, consapevole che la dimensione storica in cui l'uomo vive impone di verificare la presenza di situazioni non perfette e spesso rapidamente mutevoli. Sotto questo aspetto sono da respingere quelle posizioni politiche e quei comportamenti che si ispirano a una visione utopistica la quale, capovolgendo la tradizione della fede biblica in una specie di profetismo senza Dio, strumentalizza il messaggio religioso, indirizzando la coscienza verso una speranza solo terrena che annulla o ridimensiona la tensione cristiana verso la vita eterna.

Nello stesso tempo, la Chiesa insegna che non esiste autentica libertà senza la verità. « Verità e libertà o si coniugano insieme o insieme miseramente periscono » ha scritto Giovanni Paolo II.²⁷ In una società dove la verità non viene prospettata e non si cerca di raggiungerla, viene debilitata anche ogni forma di esercizio autentico di libertà, aprendo la via ad un libertinismo e individualismo, dannosi alla tutela del bene della persona e della società intera.

8. A questo proposito è bene ricordare una verità che non sempre oggi viene percepita o formulata esattamente nell'opinione pubblica corrente: il diritto alla libertà di coscienza e in special modo alla libertà religiosa, proclamato dalla Dichiarazione *Dignitatis humanae* del Concilio Vaticano II, si fonda sulla dignità ontologica della persona umana, e non su di una inesistente uguaglianza tra le religioni e tra i sistemi culturali umani.²⁸ In questa linea il papa Paolo VI ha affermato che « il Concilio, in nessun modo, fonda questo diritto alla libertà religiosa sul fatto che tutte le religioni, e tutte le dottrine, anche erranee, avrebbero un valore più o meno uguale; lo fonda invece sulla dignità della persona umana, la quale esige di non essere sottoposta a costrizioni esteriori

²⁷ GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. *Fides et ratio*, n. 90, AAS 91 (1999) 5-88

²⁸ Cf. CONCILIO VATICANO II, Dich. *Dignitatis humanae*, n. 1: « Il Sacro Concilio anzitutto professa che Dio stesso ha fatto conoscere al genere umano la via, attraverso la quale gli uomini, servendolo, possono in Cristo divenire salvi e beati. Crediamo che questa unica vera religione sussista nella Chiesa cattolica », Ciò non toglie che la Chiesa consideri con sincero rispetto le varie tradizioni religiose, anzi riconosce presenti in esse « elementi di verità e di bontà », Cf. CONCILIO VATICANO II, Cost. Dogm. *Lumen gentium*, n. 16; Decr. *Ad gentes*, n. 11; Dich. *Nostra aetate*, n. 2; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. *Redemptoris missio*, n. 55, AAS 83 (1991) 249-340; CONGREGAZIONE PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. *Dominus Iesus*, nn. 2; 8; 21, AAS 92 (2000) 742-765.

che tendono ad opprimere la coscienza nella ricerca della vera religione e nell'adesione ad essa».²⁹ L'affermazione della libertà di coscienza e della libertà religiosa non contraddice quindi affatto la condanna dell'indifferentismo e del relativismo religioso da parte della dottrina cattolica,³⁰ anzi con essa è pienamente coerente.

V. CONCLUSIONE

9. Gli orientamenti contenuti nella presente *Nota* intendono illuminare uno dei più importanti aspetti dell'unità di vita del cristiano: la coerenza tra fede e vita, tra vangelo e cultura, richiamata dal Concilio Vaticano II. Esso esorta i fedeli a « compiere fedelmente i propri doveri terreni, facendosi guidare dallo spirito del vangelo. Sbagliano coloro che, sapendo che qui noi non abbiamo una cittadinanza stabile ma che cerchiamo quella futura, pensano di poter per questo trascurare i propri doveri terreni, e non riflettono che invece proprio la fede li obbliga ancora di più a compierli, secondo la vocazione di ciascuno ». Siano desiderosi i fedeli « di poter esplicitare tutte le loro attività terrene, unificando gli sforzi umani, domestici, professionali, scientifici e tecnici in una sola sintesi vitale insieme con i beni religiosi, sotto la cui altissima direzione tutto viene coordinato a gloria di Dio ».³¹

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II nell'Udienza del 21 novembre 2002 ha approvato la presente Nota, decisa nella Sessione Ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 24 novembre 2002, Solennità di N.S. Gesù Cristo Re dell'Universo.

83 IOSEPH card. RATZINGER

Prefetto

L. 68 S.

£8 Tarcisio Bertone, S.D.B.

Arcivescovo em. di Vercelli

Segretario

²⁹ PAOLO VI, *Discorso al Sacro Collegio e alla Prelatura Romana*, in: «Insegnamenti di Paolo VI», 14 (1976), 1088-1089.

³⁰ Cf. Pio IX, Lett. Enc. *Quanta cura*, ASS 3 (1867) 162; LEONE XIII, Lett. Enc. *Immortale Dei*, ASS 18 (1885) 170-171; Pio XI, Lett. Enc. *Quas primas*, AAS 17 (1925) 604-605; *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2108; CONGREGAZIONE PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. *Dominus Iesus*, n. 22.

³¹ CONCILIO VATICANO II, Cost. Past. *Gaudium et spes*, n. 43, Cf. anche GIOVANNI PAOLO II, Esort. Apost. *Christifideles laici*, n. 59.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ALBINGANENSIS seu PREMISLIENSIS LATINORUM

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Augusti Czartoryski sacerdoti professi Societatis S. Francisci Salesii (1858-1893)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Augustus Czartoryski natus est Lutetiae Parisiorum die 12 mensis Augusti anno 1858 e polonorum principum familia. Infirmus eius valetudo haud impedivit, quin ipse vias Dei peragraret atque excelsos appeteret vértices sanctitatis. Praeceptorem habuit sanctum Iosephum Kalinowski, qui dein sacerdos carmelita discalceatus factus est, sumpto nomine Raphaelis a Sancto Ioseph. Dein Sancti Ioannis Bosco occursum in eo desiderium Deo se consecrandi firmavit. Societatem Salesianam ingressus, anno 1888 professionem religiosam emisit et anno 1892 a beato Thoma Reggio presbyter ordinatus est. Morbo confectus, quem vero mira animi tranquillitate tulit, Alaxii in dioecesi Albinganensi die 9 mensis Aprilis anno 1893 in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 1 mensis Decembris anno 1978, Servum Dei virtutes théologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam quandam subiecit miram sanationem intercessioni ipsius Servi Dei apud Deum tributam. Casus ad Vladislaum Dec, presbyterum e Societate Salesiana, spectat, qui, octoginta et duos annos natus, nocte inter dies 22 et 23 Iunii anno 1989, acri abdominis dolore correptus est. In communitatem suam Premisliae re versus, medicum consuluit, qui eum monuit, ut in valetudinarium se reciperet, quod autem ipse recusavit. Mane tamen insequentis diei 24 mensis Iunii, cum peritonitidem acutam contraxisset, in valetudinarium receptus est, ubi infelix diagnosis confirmata est. Post meridiem chirurgica sectio terebrationem ulcerae duodenalis et peritonitidem purulentam diffusam ostendit. Peractae igitur sunt sectio intestini vagi, plastice pilori ac lavatio cavi intestinalis; tres quoque cannulae expurgationis appositae sunt. Suppurationes quaedam praeterea apparuerant in regione sub diaphragmate et in cavo Duglasii, ut medici, licet remedia antibiotica late suppeditavissent, prognosim dicerent infaustam. Iam inde ab initio morbi Dominus Vladislaus ad auxilium divinum per in-

tercessionem Servi Dei Augusti Czartoryski confugerat, erga quem pietas magna ipsi fuerat. Orationibus sodales eius familiae salesianae communitatis Premisliae una cum aliis se sociaverunt, quorum spes minime decepta est: aegrotus enim eo rapide convaluit, ut iam die 7 insequentis mensis Iulii, omni bona valetudine refecta, e valetudinario abire posset. De hoc casu, annis 1999-2000, apud Curiam Premisliensem Latinorum Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 22 mensis Iunii anno 2001 probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum in sessione diei 23 mensis Ianuarii anno 2003 sanationem rapidam, completam, duraturam et inexplicabilem quoad modum secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 2 mensis Maii eodem anno Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et insequenti die 7 mensis Octobris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Domino Lino Fumagalli, Episcopo Sabinensi-Mandelensi. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Augusti Czartoryski, Sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii, videlicet de rapida, completa ac duratura sanatione sacerdotis Vladislai Dec a «peritonite purulenta, diffusa da perforazione di ulcera duodenale in paziente cardiopatico di 82 anni ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAI VA MARTINS
Praefectus

L. SB S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

BRACARENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa christifidelis laicae sodalis Unionis Cooperatorum Salesianorum (1904-1955)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Alexandrina Maria Da Costa die 30 mensis Martii anno 1904 nata est in loco *Balasar*, intra fines archidioecesis Bracarenensis in Lusitania. Quattuordecim annos nata, ad virginitatem tuendam ex fenestra se coniecit, qua de re talia sibi intulit damna, ut annorum decursu in deterius ruèrent usque ad absolutam membrorum paralysim. Physicis et moralibus incommodis graviter affecta, voluntati Dei se aptavit et amore compulsa vestigia Iesu crucifixi secuta est, eius passionem pro animarum salute participans. Frugiferum explicavit apostolatam inter innumeros advenas qui alliciebantur eius virtutibus et extraordinariis dotibus, exercitis sub oboedientia ecclesiasticae auctoritati. Ampla sanctitatis fama praecellens, die 13 mensis Octobris anno 1955 in Domino se obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 21 mensis Decembris anno 1995 Servam Dei heroico in gradu virtutes théologales, cardinalesisque adnexas decrevit excoluisse. Ad beatificationem quod attinet, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum subiecit assertam miram sanationem Mariae Magdalенаe Azevedo Gomes Fonseca, quae anno 1983, duos et quadraginta aetatis annos agens, incommoda indolis parkinsonianae pati coepit in artu superiore dextero. Aegritudinis indicia, non obstantibus curationibus adhibitis, gradatim auxerunt. Anno 1990 valetudo eius evidenter in peius ruit. Quare in Centrum Hospitalarium Universitatis Studiorum Argentoratensis est excepta, ubi edicta est diagnosi syndromis extrapyramidalis simul cum aliis implicationibus. Inter annos 1994-1995 mulier infirma ulterius est aggravata, pondus corporis tria et triginta chilogrammata attingens ita ut sese movere non posset propter musculorum rigiditatem; afficiebatur asthenia, sensu frigoris, amnesia. Ex variis examinibus detectae sunt parvae sed multiplices laesiones cerebrales. Perpensa gravitate pathologica degenerativa et inexperientia scientiae medicae, aegrota ipsa ad divinum auxilium, per intercessionem Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa, fiducialiter confugit. Die 3 mensis Martii anno 1995, dum difficilem rigiditatem muscularem patiebatur, necopinato indicia extrapyramidalia evanuerunt, itaque infirma de

lecto surgere potuit et ambulare. Brevissimo elapso tempore, eius activitas muscularis et pondus etiam corporis ad normam rediit. De hoc eventu anno 2002 apud Curiam Bracarensem instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam auctoritatem hoc Dicasterium agnovit per decretum quod edidit die 22 mensis Novembris anno 2002. Medicorum huius Congregationis Consilium, in sessione diei 28 mensis Maii currente hoc anno 2003, declaravit sanationem instantaneam, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 15 sequentis mensis Iulii actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 21 subsequentis mensis Octobris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo emerito Calaritano, facta est. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa, Christifidelis laicae, Sodalis Unionis Cooperatorum Salesianorum, videlicet de instantanea, perfecta ac constanti sanatione Mariae Magdalenae Azevedo Gomes Fonseca a « syndrome extrapiramidale di tipo parkinsoniano, di natura degenerativa ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. 88 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

GUADALAIARENSI

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Guadalupe (in saec.: Anastasiae Guadalupe García Zavala) confundatricis Congregationis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum (1878-1963)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Guadalupe (in saec.: Anastasia Guadalupe García Zavala) nata est die 27 mensis Aprilis anno 1878 in loco *Zapopan*, regionis *Jalisco* in Mexico. Guadalaiarae, quo cum familia se contulerat, incubuit infirmorum pauperum assistentiam, qui in parvum nosocomium excepti erant, ubi, assentiens proposito sacerdotis Cypriani Irriguez Martín del Campo, adiutricem praestitit operam ad condendam Congregationem Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, cuius erat corporalem spiritualemque infirmorum curam promovere. Novum Institutum accurate rexit ac sapienter, ad cuius incrementum contulit, quamvis temporum maestitia grassaretur. Dives in meritis sanctitatisque fama exornata die 24 mensis Iunii anno 1963 in Domino obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 1 mensis Iulii anno 2000 agnovit Servam Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in gradum excoluisse. Intuitu beatificationis, Postulatio Causae Congregationi de Causis Sanctorum inspiciendam exhibuit praesumptam miram sanationem domini Abrami Arceo Higareda, qui anno 1998 exceptus est in nosocomium loci *Jiquilpan*, in *Michoacán*, ob acutam pancreatitem, quae therapia medica nequiquam tractata erat. Revelata formatione pseudocystis in capite pancreatis, sectio chirurgica cystogastrostomiae fieri debuit. Sequentibus diebus secutus est status septicoabdominalis, et hac de causa infirmus die 21 mensis Maii anno 1998 translatus est in nosocomium Sanctae Margaritae in urbe Guadalaiara. Illic edicta est diagnosis necrosis abscessuatae corporis et caudae pancreatis cum extensione perisplenica, cui accedebant abscessus retroperitoneales; apparuit quoque effusio pleurica sinistra. Tunc peractae sunt laparotomia ad corpus caudamque pancreatis auferenda atque thoracocentesis sinistra. Alia sectio chirurgica peracta est die 16 mensis Iunii ad regiones necroticas abscessuales ulterius purgandas. Cum vero septicus perstaret status, varia adhibita sunt antibiotica, eo quod detecta fuit *Escherichia Coli* resistens ad medicationem. Valetudinis condicio in melius mutata est et infirmus, cuius vulnus adhuc secretionem emittebat, die 7 mensis Iulii dimissus est. Status tamen septicus iterum exarsit, quocirca infirmus die 24 mensis Iulii in nosocomium denuo excipi debuit. Prognosis edebatur valde infausta quoad vitam. Interea, patiens ipse, uxor illius aliique familiares caeleste invocare coeperant

adiutorium per intercessionem Sororis Mariae Guadalupe. Die 25 eiusdem mensis infirmus se morti proximum esse persentiens, sacramento Unctionis infirmorum est recreatus. Attamen, eo ipso die inopinanter purulentus liquor sponte defluxit simulque febris evanuit. Generalis condicio valetudinis ita celeriter in melius mutata est ut patiens die 1 mensis Augusti nosocomium reliquerit bona fruens valetudine. Hoc super eventu, qui mirus iudicatus est, anno 2001 apud Curiam Guadalaiarensis instructa est Inquisitio dioecesana, quam haec Congregatio per decretum editum die 11 mensis Ianuarii anno 2002 iuridice validam agnovit. Consilium Medicorum, die 13 mensis Martii huius anni 2003 congregatum, edixit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae praeceptis inexplicabilem fuisse. Die 17 sequentis mensis Iunii habitus est Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus et die 11 mensis Novembris eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum facta est, Causae Ponente Em.mo Cardinale Augustino Cacciavillan. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Guadalupe (in saec. Anastasiae Guadalupe García Zavala), Cofundatricis Congregationis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione Abrami Arceo Higareda a «pancreatite acuta ricorrente necrotizzante, con formazione di pseudocisti pancreatica, infezione da Escherichia Coli antibiotico-resistente, produzione di ascessi in sede peripancreatica, perisplienica e retroperitoneale, in soggetto con diabete, alcolismo e malnutrizione».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TAURINENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Nemesiae Valle (in saec.: Iuliae) sororis professae Intituti Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret (1847-1916)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Nemesia Valle (in saec.: Iulia) die 26 mensis Iunii anno 1847 Augustana in urbe est nata. Undeviginti aetatis annos agens, Congregationem ingressa est Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret, ubi anno 1873 religiosam emisit professionem. Derthonae apud Institutum Sancti Vincentii magistra exstitit ac postea moderatrix, aestimationem sibi concilians suarum Sororum, alumnorum et gentium loci, qui eius sapientiam, fervorem et benignitatem mirabantur. Anno 1903 translata est in oppidum v. *Borgaro Torinese* ad munus obeundum magistrae noviciarum. Officium implevit dulcedine, firmitate, sacrificii humilitatisque spiritu. Virtutibus mentisque onusta, in Domini pace quievit die 18 mensis Decembris anno 1916. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 5 mensis Iulii anno 2002 declaravit Servam Dei heroicum in modum virtutes théologales, cardinales eisque annexas exercuisse. Beatificationi prospiciens, Postulatio Causae iudicio porrexit huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram sanationem Hastae patratam et intercessioni Servae Dei adscriptam. Eventus afficit sororem Mariam Aloisiam Ferrerò, Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Ioannae Antidae Thouret sodalem, quae anno 1982 urgentem subiit sectionem chirurgicam ob cystoadenocarcinoma papilliferum ovarii sinistri et ob adenocarcinoma infiltrans cum peritonitide sigmae. Post hebdomadam hemicolectomiae sinistrae se subiecit et etiam hysterectomiae totali nec non annexiectomiae dexteratae. Aegrotae, valetudinarium relinquenti, praescriptae sunt therapiae oncologicae ob hos duos tumores, histologice diversos, in o variis scilicet et in colon. Decem post expletos annos, die 22 mensis Maii anno 1993, Soror, graves sustinens dolores abdominales, chirurgicae sectioni submissa est ob occlusionem intestinalem. Ablatum est frenum quoddam adhaerentiale, ex prioribus chirurgicis sectionibus exortum. Indicium occlusionis die 3 sequentis mensis Iunii iterum acutius apparuit, quapropter infirma novam pati debuit laparotomiam, quae perivisceritem adhaerentialem peculiariter gravem revelavit. Praeter statum occlusivum aderat quoque gravis collapsus chirurgicus cui vehemens addebatur deshydratio. Infausta igitur edebatur prognosis: causa periculi vitae respondebat syndromi multiplicis organicae desfunctionis, uti medici curantes edixerant. Clinicis curationibus perperam adhibitis, infirma ipsa, consorores, cappellanus valetudinarii, com-

munitas paroecialis aliaeque personae sub praesidium divinum confugerunt per intercessionem Servae Dei Nemesiae Valle. Necopinato mane diei 14 mensis Iunii anno 1993 infirma celerem obtinuit virium refectionem simul cum recuperatione motus intestinalis. Soror, denique sanata, die 21 mensis Iunii eiusdem anni e valetudinario dimissa est. De hac sanatione, quae mira est existimata, anno 1996 apud Curiam Astensem instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridica validitas agnita est ab hac Congregatione per decretum die 21 mensis Februarii anno 1997 vulgatum. Consilium Medicorum, die 7 mensis Novembris anno 2002 congregatum, edixit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientia inexplicabilem fuisse quoad modum. Die 4 mensis Aprilis huius anni 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 18 mensis Novembris subsequenti Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Petro Georgio Silvano Nesti, C. P., Archiepiscopo emerito Camerinensi-Sancti Severini in Piceno. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret Ven. Servae Dei Nemesiae Valle attributo responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocan dis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Nemesiae Valle (in saec.: Iuliae), Sororis professae Instituti Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione Sororis Mariae Aloisiae F errerò a « grave sindrome aderenziale post-peritonitica con occlusione intestinale recidivata, in paziente operata per carcinoma ovarico e neoplasia infiltrante del sigma, complicata da pneumotorace iatrogeno ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

LffIS.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VINDOBONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Caroli e Domo Austriaca Imperatoris ac Regis (1887-1922)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Carolus e Domo Austriaca die 17 mensis Augusti anno 1887 apud castrum *Persenbeug* prope Danubium primum lumen vidit. Anno 1911 Zitam principissam de Borbone Parmae, uxorem duxit, ex qua octo habuit liberos, quos christiana fide erudit. Imperator Austriae constitutus est et Rex Apostolicus Hungariae anno 1916, dum primum mundanum ingrueret bellum. Populo suo in prudentiae, sollicitudinis et caritatis virtutibus inserviit. Paci consuluit, secundum socialem Ecclesiae doctrinam regimen tenuit, pauperes sublevavit, spiritualem vitam suam summopere excoluit. Vivida intensaque fide suffultus, difficultates oppetivit, tribulationibus et exilium in Maderensi Insula, ubi piissime obiit die 1 mensis Aprilis anno 1922. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 12 mensis Aprilis anno 2003 declaravit Servum Dei virtutes theologiales, cardinales eisque adnexas gradu heroico excoluisse. Eius beatificationi prospiciens, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum miram porrexit assertam sanationem Sororis, cui nomen Maria Zita Gradowska, e Societate Filiarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul. Haec quidem anno 1944, quinquaginta annos nata, cum Curitibae in Brasilia suam explicaret missionem, thrombophlebiti affecta est in crure dextro, quae paulatim in ulcus varicosum est mutata. Anno 1954 idem contigit in crure sinistro. Aegrota in sinistro latere saphenectomiam subire debuit et ablationem venarum quae regionem ulceratam circumdabant. Attamen chirurgia in dextera crure fieri non potuit, quoniam valetudinis condicio deterior reddebatur. Curae medicae statum varicosum cohibere non poterant nec dolores lenire. Anno 1957 Soror translata est in locum vulgo *Canoinhas*, in Statu Sanctae Catharinae, tamquam moderatrix religiosae domus. Anno 1960 ob dolorum gravitatem deambulare amplius non poterat, quapropter mensibus Novembri et Decembri lecto manere coacta est. Exeunte mense Decembri illius anni, omni sanationis spe a medicis dempta, aegrota quodam sero vesperi fiducialiter divinum imploravit auxilium per intercessionem Servi Dei Caroli e Domo Austriaca. Statim post invocationem Soror sese obdormivit et illa ipsa nocte perfecta evenit cruris sanatio. Mane sequentis diei, hora

sexta, communitariam Eucharistiam participare potuit, se movens quin dolores subiret nec adiutorio indigeret. Ad hanc quod attinet sanationem, Curia Portalegrensis in Brasilia annis 1990-1991 dioecesanam instruxit Inquisitionem, cuius iuridicam validitatem hoc Dicasterium agnovit per decretum quod die 30 mensis Septembris anno 1994 edidit. Die 13 mensis Martii anno 2003 Consilium Medicorum edixit sanationem celerrimam fuisse, perfectam, constantem, absque posteris morbi signis et ex scientia inexplicabilem. Die 15 mensis Iulii eiusdem anni actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 11 sequentis mensis Novembris Patres Cardinales et Episcopi congregati sunt in Ordinaria Sessione, Ponente Causae Em.mo Card. Henrico Schwery. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Pacta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Caroli e Domo Austriaca, Imperatoris ac Regis, videlicet de celerrima, perfecta et constanti sanatione Sororis Mariae Zitae Gradowska ab «ulcera varicosa cronica suppurata della gamba destra in soggetto con terreno varicoso su base familiare».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congrégations de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 68 S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIB

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 26 Aprilis 2004. — Cathedrali Ecclesiae Faentinae-Mutilensi Exc.mum P.D. Claudium Stagni, hactenus Episcopum titularem Dardanium et Auxiliarem Archiepiscopi Bononiensis.

die 27 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Minorensi R.D. Marium Giordana, Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana cum dignitate archiepiscopali.

die 3 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Amosensi, Exc.mum P.D. Eugenium Tremblay, hactenus Episcopum titularem Succubensem et Auxiliarem archidioecesis Quebecensis.

— Cathedrali Ecclesiae Balangensi, Exc.mum P.D. Socratem B. Villegas, hactenus Episcopum titularem Nonensem et Auxiliarem archidioecesis Manilensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tarasensi in Numidia R.D. Arturum Gregorium Miziński, e clero archidioecesis Lublinensis ibique Cancellarium Curiae et professorem Iuris Canonici apud Universitatem Catholicam Lublinensem.

die 5 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Parahybensi Exc.mum P.D. Aldonem di Cilio Pagotto, S.S.S., hactenus Episcopum Sobralensem.

die 6 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Adiacensi Exc.mum P.D. Ioannem Lucam Brunin hactenus Episcopum titularem Usinazensem et Auxiliarem Insulensem.

— Coadiutorem dioecesis Gratianopolitanae Exc.mum P.D. Ivonem de Kérimel, hactenus Episcopum titularem Casamedianensem et Auxiliarem dioecesis Nicensis.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Flenucletensi R.D. Iosephum Valbertum Estabrook, e clero dioecesis Albanensis in America, hactenus cappellanum Nauticarum in ditione *Pearl Harbor*, quem constituit Auxiliarem Ordinariatus Militaris Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Casensi Calanensi R.D. Richardum Brendan Higgins, e clero dioecesis Sacramentensis, hactenus cappellanum Academiae Aeronauticae in ditione *Colorado Springs*, quem constituit Auxiliarem Ordinariatus Militaris Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

die 8 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Osomensis, R.D. Renatum Rebolledo Salinas, hactenus dioecesis Villaricensis Vicarium generalem ibique parochum.

die 12 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Calabriensi R.D. Paulum Franciscum Machado, hactenus rectorem Seminarii maioris dioecesis Petropolitanae, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Iudiciforensis.

— Cathedrali Ecclesiae Petropolitanae, Exc.mum P. D. Philippum Santoro, hactenus Episcopum titularem Tuscamiensem et Auxiliarem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali Ecclesiae Neo-Friburgensi, Exc.mum P.D. Raphaelem Llano Cifuentes, hactenus Episcopum titularem Madensem et Auxiliarem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

die 13 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Zacapensi et SS.D.N.I.C, de Esquipulas R.D. Iosephum Hannibalem Casasola Sosa, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

die 14 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Lipensi Exc.mum P.D. Raimundum C. Arguelles, hactenus Ordinarium Militarem in Insulis Philippinis.

— Cathedrali Ecclesiae Malolosinae Exc.mum P.D. Iosephum F. Oliveros, hactenus Episcopum Boacensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Insulis Philippinis Exc.mum P.D. Leonem M. Drona, S.D.B., hactenus Episcopum Sancti Iosephi in Insulis Philippinis.

— Cathedrali Ecclesiae Pagadianensi R.D. Emmanuelem T. Cabajar, C.Ss.R., hactenus membrum Consilii generalis Congregationis Sanctissimi Redemptoris.

— Episcopum Coadiutorem Catarmaniensem R.D. Emmanuelem C. Trance e clero Iarensi, hactenus Seminarii minoris rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in Insula Vancouver, R.D. Richardum Gagnon, e clero archidioecesis Vancouveriensis, ibique Vicarium generalem.

die 18 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusubisiritanae, R.D. Martinum Davidem Holley, e clero dioecesis Pensacolensis-Tallaseiensis, ibique curionem paroeciae vulgo «Little Flower» dictae, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Theodori Edgarii S.R.E. Cardinalis McCarrick, Archiepiscopi Vashingtonensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 7 Maggio 2004, s.E. il Signor **GRYGOPJI FOKOVYCH KHORUZHYI**, Ambasciatore di Ucraina presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 13 Maggio 2004, s.E. il Signor **ABDOULAYE WADE**, Presidente della Repubblica del Senegal.

Sabato, 15 Maggio 2004, s.E. il Signor **EMILE LAHOUD**, Presidente della Repubblica del Libano.

Lunedì, 17 Maggio 2004, s.E. il Signor **RICARDO MADURO**, Presidente della Repubblica di Honduras.

Martedì, 18 Maggio 2004, s.E. il Signor **JOSÉ MANUEL DURÃO BARROSO**, Primo Ministro del Portogallo.

Martedì, 18 Maggio 2004, s.E. il Signor **ALEKSANDER KWA-SNIEWSKI**, Presidente della Repubblica di Polonia.

Venerdì, 21 Maggio 2004, s.E. l'On. **HELEN CLARK**, Primo Ministro della Nuova Zelanda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|----|--------|------|--|
| 29 | aprile | 2004 | S.E. Mons. Patabendige Don Albert Malcom Ranjith, Arcivescovo di Umbriatico, <i>Nunzio Apostolico in Indonesia e in Timor Orientale.</i> |
| 10 | maggio | » | S.E. Mons. Mario Zenari, Arcivescovo tit. di Zuglio, <i>Nunzio Apostolico in Sri Lanka,</i> |

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

3	aprile	2004	S.E. Mons. Giovanni Lajolo, Arcivescovo tit. di Cesariana, <i>Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede « ad quinquennium ».</i>
»	»	»	Le LL.EE. i monsignori Francesco Monterisi, Velasio De Paolis, Angel Rodríguez Luño, Romano Penna; i padri Prosper Grech, O.S.A., Jesús Castellano Cervera, O.C.D., Nello Cipriani, O.S.A., Maurizio Pietro Faggioni, O.F.M., Giovanni Iammarrone, O.F.M. Conv., <i>Consultori della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».</i>
»	»	»	P. Thomas Michel, S.I., <i>Consultore del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium ».</i>
12	maggio	»	Il dott. Ivan Ruggiero, <i>Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « ad quinquennium ».</i>
»	»	»	Il dott. Pier Giuseppe Magnani, <i>Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede «usque ad 75^m annum ae. s. ».</i>
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Paul Poupard, <i>Presidente del Pontificio Consiglio per la Cultura « usque ad 75^m annum ae. s. ».</i>
15	»	»	Il rag. Piero Montecchia, <i>Capo Ufficio nella Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.</i>

NECROLOGIO

26	aprile	2004	Mons. Barthélémy Batantu, Arcivescovo em. di Brazzaville (<i>Repubblica del Congo</i>).
»	»	»	Mons. Hernando Velázquez Lotero, Vescovo em. di Facatativa (<i>Colombia</i>).
2	maggio	»	Mons. Salvatore Isgrò, Arcivescovo di Sassari (<i>Italia</i>).
3	»	»	Mons. Francesco Saverio Guo Zhengji, Vescovo di Bameng (<i>Cina Continentale</i>).
4	»	»	Mons. James A. Toppo, Vescovo di Jalpaiguri (<i>India</i>).
9	»	»	Mons. Augustin Otero Lagarcha, Vescovo tit. di Rotaría.
11	»	»	Mons. Antonio P. Misiara, Vescovo em. di Bragança Paulista (<i>Brasile</i>).
14	»	»	Mons. Hubert Michon, Arcivescovo em. di Rabat (<i>Marocco</i>).
15	»	»	Mons. Kevin Michael Britt, Vescovo di Grand Rapids (<i>Stati Uniti d'America</i>).
18	»	»	Card. Hycinthe Thiandoum, del Titolo di S. Maria del Popolo.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Mariae De Mattias Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Scientes quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione a patribus tradita, sed pretioso sanguine quasi Agni incontaminati et immaculati Christi» (*1 Pe* 1, 18-19).

Haec veritas perspecta ac subinde intellecta in ardenti iam Mariae De Mattias anima ignem addidit. Quod cogitabat Deum Patrem, ut a malo eam omnemque creaturam vindicaret, dignitatem tribueret et amicitiam sibi conciliaret, proprium Filium misisse, qui sacrificium Crucis ex voluntate suscepturus esset, omnem fundens sanguinem ac «usque in finem» amans, id tenuit. In pago *Vallecorsa* Frusinatis die iv mensis Februarii anno MDCCCV a diviti ac perquam religiosa familia Maria De Mattias orta est, quae, discrimine adolescentis aetatis superato, suae existentiae in Deo et «caro proximo» amando repperit rationem, ad Christi exemplum qui in Crucis ara suam tradidit vitam. Hac de re die iv mensis Martii anno MDCCCXXXIV Acuti Frusinatis — ubi ad Administrationis dioecesis Anagninae iussum in schola publica puellas docebat — Institutum Sororum Adoratricum Sanguinis Christi condidit. Medullitus Christi Cruci affixi amore tacta, ad sancti Gasparis dei Bufalo exemplum, quem ipsa septemdecim annos nata audivit in populari Missione anni MDCCCXXII in pago *Vallecorsa*, magna facta est Sanguinis Christi faulrix, suae missioni alias iuvenes socians, quae, quemadmodum ipsa, magnum sic amorem in peccatores illosque qui hanc veritatem ignorabant cog-

noscendum curarent. Ut Christus Isque Cruci affixus cognosceretur per Verbi nuntium summopere operam dedit, quod fortem, strenuam et industriam pro laboribus simultatibusque, paupertate contumeliisque eam reddit: fervens eius praedicationis verbum, quod ex eius erga Iesum flagranti amore oriebatur, qui a quadam sine sensu vita eam eripuerat eique «cor amoris iaculis iuratus erat», ex animo sua sponte manabat ac penitus sic audientes afficiebat, ut spiritales fructus gigneret peccatorum confessionis vitaeque conversionis. Aetate illa mulier ne catechismum quidem parvulos masculini sexus docere sinebatur: ipsa tamen lenitate in animas «quae sanguine constant» permota, postulavit et a suo spiritali moderatore, Venerabili Ioanne Merlini, presbytero, licentiam obtinuit ut armentarios congregaret eosque post solis occasum christiana disciplina erudiret. «Novum quiddam est in mundo»: id scripsit, laetus eius mirans audaciam. In *Acuto* oppido ubicumque instituta condebat ad publicam scholam agendam, religiosas actiones multiplicavit et omnes nacta est occasiones ad catechizandum et Evangelium effundendum. Omnes «mulierem concionantem» audituri conveniebant: scilicet viri feminaeque, pauperes et divites, docti ac rudes, sacerdotes etiam. Episcopus ipse, cum ab ea traditam «doctrinae» veritatem per prudentes sacerdotes, qui occulte missi erant ad eam audiendam, cognovisset, eam discipulasque comprobavit. Cum sibi esset conscia mulieris cultum caput esse societatis reformationis, per publicam scholam puellis iuvenibusque instituendis operam dedit, legendi, scribendi, computandi, feminarum labores agendi, domum moderandi, Ecclesiae Sacraeque Scripturae doctrinam discendi tradens disciplinam. Diebus festis mulieres matrimonio iunctas convenire solebat, ut eas de rebus religiosis erudiret easque in christiana vita ad cuiusque vitae statum iuaret. Iis iuvenibusque hebdomadales menstruasque institutionis congressiones necnon singulis annis spiritalia exercitia comparabat. Cum sibi persuasum etiam haberet fidem esse amabilem Iesu adhaesione, qui nos suum per sanguinem salvavit, ad meditationis precationem inducebat ac personalem cum Trinitate Virgineque Maria necessitudinem, quam ipsa sub Immaculatae Perdolentis que vocabulo venerabatur, opportunis allatis condicionibus. «Mundi reformationi» studens, quandoquidem «Christus pro omnibus suum effudit effususque est sanguinem, quoniam veluti fons, immo vivificans flumen quod cunctis praesto est, in universorum Adami filiorum beneficium amplificatur eosque comitatur et in singulis mortalis aevi gradibus sanctificationis causa sequitur, ut ad aeternam beatitudinem eleventur» (Regula 1857), Institutum condidit sub titulo Pretiosissimi Sanguinis, ut eius sodales enuntiarent, ubicumque possent, salvificum Amo-

rem. Ea suum obeunte diem, communitates numerabantur in **LXX** fere locis, non solum in Italia, verum etiam in Anglia, Helvetia et Germania. Mariae De Mattias cor consonans cum Ecclesia fere micabat: eandem suam esse operam ac Ecclesiae munus animadvertibat, «ut Iesu cruci affixi Amor cognoscere-tur», qui est nostra salus. Usque hierarchiae paruit sacerdotibusque obse- quens quibuscum opus faciebat, at in Christum animasque dilectione ab- sumpta, novam faciem dedit in Ecclesia feminis. Ipsa enim se Evangelii nuntiandi officio penitus detineri sentiebat et ceteris mulieribus copiam fecit proprii feminei ingenii promovendi. Fortis, animosa, erga omnes amabilis Maria De Mattias, in amorem intenta ipsa suam transegit vitam, ut in omni- bus rebus Iesu «voluptatem» daret, cuius amore ardebat cuiusque amore involvebatur, proximum constanter cum diligeret, pauperes peccatoresque potissimum, eos iuvans ut vitam cum Deo exigendam detegerent.

Maria De Mattias Romae die xx mensis Augusti anno **MDCCCLXVI** de hoc mundo demigravit: ipse Pontifex beatus Pius IX, quam diligebat, aestimabat subsidiisque iuvabat, amplo sepulcro eam in coemeterio Verani donavit.

Anno **MDCCCXCVI** triginta post eius mortem annis Processus informativus agi coeptus est. Die i mensis Octobris anno **MCML** Decessor Noster Pius XII eam in Beatorum catalogum rettulit. Die xx mensis Decembris anno **MMII** Nobis coram decretum super miraculo evulgatum est atque idem foras emis- sum. Faventibus Patribus Cardinalibus Episcopisque die **VII** mensis Martii anno **MMIII** in Consistorio coadunatis, statuimus ut canonizationis ritus Ro- mae die xviii mensis Maii huius anni perageretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra hanc ediximus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatio- ne praehabita et divina ope sepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Iosephum Sebastianum Pelczar, Ursulam Ledó- chowska, Mariam De Mattias et Virginiam Centurione Bracelli Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.


Sedula Domini famula, spectabilis haec sancta claras dedit religiosae pie- tatis operumque bonorum testimoniationes, quae totam suam vitam Deo om- nino addixit idque ceteris fidelibus mulier tempora praeciens significavit. Exoptamus igitur ut salutifera Domini dona et Evangelii beneficia homines complures affatim adipiscantur eiusdem exemplo eruditi et suffulti praesidio.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die duodevicesimo mensis Maii, anno Domini bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



In Secret. Status tab., n. 542.101

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SUIDNICIENSIS

In Polonia nova conditur dioecesis Suidniciensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Multos fructus spiritales exoptantes inter populum Silesiae orituros, libenter sane accepimus postulationem quam Nobis praesentaverunt Venerabilis Frater Noster Henricus Romanus S.R.E. Cardinalis Gulbinowicz, sacrorum Antistes Vratislaviensis, et Venerabilis Frater Thaddaeus Rybak, Episcopus Legnicensis, audita sententia Conferentiae Episcoporum Poloniae, ut ex quadam parte ecclesiasticarum iis commissis circumscriptionum nova

dioecesis erigeretur. Quamobrem, favente voto Venerabilis Fratris Iosephi Kowalczyk, Archiepiscopi titulo Heracleensis et in Polonia Apostolici Nuntii, de consilio Secretariae Status, Nos Apostolica Nostra usi potestate quae sequuntur decernimus:

ab archidioecesi Vratislaviensi seiungimus decanatus: *Bystrzyca Klodzka, Dzierzoniów Poludnie, Dzierzoniów Północ, Kamieniec Zabkowicki, Klodzko, Kudowa Zdrój, Lądek Zdrój, Międzyzylesie, Nowa Ruda, Polanica Zdrój, Swidnica Śląska Wschód, Swidnica Śląska Zachód, Ząbkowice Śląskie*; a dioecesi Legnicensi separamus decanatus: *Bolków, Gluszyce, Goszczów, Jawor* (sed cum sola parocia *Gniewków*), *Strzegom, Swiebodzice, Waibrzych Poludnie, Waibrzych Północ, Waibrzych Zachód*, atque ex ita distracto territorio novam dioecesim constituimus *Suidniciensem* nuncupandam.

Huius novae ditionis sedem in oppido v.d. *Swidnica* constituimus ecclesiamque paroecialem inibi sitam, Deo dicatam in honorem S. Stanislai, Episcopi et Martyris, et S. Venceslai, Martyris, ad gradum dignitatemque Ecclesiae Cathedralis evehimus. Novam praeterea hanc dioecesanam communitatem suffraganeam constituimus Ecclesiae metropolitanae Vratislaviensi eiusque Episcopum subdimus metropolitico iuri Archiepiscopi illius Sedis. Simul ac dioecesis Suidniciensis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri vero clerici Seminariiue tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium. Documenta et acta quae conditam hanc dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia respiciunt, ad eandem Curiam mittantur ibique in tabulario serventur. Quod vero ad Consilia in dioecesi instituenda attinet necnon Curiam episcopalem et Seminarium, sacerdotum formationem, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, serventur quae sacri canones praescribunt. Ad Seminarii alumnorum institutionem quod respicit, iuris communis serventur praescripta, prae oculis habitis Congregationis pro Institutione Catholica praeceptis. Cum fas erit, selecti alumni vel sacerdotes ad studia complenda Romam mittantur.

Haec autem ad singula Nostra mandata exsequenda superius commemoratum Venerabilem Fratrem Iosephum Kowalczyk destinamus, universas necessarias et opportunas ei tribuentes facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ministrum in ecclesiastica dignitate iam constitutum, onere iniuncto quam primum ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplum actus eiusdem peractae executionis remittendi.

Hanc denique Constitutionem Nostram tam nunc quam in posterum ratam esse iubemus, contrariis quibuslibet causis haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quarto mensis Februarii, anno Domini bismillesimo quarto, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

93 IOANNES B. card. RE

Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 555.097

II

RAIPURENSIS

In India constituitur nova Provincia ecclesiastica Raipurensis, cuius metropolitana Ecclesia erit Sedes eiusdem nominis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum constet Ecclesiam catholicam in India, in territorio Provinciae ecclesiasticae Bhopalensis, haud parva incrementa suscepisse, ut ipsis Episcopis, sacerdotibus, religiosis viris atque mulieribus et Christifidelibus ibidem operose adlaborantibus merita tribueretur testimonium laudis eorumque animi incitarentur ad novas maioresque in dies exantlandos labores necnon ut ipsa Ecclesia firmiter constabiliretur, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Petri López Quintana, Archiepiscopi titulo Acropolitani atque in eadem Natione Apostolici Nuntii, censuit nuper novam Provinciam ecclesiasticam iisdem in locis esse condendam. Nos vero de totius Dominici gregis bono solliciti, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate sequentia decernimus. A metropolitana Sede Bhopalensi seiungimus dioeceses Ambikapurensis, Iagdalpurensem Syrorum - Malabarensium, Raigarhensem et Raipurensis, ex iisque constituimus novam Provinciam ecclesiasticam *Raipurensis* atque dioecesim eiusdem nominis ad gradum archidioecesis metropolitanae evehimus cuique assignamus uti suffraganeas

ceteras dioeceses Ambikapurenses, Iagdalpurensem Syrorum - Malabarensium et Raigarhensem. Insuper Venerabilem Fratrem Iosephum Augustinum Charanakunnel, hactenus Episcopum Raipurensem, renuntiamus Archiepiscopum Metropolitanam Raipurensem. Quae praescripsimus committimus perficienda Venerabili Fratri Petro López Quintana, quem diximus, onere imposito sincerum exemplar actus effectae executionis mittendi memoratae Congregationi. Hanc denique Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo septimo mensis Februarii, anno Domini bis millesimo quarto, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

68 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE

Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 555.217

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Sigismundo Felici Felinski Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes» (*Rom* 12, 12-13).

Haec Pauli Apostoli verba breviter et efficaciter praecipuum significant iter quod Venerabilis Servus Dei Sigismundus Felix Feliński in vita terrestri percurrit. Ille enim, a Domino ad episcopale exercendum ministerium vocatus, orando pro populo et laborando, de plenitudine sanctitatis Christi multiformiter et abundanter in fideles effudit (cfr Constitutio dogmatica de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 26). Pastoris Boni exemplum imitans, gregis sibi concrediti leges firmiter defendit atque omnes vexationes constanti pertulit animo. Fidelis ille Ecclesiae filius in loco v.d. *Wojutyn*, in Poloniae regione tunc Russiae attributa ac hodie intra Ucrainae fines posita, die i mensis Novembris anno MDCCCXXH est ortus. Eius familia, genere nobilis et omnino religiosa,

solidam ei tradidit christianam que educationem. Anno **MDCCCXXXIII** pater eius mortuus est. Mater autem, quinque post annos, comprehensa est atque, ob navitatem pro patriae bono, in Sibiriam deportata. Hac de causa Venerabilis Dei Servus, minime spiritu confractus, vivam fidem singularemque serenitatem demonstravit, fructum scilicet fiduciae in divinam Providentiam. Moscú ae et Lutetiae Parisiorum studiis expletis, Seminarium Zytomeriensi in urbe est ingressus. Educationem deinde apud Ecclesiasticam Academiam Romano-Catholicam in urbe Petroburgensi diligenter est prosecutus. Sacerdotii dono die **VIII** mensis Septembris anno **MDCCCLV** insignitus, statim eadem in urbe pastorem incohavit apostolatum in sanctae Catharinae parocia. Studiose spiritualis moderatoris munus in Academia explevit atque philosophiae professoris. Peculiarem de pauperum necessitudinibus adhibuit curam atque, anno **MDCCCLVII**, novam condidit religiosam communitatem, Congregationem scilicet Sororum Franciscalium a Familia Mariae. Venerabilis Dei Servus die **vi** mensis Ianuarii anno **MDCCCLXII** a Nostro Decessore Beato Pio IX rec. mem. Archiepiscopus metropolita Varsaviensis est nominatus. Sacri Pastoris munus difficili tempore explens, prudenter et animose ecclesiam suam communitatem est moderatus. Sequenti anno, post irritam videlicet Polonorum adversus Russos seditionem, vocem publice attulit contra iniustos interventus coercitionesque imperatoris Russiae erga Poloniae populum. Quam ob rationem in exilium condemnatus, viginti annos in Russiae urbe v.d. *Jaroslav* vixit. Paternam ibi sollicitudinem ostendit erga catholicos et Polonos in exilium eictos atque primam illo in loco catholicam extruxit sacram aedem. Anno **MDCCCLXXXIII** exilio ereptus, Sancta Sede intercedente, a Decessore Nostro Leone XIII rec. mem. Archiepiscopus constitutus est titulo Tarsensis. Concessum est illi ut in patriam re verteretur sed prohibitum ne Varsaviae habitaret. Duodecim per annos studiosam explevit in Galiciae regione pastorem industriam pro spiritali Polonorum et Ucrainorum bono. Virtutes constanter exercuit, etiamsi saepe plurimas difficultates cotidianaequae vitae angustias subire debuit. In omnibus vitae adiunctis fidem in Christo servavit quam per orationem, Sacrarum Scripturarum meditationem, erga Sanctissimum Sacramentum devotionem atque Beatae Virginis Mariae pietatem diligenter nutrit. Assidue pro Regni Dei diffusionem institutionem catechetica, navitatem sociale et scholarum exstructionem promovit. Prudens exstitit in spiritus moderamine, in necessitudinibus cum clero fidelibusque nec non in exercendo fundatoris congregationis munere. Divina praecepta et ecclesiasticas leges humiliter observans, in simplicitate, sobrietate, castitate paupertateque vixit atque singularem erga Romanum Pontificem ee-

clesiasticamque auctoritatem oboedientiam praebuit. Laboribus consumptus, die xv mensis Septembris anno MDCCCXCV pie Cracoviae in Domino obdormivit. Sanctimoniae fama crescente post eius obitum, anno MCMLXV Processus Ordinarius Informativus Varsaviae est incohatus. Omnibus legibus diligenter expletis, Nobis coram die xxiv mensis Aprilis anno MMII declaratum est hunc Dei Servum virtutes théologales et cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Die v mensis Iulii anno MMII decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Venerabilis Dei Servi intercessionem est adsignatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus, die xvii mensis Augusti anno MMII Cracoviae perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Spelniając życzenie naszych braci Józefa Kardynała Glempa, Arcybiskupa Metropolity Warszawskiego, Józefa Michalika, Arcybiskupa Metropolity Przemyskiego, Franciszka Kardynała Macharskiego, Arcybiskupa Metropolity Krakowskiego i Stanisława Gądeckiego, Arcybiskupa Metropolity Poznańskiego jak również wielu innych braci w biskupstwie oraz licznych wiernych, za radą Kongregacji Spraw Kanonizacyjnych, naszą Władzę Apostolską zezwalamy, aby od tego Czcigodnym Slugom Bozym: Zygmuntowi Szczęsnemu Felinskiemu, Janowi Balickiemu, Janowi Beyzymowi oraz Sancji Szymkowiak przysługiwał tytuł błogosławionych, i aby ich święta obchodzono w miejscach i w sposób określony przez Prawo. Dla Zygmunta Szczęsnego Felinskiego będzie to corocznie 17 września, dla Jana Balickiego 24 października, dla Jana Bey zyma 12 października, a dla Sancji Szymkowiak 18 sierpnia.

W imię Ojca i Syna, i Ducha Świętego ».

Clarus hic Archiepiscopus, dilectae Poloniae filius, diligentem omnino ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem, atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, qui Dei voluntatem in angustiis etiam variisque in difficultatibus fideliter explevit, ad vehementiorem usque in cotidiano itinere imitationem Salvatoris incitatur adque proprii status perfectionem prosequendam invitatur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Cracoviae, sub anulo Piscatoris, die xvii mensis Augusti, anno MMII, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

68 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

II

Venerabili Dei Servo Petro Bonhomme caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Praeceptum Domini lucidum illuminans oculos» (*Ps* 18,9).

Venerabilis Dei Servus Petrus Bonhomme in Dei verbo audiendo ac praedicatione spiritalem repperit alimoniam, necessariam nempe ad usque maiorem cum Christo coniunctionem assequendam, qui eum ad operandum missionali studio impulit, ut in locis per speciem infensis, ut illis temporibus post Gallicos motus, nascerentur, evangelici Regni semina. Fidelis hic Ecclesiae filius in oppido *Gramat* die iv mensis Iulii anno MDCCCIII a familia quadam ortus est, quae ei solidam christianam institutionem tribuit. Ludo litterario absoluto, apud Collegium Regale Cadurcense diploma lycei consecutus est. Cum se ad sacerdotium vocari animadverteret, Seminarium est ingressus ubi oboedientia, disciplina ac pietate eminuit, ut a moderatoribus omni ex parte praecellens iudicaretur. Anno MDCCCXXVII sacro ordine est auctus. A primis inde ministerii temporibus praestantem actuositatem ostendit, iuvenum collegium condens ac simul spiritale puellarum sodalicium. His annis non defuerunt omne genus difficultates, quas ipse firmiter sustinuit. In oppido exinde *Gramat* parochus est renunciatus, ubi deversorium aedificavit fidelibus designandum, qui in spiritus corporisque difficultatibus versabantur. Ut huic operae firmitatem praestaret, Congregationem Sororum Dominae Nostrae Calvarii instituit, quae catechesim, religiosam educationem, derelictorum curam potissimum ageret. Religiosae hae anno MDCCCXXXIII vota temporaria nuncuparunt. Cum se ad vitam consecratam vocari animadverteret, Dei Servus carmelitanam communitatem in oppido *Gramat* condere in animo habebat, sed cum Episcopus Cadurcensis huic proposito obsisteret ipse statim oboedivit. Infatigabilis et admiratus orator, multum ad Dei verbum effundendum per missiones populares contulit. Cum evangelizationis studiosam in operam multos annos impenderet, anno MDCCCXLVIII vocem omnino amisit ideoque a praedicatione cessavit. Quam acerbam rem ipse patienter toleravit, Christi participans dolores. In loco *Grenelle* apud Lutetiam Parisiorum suasit ut spirituales filiae domum conderent, mente captis destinandam. Ut alia incepta pro inhabilibus suscipere vellet, anno MDCCCLIV scholam pro surdis educandis instituit atque deinceps Lutetiam Parisiorum nonnullas religiosas misit quae surdis mutisque hospitium procurarent. Ministerium cum ageret, sanctitati

usque studuit atque christianas sacerdotalesque virtutes praestabiliter exercuit. Fide illuminatus ac roboratus evangelico nuntio effundendo ac Regno Dei illa aetate dilatando penitus se addixit. Sacram Eucharistiam multum coluit et assidue Christi Passionem est contemplatus. Virginem Mariam filiali modo dilexit. Omnem spem in Domino collocavit, cum in eo reperiret necessariam vim ad Dei Ecclesiaeque leges observandas, ad vocationem tenendam, ad impedimenta simultatesque superandas. Praecipuum eius propositum his declaratur verbis «Deus sit in omnibus benedictus! Ipse mihi demonstret unde veniam et quo vadam. In omnibus rebus eius volo cognoscere voluntatem; eius voluntati pro vita ac morte me committo». Caelestia bona usque affectavit. Praeter omnia Christum dilexit Quem vitae tamquam exemplar elegit, quia, quemadmodum scripsit, «assimilari volumus ei quem amamus». Magna bonitate omnium generum aerumnas et solitudines levare contendit atque, Divini Redemptoris instar, suis persecutoribus ignovit. Ut peccatores ad rectam viam restitueret, Reconciliationis Sacramentum frequenter ministravit. Prudens fuit sapiensque in spiritali moderamine. Secundum iustitiam operatus est ac simplicem rigidamque exegit vitam. A divitiis terrestribus que honoribus alienus, studiose coluit castitatem. Humilitatis usque dedit testificationem, nullum sibi vindicans mundi signum. Paucis ante diebus quam moreretur, ad mariale sanctuarium *Rocamadour* est peregrinatus ut Virginis Mariae praesidium de hoc mundo decedens obtineret. Die ix mensis Septembris anno MDCCCLXI Patris domum remigravit.

Eius latam propter sanctitatis famam anno MCMLII Processus informativus incohatu est. His absolutis iure statutis rebus, Nobis coram Decretum de virtutibus heroum in modum exercitis die xxin mensis Octobris anno MCMLXXXVII prodiit; die autem xxin mensis Aprilis anno MMIII decretum super miraculo evulgatum est. Statuimus ideo ut beatificationis ritus die xxin mensis Martii subsequentis anni Romae celebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Mauricii Gaidon, Episcopi Cadurcensis, Antonii Mariae Cardinalis Rouco Várela, Archiepiscopi Matritensis, Iulii Henrici Prado Bolaños, Episcopi Pastopolitani, Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, et Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonhomme, Maria Perdolens Rodríguez Sopeña, Maria

Caritas Brader, Ioanna Maria Condesa Lluch et Ladislaus Batthyány-Strattmann Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Petri Bonhomme die nona Septembris, Mariae Perdolentis Rodríguez Sopena die decima Ianuarii, Mariae Caritatis Brader die vicesima septima Februarii, Ioannae Mariae Condesa Lluch die decima sexta Ianuarii et Ladislai Batthyány-Strattmann die vicesima secunda Ianuarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Martii, anno MMIII, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Sigilli

In Secret, Status tab., n. 639,464

III

Venerabili Dei Servae Eugeniae Ravasco caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Per caritatem invicem servite » (*Gal 5, 13*).

In amore fundata atque usque ad Deum, veluti unum finem vergens, Venerabilis Mater Eugenia Ravasco suam per sanctitatis vitam operaque Patris magnalia celebravit. Gratiae studiose exposita, tenuit « caritatem, quam habet Deus in nobis » (*1 Io 4, 16*) itemque operam dedit ut Dei amor agnosceretur ac recipiretur. Testis haec caritatis, quae *Mediolani* die iv mensis Ianuarii anno MDCCCXLV, Francisco Matthaео ac nobili Carolina Mozoni Frosconi parentibus, orta est quaeque eodem die sacro baptismo est expiata, vixit opusque Ianae fecit. Pupilla iam puella cum duobus fratribus dolorem participavit amissorum parentum. Inde a pueritia rebus divinis est plecta, filialem devotionem erga Virginem Immaculatam coluit certamque misericordiam in pauperes infelicesque convertit, quos liberaliter iuvabat, a se quaedam subtrahens libenter. Cum primum ad sacrum accessit Convivium,

flagranti capta est in Eucharistiam amore, quae res cardo fuit continuati perfectionis itineris, Salvatore Magnasco, Archiepiscopo Ianuensi, prudenter moderante, qui ipsam ad solidam institutionem religiosam informavit. Quod divinitus vocata est « ad sese devovendam ad bonum Cordis Iesu amore faciendum », quod eius fuit peculiare charisma, id effecit ut indefessa esset apostola atque studiosa iuventutis educatrix, feminini potissimum sexus, cui non dubitavit vitae christianae excelsas metas demonstrare. Omnibus relictis rebus ut Domino inserviret, se ipsa suasque tradidit pro bono animarum divitias; Cordis Iesu Cordisque Mariae amorem contemplans operam alacriter dedit ut fratrum necessitatibus subveniret iisque salutem impertiret per adhibitam « nimiam caritatem suam, qua dilexit nos » (*Eph 2, 4*); suas praesertim impendit vires ut iuvenum mentem corque institueret, ad « Magistri sapientiae Iesu Christi » doctrinam. Id per multiplicia caritatis opera pro adulescentibus, familiaris missionariis pauperibus gessit. Licet haud commoda valetudine frueretur, ut proximus iuvaretur Deique regnum diffunderetur ad omnes labores sustinendos parata reperiebatur. Congregationem Filiarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae condidit, cui suum charisma transmisit, suumque educatricis studium ac suam in Ecclesia missionem. Verbo vitaeque testificatione, « uni Deo » addictae, mater magistraque fuit iuvenum sodaliumque, communionis instrumentum et boni autrix. Eius ferventis apostolatus opera innumerorum iuvenum christiana fides confirmatur, magistrae spiritali vita ditantur, homines ad Deum convertuntur, ad sacerdotium vitamque consecratam nonnulli incitantur, pax in familias infertur, pauperibus aegrotisque solacium praebetur. Fidelis virgo ac vigilans, Spiritui agenti obsequens in fidei petra aedificavit; usque oboedivit atque a terrestribus commoditatibus sese abstraxit; humilitatem, recessum, sui neglegentiam haustam ex Crucifixi contemplatione dilexit; se in voluntatem Dei plene commisit. Suae consecratae vitae aequae ac laboriosae apostolatus operae fundamentum intimam cum Deo « summo unoque bono » coniunctionem, fervidum in Eucharistiam Virginemque Immaculatam amorem, continuatam precationem, Cordis Iesu caritatis imitationem posuit. Deus eam peculiaribus donis cumulavit amplaque sanctitatis fama quae etiam post eius mortem producta est, quae die xxx mensis Decembris anno **MCM** contigit.

Beatificationis canonizationisque Causa ab Archiepiscopo Ianuensi anno **MCMXLVIII** inchoata est. His iure statutis absolutis rebus, Nos Ipsi die i mensis Iulii iubilare anni **MM** declaravimus Dei Servam virtutes theologales, cardinales iisque conexas heroum in modum exercuisse. Anno **MCMXCVII** apud Curiam archiepiscopalem Cochabambensem in Bolivia dioeciesana inquisitio de

mira sanatione quadam facta est, quae intercessioni eiusdem Venerabilis est adscripta. Eventus apud Congregationem de Causis Sanctorum excussus, coram Nobis die v mensis Iulii anno MMIII super miraculo Decretum prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xxvii mensis Aprilis anno MMIII perageretur. Hodie igitur, in foro Petriano, inter Missarum sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Cannili Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Tarsicij Bertone, Archiepiscopi Ianuensis, et Flavii Roberti Carraro, Episcopi Veronensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium expletes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Dei Servi Iacobus Alberione, Marcus ab Aviano, Maria Christina Brando, Eugenia Ravasco, Maria Dominica Mantovani et Iulia Salzano Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Iacobi Alberione die vicesima sexta Novembris, Marci ab Aviano die decima tertia Augusti, Mariae Christinae Brando die vicesima Ianuarii, Eugeniae Ravasco die vicesima quarta Octobris, Mariae Dominicae Mantovani die tertia Februarii et Iuliae Salzano die decima septima Maii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Laudabilis haec mulier insignes pietatis suo tempore dedit testimonium, quae eximio fuit universae Ecclesiae ornamento ac mirificum apostolatum explicavit. Spectata illius exempla magno sint hominibus qui nunc sunt documento firmoque subsidio, quo expeditius faciliusque sustineant difficultates atque certius terrestribus posthabitis rebus ad mansura se convertant.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime quibuslibet efficientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Aprilis, anno MMIII, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

✠ ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

ALLOCUTIONES

I

Ad Congregationis pro Doctrina Fidei sodales.*

*Signori Cardinali,
venerati Fratelli nell'episcopato e nel sacerdozio,
carissimi fratelli e sorelle!*

1. Si rinnova la mia gioia nel potervi incontrare al termine della Sessione Plenaria della vostra Congregazione. Nel rivolgere a ciascuno il mio cordiale saluto, desidero ringraziare in particolare il Signor Cardinale Joseph Ratzinger per i sentimenti espressi a nome di tutti e per la efficace sintesi dei molteplici lavori del Dicastero.

Questo appuntamento biennale mi permette di ripercorrere i punti salienti della vostra attività e di indicare altresì l'orizzonte delle sfide che vi impegnano nel delicato compito di promuovere e tutelare la verità della fede cattolica, a servizio del Magistero del Successore di Pietro.

In questo senso, il profilo dottrinale che caratterizza in modo speciale la vostra competenza può definirsi come propriamente «pastorale», poiché partecipa alla missione universale del Supremo Pastore.¹ Una missione che ha fra le sue priorità anzitutto l'unità della fede e della comunione di tutti i credenti, unità necessaria per il compimento della missione salvifica della Chiesa.

Questa unità va continuamente riscoperta nella sua ricchezza e opportunamente difesa, affrontando le sfide che ogni tempo pone. L'odierno contesto culturale, qualificato sia da un diffuso relativismo come dalla tentazione di un facile pragmatismo, esige più che mai l'annuncio coraggioso delle verità che salvano l'uomo e un rinnovato slancio evangelizzatore.

2. La *traditio evangelii* costituisce il primo e fondamentale impegno della Chiesa. Ogni sua attività deve essere inseparabile dall'impegno per aiutare tutti a incontrare Cristo nella fede. Per tale motivo mi sta particolarmente a cuore che l'azione evangelizzatrice di tutta la Chiesa non si affievolisca mai, sia di fronte ad un mondo che ancora non conosce Cristo e sia di fronte a tanti che, pur avendolo conosciuto, vivono poi lontani da Lui.

* Die 6 Februarii 2004.

¹ Cfr *Pastor bonus*, 33

Certo la testimonianza della vita è la prima parola con cui il Vangelo viene annunciato, tale parola non è però sufficiente «se il nome, l'insegnamento, la vita e le promesse, il Regno ed il mistero di Gesù di Nazareth, Figlio di Dio, non sono proclamati».² Questo chiaro annuncio è necessario per muovere il cuore ad aderire alla buona notizia della salvezza. Ciò facendo, si rende un enorme servizio agli uomini che cercano la luce della verità.

3. Certo, il Vangelo esige la libera adesione dell'uomo. Ma perché tale adesione possa essere espressa, il Vangelo va proposto, poiché «le moltitudini hanno diritto di conoscere la ricchezza del mistero di Cristo, nel quale crediamo che tutta l'umanità può trovare, in una pienezza insospettabile, tutto ciò che essa cerca su Dio, sull'uomo e sul suo destino, sulla vita e sulla morte, sulla verità...».³ La piena adesione alla verità cattolica non diminuisce, ma esalta la libertà umana e la sollecita verso il suo compimento, in un amore gratuito e colmo di premura per il bene di tutti gli uomini.

Questo amore è il sigillo prezioso dello Spirito Santo che, da protagonista dell'evangelizzazione⁴ non cessa di muovere i cuori all'annuncio del Vangelo e parimenti li apre ad accoglierlo. E questo orizzonte di carità che muove quella nuova evangelizzazione, cui ho più volte invitato tutta la Chiesa ed a cui desidero richiamarla ancora all'inizio di questo terzo millennio.

4. Un tema già altre volte richiamato è quello della recezione dei documenti magisteriali da parte dei fedeli cattolici, spesso disorientati più che informati dalle immediate reazioni e interpretazioni dei mezzi di comunicazione sociale.

In realtà, la recezione di un documento, più che un fatto mediatico, deve essere visto soprattutto come un evento ecclesiale di accoglienza del magistero nella comunione e nella condivisione più cordiale della dottrina della Chiesa. Si tratta, infatti, di una parola autorevole che fa luce su una verità di fede o su alcuni aspetti della dottrina cattolica contestati o travisati da particolari correnti di pensiero e di azione. Ed è proprio in questa sua valenza dottrinale che risiede il carattere altamente pastorale del documento, la cui accoglienza diventa quindi occasione propizia di formazione, di catechesi e di evangelizzazione.

Perché la recezione diventi un autentico evento ecclesiale, conviene prevedere modi opportuni di trasmissione e di diffusione del documento stesso,

² *Evangelii nuntiandi*, 22.

³ *Redemptoris missio*, 8.

⁴ Cfr *Redemptoris missio*, 30.

che ne consentano la piena conoscenza innanzitutto da parte dei Pastori della Chiesa, primi responsabili dell'accoglienza e della valorizzazione del magistero pontificio come insegnamento che contribuisce a formare la coscienza cristiana dei fedeli di fronte alle sfide del mondo contemporaneo.

5. Un altro argomento importante ed urgente che vorrei sottoporre alla vostra attenzione è quello della legge morale naturale. Tale legge appartiene al grande patrimonio della sapienza umana, che la Rivelazione, con la sua luce, ha contribuito a purificare e sviluppare ulteriormente. La legge naturale, di per sé accessibile ad ogni creatura razionale, indica le norme prime ed essenziali che regolano la vita morale. Sulla base di tale legge si può costruire una piattaforma di valori condivisi, intorno ai quali sviluppare un dialogo costruttivo con tutti gli uomini di buona volontà e, più in generale, con la società secolare.

Oggi, in conseguenza della crisi della metafisica, in molti ambienti non si riconosce più una verità iscritta nel cuore di ogni persona umana. Si assiste quindi, da una parte, alla diffusione tra i credenti di una morale di carattere fideista e, dall'altra, viene a mancare un riferimento oggettivo per le legislazioni, che spesso si basano soltanto sul consenso sociale, così da rendere sempre più difficile giungere ad un fondamento etico comune a tutta l'umanità.

Nelle Lettere encicliche *Veritatis splendor* e *Fides et ratio* ho voluto offrire elementi utili a riscoprire, tra l'altro, l'idea della legge morale naturale. Purtroppo questi insegnamenti non sembra siano stati recepiti finora nella misura auspicata e la complessa problematica merita ulteriori approfondimenti. Vi invito pertanto a promuovere opportune iniziative allo scopo di contribuire ad un rinnovamento costruttivo della dottrina sulla legge morale naturale, cercando anche convergenze con rappresentanti delle diverse confessioni, religioni e culture.

6. Desidero, infine, accennare ad una questione delicata ed attuale. Nell'ultimo biennio la vostra Congregazione ha assistito ad un notevole incremento nel numero dei casi disciplinari riferiti ad essa per la competenza che il Dicastero ha «ratione materiae» sui *delicta graviora*, inclusi i *delicta contra mores*. La normativa canonica che il vostro Dicastero è chiamato ad applicare con giustizia ed equità tende a garantire sia l'esercizio del diritto di difesa dell'accusato sia le esigenze del bene comune. Una volta comprovato il delitto, bisogna in ogni caso vagliare bene sia il giusto principio della propor-

zionalità tra colpa e pena, sia l'esigenza predominante di tutelare il Popolo di Dio.

Ciò non dipende però solo dall'applicazione del diritto penale canonico, ma trova la sua migliore garanzia nella giusta ed equilibrata formazione dei futuri sacerdoti chiamati in modo esplicito ad abbracciare con gioia e generosità quello stile di vita umile, modesto e casto, che è il fondamento pratico del celibato ecclesiastico. Invito pertanto la vostra Congregazione a collaborare con gli altri Dicasteri della Curia Romana competenti per la formazione dei seminaristi e del clero, affinché si adottino le misure necessarie per assicurare che i chierici vivano in modo consono alla loro chiamata e al loro impegno di perfetta e perpetua castità per il Regno di Dio.

7. Carissimi, vi ringrazio per il prezioso servizio che prestate alla Sede Apostolica e a favore della Chiesa intera. Possa il vostro lavoro portare quei frutti che tutti ci auguriamo. A questo fine vi assicuro uno speciale ricordo nella preghiera.

Vi accompagni anche la mia Benedizione, che con grato affetto imparto di cuore a tutti voi ed alle persone che vi sono care nel Signore.

II

Ad quosdam Galliae praesules.*

Monsieur le Cardinal, chers Frères dans Vepiscopal,

1. C'est avec joie que je vous accueille, Évêques des provinces ecclésiastiques de Lyon et de Clermont, au terme de votre Visite *ad limina*. Il s'agit toujours d'un moment fort de ressourcement spirituel, grâce à la prière célébrée en commun sur les tombes des Apôtres Pierre et Paul, prière qui ravive en nous la conscience de la valeur irremplaçable du témoignage chrétien, parfois jusqu'au martyre, et de l'enracinement apostolique de notre foi, C'est aussi un temps de partage fraternel et de travail, permettant de fortifier notre sens de l'Église, grâce aux rencontres avec le Successeur de Pierre, garant de la communion ecclésiale, et avec les différents Dicastères. Je souhaite particulièrement la bienvenue aux nouveaux évêques, nombreux dans votre groupe, et je remercie chaleureusement Monsieur le Cardinal Philippe Barbarin, Archevêque de Lyon et Primat des Gaules, qui vient, en votre nom,

* Die 7 Februarii 2004.

de me présenter vos deux régions et quelques-unes de vos préoccupations pastorales. Vous évoquez une situation souvent difficile, due au manque de pasteurs et à la sécularisation des mentalités, alors que vos diocèses s'efforcent avec courage de préparer l'avenir.

2. Je souhaite aujourd'hui m'arrêter avec vous sur la vie de l'Église diocésaine. Depuis la dernière Visite *ad limina* des Évêques de France en 1997, beaucoup de diocèses ont entrepris une réflexion importante sur la vie et le rôle des paroisses, rendue nécessaire à cause de l'évolution démographique et de l'urbanisation grandissante, mais aussi en raison de la diminution du nombre des prêtres, qui se fera encore plus sentir dans les années à venir. Dans bien des diocèses, ce travail s'est réalisé dans le cadre d'un synode diocésain, dans d'autres, on a entrepris ce qu'on a appelé une «démarche synodale», essayant dans tous les cas d'impliquer largement les pasteurs et les fidèles, pour évaluer ensemble ce que représente la paroisse dans la vie de l'Église et quel doit être son avenir. Le plus souvent, l'Évêque a décidé ensuite de mettre en œuvre une réorganisation pastorale de tout le diocèse, soit en créant de nouvelles paroisses, moins nombreuses et mieux adaptées, soit en regroupant les paroisses existantes dans des ensembles plus cohérents, afin de mieux servir les besoins de l'évangélisation.

3. Loin de se limiter à une simple réforme administrative et à un nouveau découpage des limites paroissiales, cette réflexion pastorale a permis de faire un véritable travail de formation permanente et de catéchèse avec les fidèles, leur permettant de s'approprier de manière plus consciente les richesses de ce qui constitue la vie d'une paroisse, à savoir les trois grandes missions de l'Église: la mission prophétique, caractérisée par la charge d'annoncer à tous les hommes la Bonne Nouvelle du salut, mission confiée à l'Église par le Seigneur lui-même; la mission sacerdotale, qui consiste à participer à l'unique Sacerdoce du Christ en célébrant les mystères divins; la mission royale enfin, qui s'exprime dans le service envers tous, à la manière du Seigneur Jésus.

Ainsi les fidèles ont pu évaluer ensemble la manière dont la paroisse s'acquittait concrètement de ses tâches, tout en apprenant à les relier entre elles et en comprenant mieux ce qui en fait l'unité. Il est en effet essentiel pour les fidèles de bien saisir que la catéchèse des enfants, la vie de prière, le service des malades, ne sont pas des activités les unes à côté des autres, confiées à des «spécialistes» ou à des bénévoles, mais qu'elles correspondent à des missions fondamentales de la vie chrétienne et qu'elles sont par conséquent le bien de tous, comme l'a si justement exprimé saint Paul en appli-

quant à l'Église la comparaison du corps.¹ Toute communauté ecclésiale, et particulièrement la paroisse, qui est la cellule de base de la vie de l'Église diocésaine, doit annoncer l'Évangile, célébrer le culte qui revient à Dieu et servir à la manière du Christ.

Il importe également de veiller à ce que la communauté paroissiale exprime la diversité des membres qui la composent et la variété de leurs charismes, et qu'elle s'ouvre à la vie des associations ou des mouvements. Elle sera alors une expression vivante de la communion ecclésiale, qui met les biens de chacun au service de tous² et qui ne se ferme jamais sur elle-même. Ainsi les fidèles auront le souci de la communion dans la paroisse et se sentiront membres tant du diocèse que de l'Église tout entière.³

4. Cette prise de conscience de l'identité véritable de la paroisse, qui n'est pas seulement un territoire géographique ou une subdivision administrative, mais bien la communauté ecclésiale fondamentale, s'est accompagnée également pour les fidèles d'une redécouverte de l'identité propre du diocèse. Lui non plus n'est pas seulement une circonscription administrative, il est d'abord la manifestation d'une réalité ecclésiale: l'Église diocésaine, «portion du Peuple de Dieu, confiée à un évêque pour qu'avec l'aide de son presbyterium, il en soit le pasteur».⁴ Le diocèse est donc une entité vivante, une réalité humaine et spirituelle, famille de communautés que sont les paroisses et les autres réalités ecclésiales présentes sur le territoire.

Il me plaît de souligner l'importance de cette redécouverte de l'Église dans sa véritable nature: elle n'est ni une administration ni une entreprise, elle est d'abord une réalité spirituelle, faite d'hommes et de femmes appelés par la grâce de Dieu à devenir fils et filles de Dieu, et entrés dans une fraternité nouvelle par le Baptême qui les a incorporés au Christ.

5. La redécouverte de la nature sacramentelle de l'Église, qui est aussi «communion missionnaire»,⁵ doit donc s'exprimer dans une nouvelle dynamique toute orientée vers l'évangélisation. Vos diocèses l'ont bien compris, en choisissant pour objet de leur réflexion synodale une perspective à visée missionnaire, comme la réorganisation pastorale du diocèse, l'évangélisation des jeunes ou la pastorale des sacrements. La mobilisation des énergies de tous sur un tel objectif permet de dégager des priorités pastorales concrètes,

¹ Cf. *1 Co 12*, 12-28.

² Cf. *Ac 4*, 32.

³ Cf. *Code de Droit canonique*, can 529 § 2.

⁴ Cf. *Christus Dominus*, n. 11

⁵ *Christifideles laici*, n. 32,

qui sont ensuite mises en œuvre plus facilement sur le terrain par tous les acteurs pastoraux. De même, le fait de travailler longuement ensemble, prêtres et laïcs, sur une question aussi décisive que l'avenir de la communauté chrétienne permet de se découvrir en profondeur, d'apprécier les implications et les rôles spécifiques des uns et des autres dans la vie de l'Église, et de mieux percevoir la communion ecclésiale qui met en valeur l'estime et la complémentarité des différences ainsi que le service commun du Christ et de nos frères dans une même foi.

12. Dinanzi a questo anelito all'incontro con Dio, la Liturgia offre la risposta più profonda ed efficace. Lo fa specialmente nell'Eucaristia, nella quale ci è dato di unirci al sacrificio di Cristo e di nutrirci del suo Corpo e del suo Sangue. Occorre tuttavia che i Pastori facciano in modo che il senso del mistero penetri nelle coscienze, riscoprendo e praticando l'arte «mistagogica», tanto cara ai Padri della Chiesa.³¹ E loro compito, in particolare, promuovere celebrazioni degne, prestando la dovuta attenzione alle diverse categorie di persone: bambini, giovani, adulti, anziani, disabili. Tutti debbono sentirsi accolti all'interno delle nostre assemblee, così da poter respirare l'atmosfera della prima comunità credente: «Erano assidui nell'ascoltare l'inse-

²⁹ Città del Vaticano, 2002.

³⁰ Cfr AAS 95 (2003), 5-36.

³¹ Cfr Giovanni Paolo II, Lett. ap. *Vicesimus quintus* (4 dicembre 1988), 21: AAS 81 (1989), 917,

gnamento degli apostoli e nell'unione fraterna, nella frazione del pane e nelle preghiere» (At 2, 42).

13. Un aspetto che occorre coltivare con maggiore impegno all'interno delle nostre comunità è l'esperienza del silenzio. Di esso abbiamo bisogno «per accogliere nei cuori la piena risonanza della voce dello Spirito Santo, e per unire più strettamente la preghiera personale con la Parola di Dio e con la voce pubblica della Chiesa».³² In una società che vive in maniera sempre più frenetica, spesso stordita dai rumori e dispersa nell'effimero, riscoprire il valore del silenzio è vitale. Non a caso, anche al di là del culto cristiano, si diffondono pratiche di meditazione che danno importanza al raccoglimento. Perché non avviare, con audacia pedagogica, una specifica educazione al silenzio dentro le coordinate proprie dell'esperienza cristiana? Sia davanti ai nostri occhi l'esempio di Gesù, che «uscito di casa, si ritirò in un luogo deserto e là pregava» (Me 1, 35). La Liturgia, tra i diversi suoi momenti e segni, non può trascurare quello del silenzio.

14. La pastorale liturgica, attraverso l'introduzione alle varie celebrazioni, deve instillare il gusto della preghiera. Lo farà, certo, tenendo conto delle capacità dei singoli credenti, nelle loro diverse condizioni di età e di cultura; ma lo farà cercando di non accontentarsi del «minimo». La pedagogia della Chiesa deve saper «osare». E importante introdurre i fedeli alla celebrazione della Liturgia delle Ore che, «in quanto preghiera pubblica della Chiesa, è fonte di pietà e nutrimento della preghiera personale».³³ Essa non è un'azione individuale o «privata, ma appartiene a tutto il Corpo della Chiesa [...] Se dunque i fedeli vengono convocati per la Liturgia delle Ore e si radunano insieme, unendo i loro cuori e le loro voci, manifestano la Chiesa che celebra il mistero di Cristo».³⁴ Questa attenzione privilegiata alla preghiera liturgica non si pone in tensione con la preghiera personale, anzi la suppone ed esige,³⁵ e ben si coniuga con altre forme di preghiera comunitaria, soprattutto se riconosciute e raccomandate dall'Autorità ecclesiale.³⁶

15. Irrinunciabile, nell'educazione alla preghiera e in particolare nella promozione della vita liturgica, è il compito dei Pastori. Esso implica un dovere di discernimento e di guida. Ciò non va percepito come un principio

³² *Institutio generalis Liturgiae Horarum*, 213.

³³ Conc. Ecum. Vat. II, Cost. sulla sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 90.

³⁴ *Institutio generalis Liturgiae Horarum*, 20.22.

³⁵ Cfr Conc. Ecum. Vat. II, Cost. sulla sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 12.

³⁶ Cfr *ibid.*, 13.

di irrigidimento, in contrasto con il bisogno dell'animo cristiano di abbandonarsi all'azione dello Spirito di Dio, che intercede in noi e «per noi, con gemiti inesprimibili» (*Rm* 8, 26). Attraverso la guida dei Pastori si realizza piuttosto un principio di «garanzia», previsto dal disegno di Dio sulla Chiesa ed esso stesso governato dall'assistenza dello Spirito Santo. Il rinnovamento liturgico realizzato in questi decenni ha dimostrato come sia possibile coniugare una normativa che assicuri alla Liturgia la sua identità e il suo decoro, con spazi di creatività e di adattamento, che la rendano vicina alle esigenze espressive delle varie regioni, situazioni e culture. Non rispettando la normativa liturgica, si giunge talvolta ad abusi anche gravi, che mettono in ombra la verità del mistero e creano sconcerto e tensioni nel Popolo di Dio.³⁷ Tali abusi non hanno nulla a che vedere con l'autentico spirito del Concilio e vanno corretti dai Pastori con un atteggiamento di prudente fermezza.

Conclusione

16. La promulgazione della Costituzione liturgica ha segnato, nella vita della Chiesa, una tappa di fondamentale importanza per la promozione e lo sviluppo della Liturgia. La Chiesa che, animata dal soffio dello Spirito, vive la sua missione di «sacramento, cioè segno e strumento dell'intima unione con Dio e dell'unità di tutto il genere umano»,³⁸ trova nella Liturgia la più alta espressione della sua realtà misterica.

Nel Signore Gesù e nel suo Spirito tutta l'esistenza cristiana diventa «sacrificio vivente, santo e gradito a Dio», autentico «culto spirituale» (*Rm* 12, 1). Davvero grande è il mistero che si realizza nella Liturgia. In esso si apre sulla terra uno squarcio di Cielo e dalla comunità dei credenti si eleva, in sintonia con il canto della Gerusalemme celeste, il perenne inno di lode: «Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pieni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis!».

Si sviluppi, in questo inizio di millennio, una «spiritualità liturgica», che faccia prendere coscienza di Cristo come primo «liturgo» che non cessa di agire nella Chiesa e nel mondo in forza del Mistero pasquale continuamente celebrato, e associa a sé la Chiesa, a lode del Padre, nell'unità dello Spirito Santo.

³⁷ Giovanni Paolo II, Lett. enc. *Ecclesia de Eucharistia* (17 aprile 2003), 52: AAS 95 (2003), 468; Lett. ap. *Vicesimus quintus* (4 dicembre 1988), 13: AAS 81 (1989), 910-911.

³⁸ Conc. Ecum. Vat. II, Cost. dogm. sulla Chiesa *Lumen gentium*, 1.

Con questo auspicio imparto a tutti dal profondo del cuore la mia Benedizione.

Dal Vaticano, 4 Dicembre dell'anno 2003, ventiseiesimo di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ob diem migratoribus et itinerantibus dicatum.

1. La Giornata del Migrante e del Rifugiato, con il tema «Migrazioni in visione di pace», offre quest'anno l'opportunità di riflettere su un argomento quanto mai importante. Il tema, infatti, attira per contrasto l'attenzione dell'opinione pubblica sulla mobilità umana forzata, focalizzandone alcuni aspetti problematici di grande attualità a causa della guerra e della violenza, del terrorismo e dell'oppressione, della discriminazione e dell'ingiustizia, purtroppo sempre presenti nella cronaca quotidiana. I mezzi di comunicazione sociale veicolano nelle case immagini di sofferenza, di violenza e di conflitti armati. Sono tragedie che sconvolgono Paesi e Continenti, e non raramente le zone che più colpiscono sono anche le più povere. In tal modo a un dramma se ne uniscono altri.

Ci stiamo, purtroppo, abituando a vedere il peregrinare sconcolato degli sfollati, la fuga disperata dei rifugiati, l'approdo con ogni mezzo di migranti nei Paesi più ricchi in cerca di soluzioni per le loro tante esigenze personali e familiari. Ecco allora la domanda: come parlare di pace, quando si registrano costantemente situazioni di tensione in non poche regioni della Terra? E come il fenomeno delle migrazioni può contribuire a costruire fra gli uomini la pace?

2. Nessuno può negare che l'aspirazione alla pace sia nel cuore di gran parte dell'umanità. Proprio quello è il desiderio ardente che spinge a ricercare ogni via per realizzare un futuro migliore per tutti. Ci si va sempre più convincendo che occorre combattere il male della guerra alla radice, perché la pace non è unicamente assenza di conflitti, ma un processo dinamico e partecipativo a lungo termine, che coinvolge ogni fascia della società, dalla famiglia alla scuola, alle varie Istituzioni e Organismi nazionali ed internazionali. Insieme si può e si deve costruire una cultura di pace, atta a prevenire

il ricorso alle armi e ogni forma di violenza. Per questo vanno incoraggiati gesti e sforzi concreti di perdono e di riconciliazione; occorre superare contrasti e divisioni, che diversamente si perpetuerebbero senza prospettiva di soluzione. Va poi ribadito con vigore che non ci può essere vera pace senza giustizia e senza rispetto dei diritti umani. Esiste, infatti, uno stretto legame tra la giustizia e la pace, come già evidenziava nell'Antico Testamento il Profeta: «Opus iustitiae pax».¹

3. Costruire condizioni concrete di pace, per quanto concerne i migranti e i rifugiati, significa impegnarsi seriamente a salvaguardare anzitutto il diritto a non emigrare, a vivere cioè in pace e dignità nella propria Patria. Grazie a un'oculata amministrazione locale e nazionale, a un più equo commercio e a una solidale cooperazione internazionale, ogni Paese deve essere posto in grado di assicurare ai propri abitanti, oltre alla libertà di espressione e di movimento, la possibilità di soddisfare necessità fondamentali quali il cibo, la salute, il lavoro, l'alloggio, l'educazione, la cui frustrazione pone molta gente nella condizione di dover emigrare per forza.

Esiste certamente anche il diritto ad emigrare. Alla base di tale diritto, ricorda il beato Giovanni XXIII nell'Enciclica *Mater et magistra*, c'è la destinazione universale dei beni di questo mondo.² Spetta ovviamente ai Governi regolare i flussi migratori nel pieno rispetto della dignità delle persone e dei bisogni delle loro famiglie, tenendo conto delle esigenze delle società che accolgono gli immigrati. Al riguardo-, già esistono Accordi internazionali a tutela di coloro che emigrano, come anche quanti cercano in un altro Paese rifugio o asilo politico. Sono accordi che possono sempre essere ulteriormente perfezionati.

4. Nessuno resti insensibile dinanzi alle condizioni in cui versano schiere di migranti! Si tratta di gente in balia degli eventi, con alle spalle situazioni spesso drammatiche. Di tali persone i mass-media trasmettono immagini toccanti e qualche volta raccapriccianti. Sono bambini, giovani, adulti ed anziani dal volto macilento e con gli occhi pieni di tristezza e solitudine. Nei campi dove vengono accolti sperimentano talora gravi restrizioni. È però doveroso, a questo riguardo, riconoscere il lodevole sforzo compiuto da non poche organizzazioni pubbliche e private per alleviare le preoccupanti situazioni venutesi a creare in più regioni del Globo.

¹ Is 32, 17.

² Cfr nn. 30 e 33.

Né si può tralasciare di denunciare il traffico praticato da sfruttatori senza scrupoli che abbandonano in mare, su imbarcazioni precarie, persone alla disperata ricerca di un futuro meno incerto. Chi versa in condizioni critiche necessita di solleciti e concreti interventi.

5. Nonostante i problemi ai quali ho accennato, il mondo dei migranti è in grado di offrire un valido contributo al consolidamento della pace. Le migrazioni possono infatti agevolare l'incontro e la comprensione tra le civiltà, oltre che fra le persone e le comunità. Questo arricchente dialogo interculturale costituisce, come ho scritto nel Messaggio della Giornata Mondiale della Pace 2001, una «via necessaria per l'edificazione di un mondo riconciliato». Ciò avviene quando gli immigrati sono trattati con il rispetto dovuto alla dignità di ciascuna persona; quando con ogni mezzo si favorisce la cultura dell'accoglienza e la cultura della pace, che armonizza le differenze e ricerca il dialogo, pur senza cedere a forme di indifferentismo quando sono in questione i valori. Quest'apertura solidale diviene offerta e condizione di pace.

Se si favorisce un'integrazione graduale fra tutti i migranti, pur nel rispetto della loro identità, salvaguardando al tempo stesso il patrimonio culturale delle popolazioni che li accolgono, si corre meno il rischio che gli immigrati si concentrino formando veri e propri «ghetti», dove isolarsi dal contesto sociale, finendo a volte per alimentare addirittura il desiderio di conquistare gradualmente il territorio.

Quando le «diversità» si incontrano integrandosi, danno vita a una «convivialità delle differenze». Si riscoprono i valori comuni ad ogni cultura, capaci di unire e non di dividere; valori che affondano le loro radici nell'identico humus umano. Ciò aiuta il dispiegarsi di un dialogo proficuo per costruire un cammino di tolleranza reciproca, realistica e rispettosa delle peculiarità di ciascuno. A queste condizioni, il fenomeno delle migrazioni contribuisce a coltivare il «sogno» di un avvenire di pace per l'intera umanità.

6. Beati i costruttori di pace! Così dice il Signore.³ Per i cristiani, la ricerca di una fraterna comunione tra gli uomini trova la sua sorgente e il suo modello in Dio, Uno nella natura e Trino nelle Persone. Auspicio di cuore che ogni Comunità ecclesiale, formata dai migranti e rifugiati e da coloro che li accolgono, attingendo stimoli alle sorgenti della grazia, si impegni instancabilmente a costruire la pace. Nessuno si rassegni all'ingiustizia, né si lasci abbattere dalle difficoltà e dai disagi!

³ Cfr Mt 5, 9a,

Se il «sogno» di un mondo in pace è condiviso da tanti, se si valorizza l'apporto dei migranti e dei rifugiati, l'umanità può divenire sempre più famiglia di tutti e la nostra Terra una reale « casa comune ».

7. Con la sua vita e soprattutto con la morte sulla croce, Gesù ci ha mostrato quale è il cammino da percorrere. Con la sua resurrezione ci ha assicurato che il bene trionfa sempre sul male e che ogni nostro sforzo e ogni nostra pena, offerta al Padre celeste in comunione con la sua Passione, contribuisce alla realizzazione del disegno universale di salvezza.

Con tale certezza, invito quanti sono coinvolti nel vasto settore delle migrazioni a essere operatori di pace. Assicuro per questo uno speciale ricordo nella preghiera e, mentre invoco la materna intercessione di Maria, Madre dell'Unigenito Figlio di Dio fatto uomo, a tutti e ciascuno invio la mia Benedizione.

Dal Vaticano, 15 dicembre 2003.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTIUS TELEVISIFICAS

Die Nativitatis D.N. Iesu Christi missus.*

1. *Descendit de caelis Salvator mundi. Gaudeamus!*

E disceso dal cielo il Salvatore del mondo. Ralleghiamoci! Quest'annuncio, pervaso di gaudio profondo, è risuonato nella notte di Betlemme. Quest'oggi lo rinnova la Chiesa con gioia immutata: è nato per noi il Salvatore! Un'onda di tenerezza e di speranza ci riempie l'animo, insieme a un prepotente bisogno di intimità e di pace. Nel presepe contempliamo Colui che si è spogliato della gloria divina per farsi povero, spinto dall'amore per l'uomo. Accanto al presepe l'albero di Natale, con lo sflogorìo delle sue luci, ci ricorda che con la nascita di Gesù rifiorisce l'albero della vita nel deserto dell'umanità. Il presepe e l'albero: simboli preziosi, che tramandano nel tempo il senso vero del Natale!

2. Risuona nel cielo l'annuncio degli angeli: «Vi è nato nella città di Davide un salvatore, che è Cristo Signore».¹ Quale stupore! Nascendo a Betlemme, l'eterno Figlio di Dio è entrato nella storia di ogni persona che vive

* Die 25 Decembris 2003.

¹ Lc 2,11

sulla faccia della terra. Ormai è presente nel mondo come unico Salvatore dell'umanità. Per questo noi lo preghiamo: *Salvator mundi, salva nos!*

3. Salvaci dai grandi mali che lacerano l'umanità in questi inizi del terzo millennio. Salvaci dalle guerre e dai conflitti armati che devastano intere regioni del globo, dalla piaga del terrorismo e dalle molte forme di violenza che straziano persone deboli ed inermi. Salvaci dallo scoraggiamento nell'affrontare i cammini della pace, difficili sì, ma possibili e perciò doverosi; cammini urgenti sempre e dovunque, soprattutto nella Terra dove sei nato Tu, Principe della Pace.

4. E tu, Maria, Vergine dell'attesa e del compimento, che custodisci il segreto del Natale, rendici capaci di riconoscere nel Bambino, che stringi fra le braccia, il Salvatore annunciato, che reca a tutti la speranza e la pace. Insieme a te lo adoriamo e fiduciosi diciamo: abbiamo bisogno di Te, Redentore dell'uomo, che conosci le attese e le ansie del nostro cuore. Vieni e resta con noi, Signore! La gioia del tuo Natale giunga fino agli estremi confini dell'universo!

SECRETARIA STATUS

DECRETUM

(de passis seu contractis damnis)

IL CARDINALE ANGELO SODANO

Segretario di Stato

Visti lo « Statuto del Fondo Pensioni » ed il nuovo « Regolamento Generale del Fondo Pensioni » emanati in data 1° gennaio 2004 e le « Norme sugli scatti biennali di anzianità » emanate in data 1° maggio 2004;

Considerando che si rende necessario adeguare ai suddetti Documenti le « Norme per la disciplina delle prestazioni che competono al personale che ha subito lesione fisica o psichica da infortunio o contratto malattia per fatti di servizio », emanate in data 22 gennaio 1996

APPROVA

le seguenti modifiche da apportare alle vigenti « Norme per la disciplina delle prestazioni che competono al personale che ha subito lesione fisica o psichica da infortunio o contratto malattia per fatti di servizio »:

Art. 1

Soggetti protetti, eventi e prestazioni

Al personale alle dipendenze degli Organismi ed Enti indicati all'Art. 1 dello Statuto del Fondo Pensioni approvato dal Sommo Pontefice con Motu Proprio del giorno 15 Dicembre dell'anno 2003, che in conseguenza di fatti di servizio abbia subito lesione fisica o psichica da infortunio o contratto malattia, di seguito congiuntamente denominati «infermità», competono, in conformità alle presenti norme, le seguenti prestazioni:

- a) la assistenza medico-chirurgica e le prestazioni ordinariamente occorrenti al recupero della funzionalità fisica o psichica anche ai fini lavorativi;
- b) un indennizzo, nel caso di danno permanente alla persona inteso quale somma del danno permanente alla salute e del danno permanente alla capacità lavorativa categoriale, correlato all'entità del danno medesimo e alla riduzione della sua vita media;
- c) l'eventuale assegno mensile di assistenza e/o di accompagnamento;
- d) un indennizzo nel caso di morte.

Art. 10 (commi 5° e 6°)

Indennizzo

5. Agli effetti della liquidazione dell'indennizzo, la retribuzione ordinaria è composta dagli elementi indicati dall'Art. 15, I° comma del vigente Regolamento Generale del Fondo Pensioni.

6. Nel caso di cessazione dal servizio per fatti di servizio, agli effetti del computo di cui al precedente 4° comma, deve assumersi, per il mese di cessazione dal servizio, la retribuzione mensile maturata in detto mese da intendersi quale retribuzione spettante al dipendente qualora avesse lavorato l'intero mese nel quale si è verificata la cessazione dal servizio, costituita dalla somma risultante dagli importi mensili vigenti degli elementi della retribuzione di cui all'Art. 15, I° comma del vigente Regolamento Generale del Fondo Pensioni, spettanti di diritto al dipendente al momento della cessazione dal servizio, anche se liquidabili nel mese successivo.

7. Nei casi in cui è prevista l'esclusione, durante l'assenza dal servizio per malattia o infortunio, della erogazione di uno o più elementi retributivi indicati dall'Art. 15, I° comma del vigente Regolamento Generale del Fondo Pensioni, si provvede, per il calcolo delle annualità di cui al precedente 4° comma, a conteggiare, per i periodi di assenza dal servizio ed ai soli fini

delle presenti norme, gli importi di tali elementi retributivi vigenti nei corrispondenti mesi.

Art. 17 (comma 2°, a)

Aggravamento del danno permanente alla persona

2. In questo caso l'importo del supplemento dell'indennizzo è dato dalla differenza tra:

a) l'indennizzo calcolato in base:

- al grado percentualizzato dell'attuale danno permanente alla persona determinato in base alle tabelle di cui agli allegati n. 1, n. 1/A e n. 1/B e alle norme di cui all'Art. 16;
- all'età del soggetto protetto al momento della presentazione della richiesta di cui al precedente I° comma;
- all'annualità calcolata ai sensi dei commi 4°, 5°, 6° e 7° dell'Art. 10, se il soggetto protetto è in servizio e facendo riferimento, nel caso in cui il soggetto protetto sia in quiescenza, per la quantificazione della annualità, al trattamento complessivo del pari grado in servizio e secondo l'evoluzione effettivamente seguita dall'interessato, dovuto al medesimo a titolo di retribuzioni ordinarie, 13° mensilità inclusa, definite dagli elementi indicati dall'Art. 15, I° comma del vigente Regolamento Generale del Fondo Pensioni per i dodici mesi antecedenti al mese di presentazione della domanda di cui al comma precedente;
- alla riduzione percentuale di cui all'Art. 12, I° comma ove ne ricorrano le condizioni;

Art. 28 (comma 2°)

Surrogazione

2. Agli effetti del I° comma, dovrà essere calcolato il valore capitale dell'assegno mensile di assistenza e/o di accompagnamento mediante il criterio di cui all'Art. 35, 2° comma del vigente Regolamento Generale del Fondo Pensioni riferito all'importo del primo assegno di competenza.

Dal Vaticano, 8 maggio 2004.

83 A. card. SODANO

Prot N. 550.957/G.N.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

FESULANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu (in saec.: Mariae Scrylli) fundatricis Instituti Sororum a Domina Nostra Carmeli (1825-1889)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Domine, pro mea parte nihil agere possum, et, quamvis aliquid possem, nihil cupio, quoniam nil aliud desidero nisi ut in me, super me... voluntas tua adimpleatur. Fiat! » (Ex autobiographia Servae Dei Mariae Teresiae Scrylli).

Ecce aureus ductus quo evolvitur tota vita Matris Mariae Teresiae Scrylli: fidens deditio in Deum nec non plena et absoluta oboedientia eius divinae voluntati. Famula Dei in urbe vulgo *Montevarchi*, provinciae Arretinae, dioecesis Fesulanae, die 15 mensis Maii Anno Sancto 1825 orta est a parentibus Irenaeo Scrylli et Seraphina Checucci, divitibus coniugibus, qui filiam recta formatione culturali, morali et christiana institui voluerunt. Vita eius specimen exhibetur fidelitatis erga Dominum inde ab infantia. Adhuc infantula excogitabat modos vivendi, quibus significabatur summa voluntas Ei omnimode placendi. Dulcis erat, benigna, ingenio vivida, quod primum naturali ascetismo ac deinde adversa valetudine frenavit et sedavit; ex indole mitem se praebuit, cupidam veritatis et pacis, rebus divinis apertam. Mediocritatem respuebat, sed iugiter quaerebat ea quae sibi meliora et perfectiora videbantur. Incertae pactiones, immaturas decisiones fugiebat, sed proprias temperabat actiones et optiones seligebat ducta voluntate Dei, lucis in suo itinere. Cum 22 aetatis annos ageret, invitis parentibus, Florentina in urbe monasterium Carmelitarum Sanctae Mariae Magdalenae de' Pazzi ingressa est, illum reputans esse modum respondendi vocationi totalis Domino deditiois; attamen eodem instanti quo monasterii limen intravit, fere repudiatam se sensit. Tempore quo ibi permansit Dominum vehementer deprecata est ut de eius voluntate certior fieret, et quodam die, in oratione quiescens, edocta est de reditu in saeculum ut « animas ad Deum adduceret ». Duos menses in monasterio morata est, deinde ad suos rediit, sed priusquam Florentiam relinqueret, in Tertio Ordine Carmelitano apud ecclesiam Sancti Paulini professionem emisit. Sua in terra natali,

nempe in urbe *Montevarchi*, inter puellas pauperes, nonnullis sodalibus in opere eam sociantibus, institutoriam missionem incepit. Ob diffusam eius aestimationem, munus concreditum est illi regendi Scholas Normales Femininas, quarum numerus alumnarum ob suam suarumque sociarum navitatem et deditio- nem manifeste auxit. Postea, sui Episcopi D.ni Francisci Bronzuoli consilium sequens, fundamenta iecit Sodalitii Sororum Tertiariarum Teresianarum, bene rei favente Magno Duce Leopoldo II et approbante Ordine Carmelitano Tere- siano. Die 15 mensis Octobris anno 1854 religiosum induerunt habitum primae quattuor religiosae. Transitus harum iuvenum a statu laicali ad statum reli- giosum iram suscitavit optimatum urbis, apud quos acutus sensus anticlericalis fovebatur; qui hactenus erant amici, inimici facti sunt et omni ope praesentiam religiosam ex urbe moliti sunt acriter exstirpare. Die 30 mensis Decembris anno 1860 exsecuti sunt propositum atque Institutum suppressum est tempore ipso quo rami diffundi coepti erant extra *Montevarchi*, in proximam nempe urbem vulgo *Foiano della Chiana*. Quindecim per annos *Serva Dei* silentio et fidenti Dei voluntati deditio- nem vitam gessit, interea suas socias spiritualiter moderari perrexit, in paroecia utilem se praebuit et auxilium tulit et solamen omnibus ipsam quaerentibus. Anno 1875 Florentiam se transtulit quo antiquas socias congregavit, renovans communitatem sub patrocinio Cardinalis Eugenii Cecconi. Condidit scholam caritatis, in quam plures puellas pauperes gratuito excepit, deinde scholam pro puellis ex familiis bene constitutis, tandem con- victum, paedagogicam servans rationem prospicientem educationi tamquam servitio et relationi cum singulis personis. Omnia per rectam viam procedere videbantur et Institutum solidari posse; attamen, sicut olim Moyses, *Serva Dei* suam terram promissionis a longe tantummodo contemplari potuit. Cum mor- tem obiit, Institutum duabus sororibus, novitia una et postulante una constabat. Existencia eius vita fidelitatis exstitit erga Deum, communio cum Ipso etiam in acerbo crucis itinere. Sub humano aspectu ruinas continuas collegit, attamen coram Domino semper exitus obtinuit, quoniam Christo crucifixo aptabatur. Sive vocatione sive rerum adiunctis compulsa, *Serva Dei* arte ad- haesit spiritualitati Carmelitanae. Spiritum contemplativum vividum semper servavit. Oratio eius, quam ex absoluta deditio- ne divinae voluntati hauriebat, mutata est in formam quandam reparationis offensionum in Deum illatarum, in formam laudis, gaudii cum Eo commorandi, communionis intimaque fidei. Praesentia Dei constans fuit. Et ideo experientia exstitit qua intime cum Deo sese coniungebat et plene absolute Ipsi se tradebat. Hic « amor purus » erga Deum compulit eam ad munifice sese offerendam in proximi utilitatem: « Deum pro Deo relinquere! » Manifestam reddebat caritatem, curam adhibens

de tenuioribus huius mundi, iis inserviens non tantum pecunia et victu, verum etiam audiens eos iisque consilia ferens. Cupiditas haec adeo in ea inerat, ut propriam formam tribueret spiritualitatis Instituti, iniungens quartum votum, nempe «operam navandi in utilitatem proximi per moralem christianam et civilem educationem» puellarum loci. Summi quoque ponderis in Serva Dei cultus fuit erga Beatam Mariam Virginem et cum ipsa coniunctio. Amorem illum, quem a matre terrena non habuit, repperit in Maria, quam postea vocabit « dilectam Matrem meam ». Haec Marialis praesentia orta est in contextu orationis et ultra dilatata, ardenti exhibita est dilectione, ita Serva Dei delectamentum invenit et solacium, desiderium adimplevit sese in caelo coniungendi cum Maria, quae in mysticam Passionis auram ita introduxit eam, ut amor Mariae « doceret me — aiebat — dulcedinem doloris ». Persentiens extremum diem terrenum instare, aequo animo ad mortem se paravit, obsequens, ut de more, voluntati Dei, qui die 14 mensis Novembris anno 1889 eam ad se vocavit. Fama sanctitatis, qua vivens exornabatur, sequentibus annis post ingressum in aeternitatem perstitit et roborata est. Interea eius quoque religiosum Institutum incrementum obtinebat, Italiae confines praetergrediens et se diffundens per omnes orbis regiones. Etenim die 29 mensis Ianuarii anno 1929 Institutum « iuris dioecesanum » erectum est, et die 31 mensis Martii eiusdem anni « per filiationem » in Ordinem Carmelitanum est cooptatum. Die 27 mensis Februarii anno 1933 Institutum declaratum est « iuris pontificii », et definitive appellatum est « Institutum Sororum a Domina Nostra Carmeli ».

Adepta licentia seu « nihil obstat » ex parte Sanctae Sedis, Episcopus Fesulanus incepit Causam beatificationis et canonizationis, et annis 1989-1991 instruxit Inquisitionem dioecesanam, cuius auctoritatem iuridicam ratam habuit Congregatio de Causis Sanctorum pervulgans decretum die 29 mensis Maii anno 1992. Die 26 mensis Novembris anno 1996 acta est Sessio Consultorum Historicorum, qui ad propositas quaestiones affirmative responderunt. Die 3 mensis Iunii anno 2003 celebratus est, favorabili cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, congregati in Sessione Ordinaria die 2 mensis Decembris currenti anno 2003, audita relatione Ponentis Causae, Exc.mi D.ni Aloisii Dossena, Archiepiscopi titulo Carpitani, edixerunt Servam Dei virtutum theologarum, cardinalium eisque adnexarum fastigium heroico gradu attigisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater solemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu (in saec. : Mariae Scrylli), Fundatricis Instituti Sororum a Domina Nostra Carmeli, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 18 S.

18 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Benigni a Sancta Teresia a Iesu Infante (in saec.: Angeli Calvi) sacerdotis professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum (1909-1937)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Quo profundiora erunt vulnera diutinae afflictationis, eo abundantius gaudium et laetitia, quae cor nostrum pervadet».

Quae a Servo Dei Benigno a Sancta Teresia a Iesu Infante (in saeculo: Angelo Calvi) conscripta sunt verba mirabiliter exprimunt signum illud peculiare perbrevis eius, sed fecundae, vitae terrenaе. Cum enim ipse « omnem etiam hominem, suo affectum dolore, fieri posse Christi passionis redemptricis participem » (cf. IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. *Salvifici doloris*, n. 19: AAS 76 [1984] 226) intellexisset, aequo animo multiplices sustinuit aerumnas, quae vitam eius iam inde a prima iuventute denotaverunt, easque ad Dei gloriam ac pro salute animarum et bono Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in cuius numero fuit, benigne obtulit. Sedulus hic religiosus et sacerdos in vico *Imago* prope Mediolanum die 23 mensis Iulii anno 1909 natus est e pauperibus religiosioribusque parentibus. Infirma valetudine, praesertim exigui nutrimenti causa,

iam puerulus confectus est, sicut et varias tulit probationes, uti absentiam patris, qui post primum totius mundi bellum indictum ad aciem profectus est, et praecocem duarum parvarum sororum mortem. Primaria institutione in schola peracta, tiro in officina sutoria acceptus est, quam vero, cum dominus assiduus esset blasphemator, utpote locum quoad rem moralem periculosum deseruit, tirocinium apud tignarium quemdam incipiens. Anno 1924, ad vicum *Inzago* pervenit tamquam adiutor in puerorum oratorio, reverendus Iosephus Calegari, quo presbytero duce, Servus Dei in vita spirituali citius profecit, ut semper assiduior in frequentia Sacramentorum, in oratione et in navitatibus paroecialibus evaderet. Decem et septem fere annos natus, sese a Domino appellari animadvertit, ut ad ipsum se consecraret, quapropter Ordinem Carmelitarum Discalceatorum ingressus est. Mense ergo Novembri anno 1926 a Superioribus Cherascum, prope Cuneum, missus est in Collegium vocationibus adultorum destinatum, ut intra biennium institutionem sibi compararet, quae eum idoneum faceret ad aggredienda post novitiatum studia philosophiae et theologiae. Condicio peraspera ei evasit, etiam qua studiis omnino desueverat. Abnegatione autem sua et intercedente Sancta Teresia a Iesu Infante ab ipso invocata, tanta impedimenta ita antecedere potuit, ut unus ex diligentissimis discipulis cursus sui consideraretur. Die 21 mensis Iunii anno 1928 habitum religiosum induit, nomen suscipiens Benigni a Sancta Teresia a Iesu Infante. Anno post primam professionem religiosam emisit, quam anno 1932 professio perpetua secuta est. Institutione philosophica et theologica perfecta, die 26 mensis Maii anno 1935 presbyteratu auctus est. Brevi tum Bononiae consumpto tempore, ubi Cappellani Carmelitarum Discalceatarum tenuit officium, Augustae Taurinorum constitutus est ibique ingentem navitatem pastorem explicavit. Anno 1936 in vicum *Concesa* missus est, ut vice magistri novitiorum fungeretur et curam pastorem paroeciae loci exciperet. Summa sedulitate ad catechesim, ad catholicarum consociationum moderationem et ad oratorium paroeciale incubuit, praesertim pro institutione iuvenum Mulierum illius consociationis laicorum, cui nomen «Azione Cattolica», navans operam, cui ob temporum necessitudines, eius sententia, peculiariter instituit. Plures horas in confessionali degebat et, magnitudinem divinae misericordiae paenitentibus exhibens, iisdem pacem tranquillitatemque iniciebat. In precatione tenuis et diligens erat. Iuvenes vocationes omni studio curabat. Infirmos assidue visitabat, quorum spiritui subveniebat et, ubi necesse esset, corpori etiam assidebat. Quamvis in tanta gravia incumberet opera, assiduus tamen et fidelis erat ad observanda munera vitae communitariae. In hoc tempore Provincia Longobarda Carmelitarum Discalceatorum asperum patiebatur discrimen pecunia-

rium et suppressionem ipsam periclitabatur, at Servus Dei uti vera hostia pro Provinciae Ordinis sui salute se obtulit. Nam omnis vita eius oblatio fuit Deo in constanti cupiditate voluntatem Dei praestandi et seipsum per cotidianorum munerum observantiam sanctificandi. In omnibus adiunctis rerum fidem manifestavit, quam iam inde a pueritia ab impetu magistrorum quorundam doctrinas Christo contrarias propagantium servavit. Quam virtutem continua oratione et devotione erga Eucharistiam, Beatam Virginem Mariam, Sanctam Teresiam a Iesu Infante, necnon lectione et meditatione sacrarum Scripturarum aluit. Pro amore Domini, cui primatum super quodlibet aliud semper tribuit, prompte quemque adiuvit egenum. Vere fuit in confratres, praesertim infirmos, benignus. Fidem divinae Providentiae ne in aerumnis quidem amisit, sive verbis sive scriptis quietem et spem infundens in animum omnium aegrorum. Prudentiam iugiter ostendit et facultatem discernendi in seligendis vocationibus. Perite super vias Christi omnes duxit, qui ad eius moderationem spiritualem sese commiserant. Exemplari modo praecepta Ecclesiae et Regulam Ordinis observavit, quem toto corde eo amavit, ut crebro, antequam decessit, exclamaret: « Quam laetus morior carmelita! ». Iustus et aequus cum omnibus fuit. Quae incommoda iam inde a prima aetate vitam suam denotaverunt, fortitudine extraordinaria adortus est. In pastu parcus fuit et sensus suos piis exercitiis ac renuntiationibus affligebat. Semper a bonis honoribusque mundanis alienus se praestitit. Laicus quidquid labore suo lucraretur parentibus dabat et consecratus quidquid acciperet laete cum confratribus communicabat. Oboediens et verecundus erga parentes et Superiores suos exstitit. Castitatem exercuit et ab omni periculo tuitus est. Mense Octobri anno 1937, chirurgicae sectioni ad retinendum decursum peritonitidis instanter, sed inaniter, commissus est. Aeque animo omnia passus est, se faciem Dei contemplaturum esse confisus. Die 25 mensis Octobris eodem anno, oblatione passionum suarum pro bono suae religiosae Provinciae renovata, in domum Patris, quam semper concupiverat, remeavit. Ob celebratam eius sanctitatis famam Archiepiscopus Mediolanensis annis 1991-1993 beatificationis et canonizationis Causam inivit per celebrationem Inquisitionis dioecesanae, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 13 mensis Maii anno 1994 probatae sunt. Positione confecta, disceptatum est ex consueta norma an Servus Dei more heroum virtutes exercuisset. Die 26 mensis Septembris anno 2003, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 16 insequentis mensis Decembris, audita relatione Excellentissimi Domini Ioannis Coppa, Archiepiscopi titulo Sertensis, Causae Ponentis, pro-

fessi sunt Servum Dei Benignum a Sancta Teresia a Iesu Infante virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Benigni a Sancta Teresia a Iesu Infante (in saec.: Angeli Calvi), Sacerdotis professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Aloisii Biraghi sacerdotis dioecesani fundatoris Instituti Sororum Marcellinarum (1801-1879)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Ecce primaria ac praecellens virtus ministrorum Iesu Christi, quae postulat ut Iesus Christus ametur, vere diligatur, super omnia diligatur. Virtus haec quomodo est adipiscenda? Quomodo servanda et augenda? Imprimis continuo legenda et meditanda est vita et passio Iesus [...] Sancti omnes hinc ignem haurierunt, ardentissimum ignem, qui facultatem dedit illis tot patranda mirabilia... Absit a vobis ut alia ob munera a Christi Iesu tabernaculo separemini».

Haec, quae suos clericos docebat, exemplo vitae presbyter Aloisius Biraghi testabatur. Hisce verbis sacerdotalis eius vitae secretum continetur: nam, spi-

rituali siti ad Deum semper anhelabat, cui fideliter per totam vitam inserviit. Quintus ex octo liberis Dei Servus die 2 mensis Novembris anno 1801 in loco *Vignate*, intra fines Archidioecesis Mediolanensis, natus est a Francisco Biraghi et Maria Fini, agricolis civibus, solida fide christiana praeditis. In locum *Cernusco* vulgo dictum, quem patriam terram sibi habuit, ubi familiares domum et praedium obtinuerant, cito se contulit. Decem annos natus, dum apud convicium in loco *Parabiago* grammaticae studiis incumberet, firmam voluntatem ostendit se Deo in sacerdotio consecrandi; et inter annos 1813 et 1825 litterarum humanarum, philosophiae, theologiae cursus in seminariis dioecesanis frequentavit. Ab Archiepiscopo Carolo Caietano Card. Gaisruck die 28 mensis Maii anno 1825 presbyteratus ordine insignitus est; magno ingenio et sana doctrina praeditus, ad litteras apud seminaria minora docendas destinatus, munere institutoris maximopere functus est, quamquam ei non parvum sacrificium exstitit quod pastorale ministerium apud populum fidelem peragere non posset. Ab anno 1833 usque ad annum 1848 munus exercuit clericos in seminario maiore in spiritali disciplina instituendi et in itinere ad Deum ducendi. Hoc quidem tempore, dum clericorum institutioni accurate incumberet, ferventi Dei amore impulsus et afflictione affectus quod sui temporis societas a fide et christiana veritate sensim de verteret, amplius culturae et educationis opus suscepit et voluntatem Archiepiscopi Mediolanensis secutus, magnam partem sustinuit in commentariis conficiendis, quibus titulus *L'Amico Cattolico*. Praeterea, Marina Videmari adiuvante, ad hoc praecipue parata, Congregationem instituit Sororum sub invocatione Sanctae Marcellinae, seu Marcellinarum, ad christianam puellarum educationem summopere promovendam divinae gloriae et familiae societatisque in Christo renovationis causa. Quo in munere adimplendo, Congregatio Sororum Marcellinarum respondere poterat exigentiis tum vitae spiritalis tum recentis aetatis apostolatus. Summis magistratibus austriacis invisus post seditiosos et bellicos eventus inter annos 1848-49, Servus Dei a munere spiritalis moderatoris in seminario amotus est. Attamen Archiepiscopus Bartholomaeus Carolus Romilli suam in eo servavit fiduciam, quem tamquam aestimatum exauditumque consiliarium et cooperatorem secum tulit. Servus Dei consiliarius exstitit etiam Exc.mi Domini Angeli Ramazzotti et Patris Iosephi Marinoni, qui Pontificium Institutum pro Exteris Missionibus condiderunt. Anno 1855 Doctor Bibliothecae Ambrosianae cooptatus studiis historiae ecclesiasticae, archaeologiae christianae et theologiae apostolico spiritu se dedit, et pervalidum praestitit servitium Archidioecesi, semper archiepiscopos sustinens, qui Archiepiscopo Romilli successerunt, nec non consilia ferens presbyteris, cum Mediolani res civiles et ecclesiasticae in

summo discrimine essent, post Langobardiam ad Regnum Italiae adnexam. Pacis spiritui favens, anno 1862 a Pio IX, qui eum noverat et existimabat, vocatus est ad pacem provehendam apud Ambrosianum clerum in oppositas partes divisum inter fautores tum überaus doctrinae tum priscorum institutorum. Ad pacem confirmandam inter utriusque partis sacerdotes, plerumque ipsos suos spirituales filios, Servus Dei usque ad mortem contendit, se obiciens sive quorundam inimicorum impugnationibus sive malevolis iudiciis quae humili et aequo animo passus est. In illius temporis angustiis, illi solatio fuerunt inventio ipso auctore perfecta sepulcri Sancti Ambrosii in eiusdem nominis Mediolanensi Basilica; nominatio Antistitis Urbani Summi Pontificis atque communis existimatio ob operam filiarum spiritualium Sororum Marcellinarum institutoriam. Mediolani, apud deversorium Marcellinarum collegii post brevem morbum mane diei 11 mensis Augusti anno 1879 morte correptus est. Inter innumeros solemnium apud Ambrosianam Basilicam funerum participes, plurimi adfuerunt presbyteri, Sorores Marcellinae ipsarumque alumnae et iam alumnae collegiorum dolentes illius veri patris obitu, qui suavi bonitate, comprehensione, mansuetudine, sapienti consilio tamquam omnium virtutum speculum eminuerat prout sanctos viros decet. Caritas eius in Iesum conversa contemplatione et affectiva pietate non exhauriebatur, sed in operositatem pro fratribus effundebatur Fide inspiratus dilucide societatis necessaria percipiens, munera sive seminarii tirones formandi exsecutus, sive educationis Institutum condendi, sive scripta operaque varia edendi, humiliter et strenue illam caritatem intellectualem exercuit, cuius est fidem et rationem componere de quibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Litteris Encyclicis «Fides et ratio» praeclare egit. In apostolatu et activitate fecundos sanctitatis fructus attulit, etenim corde humilis et caritate fervens, Servus Dei clarissima sanctitatis luce sive Sanctae Marcellinae familiam, sive clerum dioecesanum collustravit, inter quos memoriam beatae Mariae Annae Sala atque beati Ioannis Mazzuconi facimus. Quibus Beatis alios filios filiasque spirituales eius cum Carolo Salerio et Biasio Verri presbyteris addere licet. Ad sanctitatem quam totam per vitam persecutus est, suorum filiorum filiarumque spiritualium adspirationes convertit: «Quod mea interest — scripserat tempore cum in votis suis erat Institutum condere — est filiolas congregare ut sanctae effici possent». Pariter iuvenes clericos ad sanctitatem consequendam hortabatur, «quae est idem ac sacerdotium, res scilicet sacra, res sancta». Omnibus viam ad paradisum ostendebat, quo spes eius indefectibilis tendebat, quae eius strenuum optimumque animum semper aluit et Deo deditionem promovit in asperioribus quoque vitae incommodis fortitudine et patientia toleratis, prout Iesu

Crucifixi discipulos decet. In Christo imitando a discipulis suis non exegit ut castigationes et paenitentias corporales subicerent, sed, exemplari usus prudentia, eos ad vitae et cotidiani laboris dolores tolerandos hortatus est. Iustitiae consulens, voluit ut Sorores Marcellinae ex proprio opere viverent, sive in studio magisterioque, sive in rerum domesticarum administratione; et temperantiam exercerent, idest aequabilitatem et modum in omnibus rebus: «Tantummodo amor erga Iesum sit sine mensura». Regula, quam ille pro Marcellinarum Congregatione exaravit, non tantum ostendit quomodo asceticam Evangelii disciplinam perceperit, verum etiam quomodo eam ad effectum adduxerit, vitae testimonium esse omnino necessarium persuasus. Quapropter consilia evangelica, quae vitae consecratae proprietatem constituunt, quamquam Dei Servus votorum vinculo non vinciebatur, omni deditioe explevit. Exemplar exstitit castitatis et paupertatis, prout plurimi fideles testati sunt; exercitium quoque oboedientiae heroicum in modum excoluit erga Deum, erga Romanum Pontificem et erga suos Archiepiscopos, minime discrepationes et aerumnas metuens quas pro animarum bono ac pro Regni Dei aedificatione sustinebat. Omnibus in rebus humilis se contulit, cavens ne in superbiae periculum incideret ut bonum, quod Dominus illi crediderat peragendum, minime corrumpere. Idcirco per totam vitam meruit «esse pastor secundum cor Dei» ut Sanctus Ambrosius eiusque sanctus discipulus Augustinus docebant. Labentibus annis post mortem, sanctitatis fama minime defecit; hac de causa, Archiepiscopus Mediolanensis statuit Canonicum instruere Processum beatificationis et canonizationis; etenim anno 1966 constituit Commissionem Historicam et Canonicum inchoavit Processum, cuius iuridicam validitatem approbavit hoc Dicasterium per decretum die 28 mensis Maii anno 1993 vulgatum. Apparata Positione super virtutibus, die 31 mensis Octobris anno 1995 Sessio habita est Consultorum Historicorum, qui favens votum unanimiter tulerunt; similiter Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum favorabili cum exitu actus est die 6 mensis Maii anno 2003. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria congregati die 7 sequentis mensis Octobris, Ponente Causae Exc.mo D.no Aloisio Dossena, Archiepiscopo titulo Carpitano, edixerunt Servum Dei in virtutibus theologalibus, cardinalibus eisque adnexis excolendis heroicam attigisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congrega-

tionis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu eroico, Servi Dei Aloisii Biraghi, Sacerdotis dioecesanii, Fundatoris Instituti Sororum Marcellinarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. m s.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 19 Maii 2004. — Metropolitanae Ecclesiae Curitibensi Exc.mum P.D. Moacyr Iosephum Vitti, C.S.S., hactenus Episcopum Piracicabensem.

die 21 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Oxomensis-Sorianae Exc.mum P.D. Vincentium Jiménez Zamora, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem circumscriptionis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Iacobolitanae, R.D. Thomam A. Donato, e clero archidioecesis Novarcensis, directorem spiritualem Seminarii maioris Immaculatae Conceptioni dicati, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Alleghenensi, R.D. Ioannem W. Flesey, e clero archidioecesis Novarcensis, directorem Officii pro perenni clericorum formatione, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Comayaguensi Exc.mum P.D. Robertum Camilleri Azzopardi, O.F.M., hactenus Episcopum titularem Vagadensem et Auxiliarem archidioecesis Tegucigalpensis.

die 22 Maii 2004. — Cathedrali Ecclesiae Neograndicasensi, R.D. Gerardum a Iesu Rojas López, hactenus dioecesis Civitatis Iuarezensis Vicarium generalem ibique parochum.

die 26 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Araçatubensi R.D. Sergium Krzywy, e clero dioecesis Assisensis, hactenus Instituti Theologici « Regina Apostolorum » Moderatorem spiritus.

keine Verantwortung: Weder vor Gott noch gegenüber den Menschen. Die Kirche will gerade nach dem Zweiten Vaticanum der Freiheit weiten Raum zumessen. Der moderne Staat weiß darum, kein Rechtsstaat sein zu können, wenn er nicht die Freiheit aller Bürger, sowohl in ihren individuellen wie auch in ihren gemeinschaftlichen Ausdrucksmöglichkeiten, schützt und fördert.

Ich denke an ein geeintes Europa dank des Engagements der jungen Menschen. Mit welcher Leichtigkeit verstehen sich die Jugendlichen untereinander, ungeachtet bestehender geographischer Trennlinien! Aber wie kann eine junge Generation erstehen, die empfänglich ist für das Wahre, das Schöne, das Edle, für das, wofür es sich lohnt, Opfer zu bringen, wenn in Europa die Familie nicht mehr eine gefestigte Einrichtung darstellt, die offen ist für das Leben und für selbstlose Liebe? Eine Familie, in der auch die älteren Menschen im Blick auf das Allerwichtigste ganz selbstverständlich dazugehören: die aktive Vermittlung der Werte und des Lebenssinnes.

Das Europa, das mir vorschwebt, ist eine politische, ja mehr noch eine geistige Einheit, in der christliche Politiker aller Länder im Bewußtsein der menschlichen Reichtümer, die der Glaube mit sich bringt, handeln: engagierte Männer und Frauen, die solche Werte fruchtbar werden lassen, indem sie sie in den Dienst aller stellen für ein Europa des Menschen, über dem das Angesicht Gottes leuchtet.

Dies ist der Traum, den ich im Herzen trage und den ich bei dieser Gelegenheit Ihnen und den kommenden Generationen anvertrauen möchte.

6. Sehr geehrter Herr Oberbürgermeister, nochmals möchte ich Ihnen und dem Karlspreis-Direktorium danken. Von Herzen erbitte ich der Stadt und dem Bistum Aachen sowie allen, die sich für das wahre Wohl der Menschen und Völker Europas engagieren, den reichen Segen Gottes.

NUNTII

I

Al venerato Fratello Domenico Umberto D'Ambrosio Arcivescovo di Manfredonia - Vieste - San Giovanni Rotondo, Delegato per il Santuario e le Opere di san Pio da Pietrelcina

1. Il movimento spirituale suscitato dal carisma di san Pio da Pietrelcina non si è esaurito con la sua morte terrena, ma al contrario si è ampliato

sempre più, divenendo di significativa importanza per la vita di tutta la Chiesa. Il segreto di così vasta risonanza è sicuramente da ricercare nella totale immersione dell'umile Cappuccino nel mistero della Croce. In tutta la sua esistenza, Padre Pio ha cercato una sempre maggiore conformità al Crocifisso, avendo ben chiara coscienza di essere stato chiamato a collaborare in modo peculiare all'opera della Redenzione.

Riscoprire il valore della Croce di Cristo per farne il centro ispiratore della propria vita: questa è stata la fondamentale caratteristica della spiritualità del santo Frate del Gargano. Egli seppe riconoscere il Cristo sofferente non soltanto nel colloquio interiore della preghiera, ma anche nell'incontro con le persone visitate dalla malattia e si adoperò per portare ad esse conforto. Divenne così un esempio toccante di sensibilità umana, riproponendo in se stesso due peculiari caratteristiche della tradizione francescana e cappuccina: la preghiera contemplativa e la carità fattiva. Della prima sono espressione i «Gruppi di preghiera» da lui fondati; della seconda resta come singolare testimonianza la «Casa Sollievo della Sofferenza».

Preghiera e carità, ecco una sintesi quanto mai concreta dell'eredità spirituale lasciata dall'umile Frate, educato alla scuola del Poverello di Assisi. Questa sintesi deve continuare ad essere vissuta e testimoniata da quanti intendono mantenerne viva la spiritualità nel mondo di oggi.

2. Il centro dal quale si irradia il messaggio del santo Frate del Gargano è San Giovanni Rotondo, o meglio il modesto Convento cappuccino nel quale egli visse la sua esistenza terrena attorniato dai Frati dell'amata Comunità religiosa. A San Giovanni Rotondo egli è sepolto ed ivi si trova la maggior parte delle Opere da lui ispirate e volute. Da quel luogo, pertanto, l'azione evangelizzatrice promossa da Padre Pio continua a diffondersi nel mondo, suscitando nel cuore di innumerevoli persone un rinnovato slancio di amore per Dio e per il prossimo, specialmente per quello più bisognoso.

Rispondendo a questa irradiazione spirituale, numerosissime persone, provenienti non solo dall'Italia e dall'Europa, ma ormai da tutti i continenti, giungono a San Giovanni Rotondo. Non sono soltanto persone aderenti ai «Gruppi di preghiera». Vi sono anche altri fedeli, e non mancano a volte persino non credenti, che ivi giungono attirati dalla fama del santo Cappuccino.

Si può dire che oggi i confini della devozione a questo umile figlio di san Francesco siano divenuti quasi i confini stessi del mondo. La Comunità cappuccina, che per anni ha custodito nel suo seno come perla preziosa il tesoro

mirabile della santità di Padre Pio, con slancio generoso si è aperta sempre più alla dimensione universale che è caratteristica della Chiesa.

A questo proposito, mi è caro rilevare l'attività pastorale svolta nel corso di questi decenni dai Frati cappuccini della Provincia di Foggia. Dando prova di zelo apostolico, essi hanno raccolto l'eredità spirituale di Padre Pio e l'hanno custodita fino ai nostri giorni, contribuendo a diffonderla nel mondo intero.

In questa prospettiva ed alla luce dell'amplissimo raggio di influenza che la devozione al Santo del Gargano ha raggiunto nel mondo, si è resa evidente con crescente chiarezza l'opportunità di un nesso più stretto tra il Santuario e la Santa Sede.

3. E questo il motivo per cui, venerato Fratello, nel nominarLa con Bolla dell'8 marzo 2003 Arcivescovo della Chiesa di Manfredonia — Vieste — San Giovanni Rotondo, ho giudicato conveniente costituirLa in pari tempo mio Delegato per il Santuario e le Opere di san Pio da Pietrelcina. Con la presente Lettera intendo darLe alcune più precise istruzioni, affinché possa adempiere nel modo migliore ai compiti che Le sono in proposito affidati.

In quanto Delegato per il Santuario, Ella dovrà innanzitutto dedicare speciale cura a tale luogo di culto ove annualmente affluiscono tanti pellegrini di ogni nazionalità. Se, infatti, è compito di tutta la Chiesa custodire e sviluppare l'eredità spirituale di Padre Pio, è fuori dubbio che questa resti in special modo affidata al Vescovo che ha la responsabilità pastorale dei luoghi ove visse il santo Cappuccino. A ragion veduta, pertanto, nell'Udienza del 25 marzo scorso, Le dissi: «Lei sarà il custode dell'eredità di Padre Pio da Pietrelcina».

Come Vescovo della Chiesa di Manfredonia — Vieste — San Giovanni Rotondo, Ella ha il compito di custodire i carismi che lo Spirito ha suscitato e continua a suscitare in codesta amata porzione della Chiesa Santa di Dio. Spetterà alla Sua sollecitudine pastorale di non lasciar disperdere, ma anzi di moltiplicare i frutti di quella preziosa eredità. Ai Vescovi, infatti, secondo la disciplina della Chiesa, «è affidato l'ufficio di prendersi cura dei carismi religiosi, tanto più perché la stessa indivisibilità del ministero pastorale li fa perfezionatori di tutto il gregge».¹

4. Sotto la Sua autorità si svolgerà, perciò, quanto riguarda «il pubblico esercizio del culto divino, salva la diversità dei riti; la cura delle anime; la predicazione al popolo; l'educazione religiosa e morale dei fedeli e specialmen-

¹ *Mutuae relationes*, 9 c.

te dei fanciulli; l'istruzione catechistica e la formazione liturgica; il decoro dello stato clericale; e, infine, le varie opere relative all'esercizio del sacro apostolato ».²

Come Vescovo diocesano dovrà, inoltre, favorire le opere di apostolato, con particolare riguardo a quelle che sono collegate alla figura di Padre Pio, coordinandone in modo adeguato il regolare svolgimento.³ D'altra parte, vigilerà pure affinché « non si insinuino abusi nella disciplina ecclesiastica, soprattutto nel ministero della parola, nella celebrazione dei sacramenti e dei sacramentali, nel culto di Dio e dei Santi e nell'amministrazione dei beni ».⁴

Suo compito precipuo, venerato Fratello, sarà la cura pastorale nei confronti dei pellegrini che giungono a San Giovanni Rotondo. Ad essi cercherà di far annunciare la Parola consolatrice ed illuminante di Dio, provvedendo perché a ciascuno sia dato di attingere con abbondanza alle fonti della Grazia mediante la fervorosa partecipazione ai Sacramenti ed in modo particolare all'Eucaristia ed alla Penitenza.

Ella non mancherà di avvalersi, a questo proposito, dell'apporto della Comunità cappuccina, che già da molti anni con zelo e spirito di sacrificio svolge generosamente il ministero dell'annuncio della Parola e della celebrazione dei Sacramenti, e che continuerà, a titolo particolare, in questo impegno.

5. Ella, inoltre, potrà ogni cura nell'armonizzare l'attività pastorale del Santuario con le altre attività della pastorale diocesana. Ciò sarà di aiuto alla stessa Comunità cappuccina di San Giovanni Rotondo, che dall'impegno pastorale sarà stimolata a vivere in modo sempre più autentico la propria spiritualità. Infatti, come ho detto nel discorso ai Superiori Generali di Ordini e Congregazioni religiose, durante l'incontro del 28 novembre 1981, «la fedeltà al carisma della vita consacrata deve generare nei Religiosi una profonda e sentita coscienza ecclesiale e quindi uno sforzo costante a vivere con la Chiesa, per la Chiesa e nella Chiesa. Se la dottrina della vita religiosa fa parte dell'ecclesiologia, ancor più la vita religiosa vissuta è espressione della vita ecclesiale. In questo si fonda l'atteggiamento di fede, di amore e di docilità dei Religiosi verso i Pastori posti a reggere la Chiesa, come pure il dovere di inserirsi nella vita della Chiesa particolare arricchendola con i propri doni

² *Christus Dominus*, 35

³ Cfr cann 394 § 1, 680 C.I. C.

* Can. 392 § 2 C. I. C...

specifici, operando dentro di essa e come parte di essa e non semplicemente come forze complementari ».⁵

Ciò vale a titolo particolare per i Religiosi insigniti del carattere sacerdotale i quali, grazie alla Sua paterna guida, venerato Fratello, potranno sentire più vivamente di appartenere all'unico presbiterio operante nella Chiesa locale. Opportunamente il Concilio Vaticano II ha ricordato che i Religiosi sacerdoti «per il fatto che partecipano alla cura delle anime e alle opere di apostolato sotto l'autorità dei Sacri Pastori, sono da considerarsi in certo qual vero modo come appartenenti al clero della diocesi ».⁶

In questa prospettiva, il Decreto ora citato traccia le opportune norme di comportamento a cui i Religiosi devono attenersi.⁷ Come Vescovo, Ella non mancherà di fare a tali disposizioni costante richiamo.

6. In quanto Delegato per le Opere di Padre Pio Ella è, al momento presente, anche Presidente della Fondazione «Casa Sollievo della Sofferenza — Opera di Padre Pio da Pietrelcina» e, al contempo, Direttore generale dell'Associazione internazionale dei «Gruppi di preghiera», con i diritti e doveri indicati dai rispettivi Statuti. A Lei spetterà, pertanto, di orientare l'apostolato di tali Gruppi dando idonee direttive ai loro assistenti spirituali, sia che si tratti di sacerdoti religiosi che di sacerdoti diocesani. Per le iniziative che oltrepassassero i confini dell'Arcidiocesi, si metterà ovviamente in contatto con gli Ordinari dei luoghi interessati, concordando con loro le attività da svolgere nelle rispettive Chiese particolari.

Confido che queste prime direttive possano consentirLe di avviare una proficua collaborazione con la cara Comunità cappuccina di San Giovanni Rotondo, tanto benemerita per il servizio che volenterosamente rende alle schiere di pellegrini provenienti da ogni parte del mondo. Prego Dio, per intercessione della Vergine Maria e dello stesso Padre Pio, di concederLe il discernimento e lo zelo necessari nell'adempimento del compito affidatoLe, mentre, quale pegno di copiosi favori celesti, imparto a Lei, ai Religiosi cappuccini ed ai fedeli una speciale Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 22 febbraio 2004, Festa della Cattedra di San Pietro.

IOANNES PAULUS PP. II

⁵ N. 2: *Insegnamenti*, IV/2, 1981, p. 771.

⁶ *Christus Dominus*, 34.

⁷ Cfr n. 35.

II

Ad iuventam missus

« Vogliamo vedere Gesù ». ¹

Carissimi giovani!

1. L'anno 2004 costituisce l'ultima tappa prima del grande appuntamento di Colonia, dove nel 2005 si celebrerà la xx Giornata Mondiale della Gioventù. Vi invito dunque ad intensificare il vostro cammino di preparazione spirituale, approfondendo il tema che ho scelto per questa xix Giornata Mondiale: « Vogliamo vedere Gesù ». ²

È la domanda che alcuni « greci » rivolsero un giorno agli Apostoli. Volevano sapere chi era Gesù. Non si trattava semplicemente di un approccio per sapere come si presentava l'uomo Gesù. Mossi da grande curiosità e dal presentimento che avrebbero trovato risposta alle loro domande fondamentali, volevano sapere chi egli era veramente e da dove veniva.

2. Cari giovani, invito anche voi ad imitare quei « greci » che si rivolsero a Filippo, mossi dal desiderio di «vedere Gesù». La vostra ricerca non sia motivata semplicemente da curiosità intellettuale, che è pur già un valore, ma sia stimolata soprattutto dall'intima esigenza di trovare la risposta alla domanda sul senso della vostra vita. Come il giovane ricco del Vangelo, cercate anche voi Gesù per porgli la domanda: « Che cosa devo fare per avere la vita eterna? ». ³ L'evangelista Marco precisa che Gesù lo guardò e lo amò. Pensate anche a quell'altro episodio in cui Gesù dice a Natanaele: « Prima che Filippo ti chiamasse, ti ho visto quando eri sotto il fico », traendo dal cuore di quell'israelita in cui non c'era falsità ⁴ una bella professione di fede: « Rabbi, tu sei il Figlio di Dio! ». ⁵ Colui che s'avvicina a Gesù con cuore libero da pregiudizi può giungere abbastanza agevolmente alla fede, perché è Gesù stesso ad averlo già visto e amato per primo. L'aspetto più sublime della dignità dell'uomo sta proprio nella sua vocazione a comunicare con Dio in questo profondo scambio di sguardi che trasforma la vita. Per vedere Gesù, occorre innanzitutto lasciarsi guardare da lui!

¹ Gv 12, 21.

² Gv 12, 21.

³ Me 10, 17.

⁴ Cfr Gv 1, 47

⁵ Gv 1, 49.

Il desiderio di vedere Dio abita il cuore di ogni uomo e di ogni donna. Cari giovani, lasciatevi guardare negli occhi da Gesù, perché cresca in voi il desiderio di vedere la Luce, di gustare lo splendore della Verità. Che ne siamo coscienti o no, Dio ci ha creati perché ci ama e affinché lo amassimo a nostra volta. Ecco il perché dell'insopprimibile nostalgia di Dio che l'uomo porta nel cuore: « Il tuo volto, Signore, io cerco. Non nascondermi il tuo volto». ⁶ Questo Volto — lo sappiamo — Dio ci ha rivelato in Gesù Cristo.

3. Volete anche voi, cari giovani, contemplare la bellezza di questo Volto? Ecco la domanda che vi rivolgo in questa Giornata Mondiale della Gioventù dell'anno 2004. Non rispondete troppo in fretta. Innanzitutto, fate dentro di voi il silenzio. Lasciate emergere dal profondo del cuore questo ardente desiderio di vedere Dio, un desiderio talvolta soffocato dai rumori del mondo e dalle seduzioni dei piaceri. Lasciate emergere questo desiderio e farete l'esperienza meravigliosa dell'incontro con Gesù. Il cristianesimo non è semplicemente una dottrina; è un incontro nella fede con Dio fattosi presente nella nostra storia con l'incarnazione di Gesù.

Cercate con ogni mezzo di rendere possibile questo incontro, guardando a Gesù che vi cerca appassionatamente. Cercatelo con gli occhi di carne attraverso gli avvenimenti della vita e nel volto degli altri; ma cercatelo anche con gli occhi dell'anima per mezzo della preghiera e della meditazione della Parola di Dio, perché «la contemplazione del volto di Cristo non può che ispirarsi a quanto di lui ci dice la Scrittura». ⁷

4. Vedere Gesù, contemplare il suo Volto è un desiderio insopprimibile, ma un desiderio che l'uomo arriva purtroppo anche a deformare. E quanto avviene con il peccato, la cui essenza sta precisamente nel distogliere gli occhi dal Creatore per rivolgerli alla creatura.

Quei «greci» alla ricerca della verità non avrebbero potuto accostarsi a Cristo, se il loro desiderio, animato da un atto libero e volontario, non si fosse concretizzato in una decisione chiara: «Vogliamo vedere Gesù». Essere veramente liberi significa avere la forza di scegliere Colui per il quale siamo stati creati e accettare la sua signoria sulla nostra vita. Lo percepite nel fondo del vostro cuore: tutti i beni della terra, tutti i successi professionali, lo stesso amore umano che sognate, non potranno mai pienamente soddisfare le vostre attese più intime e profonde. Solo l'incontro con Gesù potrà dare senso pieno alla vostra vita: « Ci hai fatti per te, o Signore, e il nostro cuore è inquieto

⁶ *Sai* 27, 8.

⁷ *Novo millennio ineunte*, 17,

finché non riposa in te », ha scritto sant'Agostino.⁸ Non vi lasciate distrarre in questa ricerca. Perseverate in essa, perché la posta in gioco è la vostra piena realizzazione e la vostra gioia.

5. Cari amici, se imparerete a scoprire Gesù nell'Eucaristia, lo saprete scoprire anche nei vostri fratelli e sorelle, in particolare nei più poveri. L'Eucaristia ricevuta con amore e adorata con fervore diventa scuola di libertà e di carità per realizzare il comandamento dell'amore. Gesù ci parla il linguaggio meraviglioso del dono di sé e dell'amore fino al sacrificio della propria vita. È un discorso facile? No, voi lo sapete! L'oblio di sé non è facile; esso distoglie dall'amore possessivo e narcisista per aprire l'uomo alla gioia dell'amore che si dona. Questa scuola eucaristica di libertà e di carità insegna a superare le emozioni superficiali per radicarsi fermamente in ciò che è vero e buono; libera dal ripiegamento su di sé per disporre ad aprirsi agli altri, insegna a passare da un amore affettivo ad un amore effettivo. Perché amare non è soltanto un sentimento; è un atto di volontà che consiste nel preferire in maniera costante, al proprio, il bene altrui: «Nessuno ha un amore più grande di questo: dare la vita per i propri amici».⁹

E con tale libertà interiore e tale bruciante carità che Gesù ci educa ad incontrarlo negli altri, in primo luogo nel volto sfigurato del povero. La beata Teresa di Calcutta amava distribuire il suo «biglietto da visita» sul quale stava scritto: «Frutto del silenzio è la preghiera; frutto della preghiera la fede, frutto della fede l'amore, frutto dell'amore il servizio, frutto del servizio la pace». Ecco il cammino dell'incontro con Gesù. Andate incontro a tutte le sofferenze umane con lo slancio della vostra generosità e con l'amore che Dio infonde nei vostri cuori per mezzo dello Spirito Santo: «In verità vi dico: ogni volta che avete fatto queste cose ad uno solo di questi miei fratelli più piccoli, l'avete fatto a me».¹⁰ Il mondo ha bisogno urgente del grande segno profetico della carità fraterna! Non basta, infatti, «parlare» di Gesù; bisogna anche farlo in qualche modo «vedere» con la testimonianza eloquente della propria vita.¹¹

E non dimenticate di cercare il Cristo e di riconoscere la sua presenza nella Chiesa. Essa è come il prolungamento della sua azione salvifica nel tempo e nello spazio. E in essa e per mezzo di essa che Gesù continua a rendersi visibile oggi e a farsi incontrare dagli uomini. Nelle vostre parrocchie, movi-

⁸ *Confessioni*, 1,1.

⁹ *Gv* 15, 13.

¹⁰ *Mt* 25, 40.

¹¹ Cfr *Novo millennio ineunte*, 16.

menti e comunità, siate accoglienti gli uni verso gli altri per far crescere la comunione tra di voi. E questo il segno visibile della presenza di Cristo nella Chiesa, nonostante l'opaco diaframma spesso frapposto dal peccato degli uomini.

6. Non siate sorpresi poi se sul vostro cammino incontrate la Croce. Gesù non ha forse detto ai suoi discepoli che il chicco di grano deve cadere in terra e morire per poter portare molto frutto?¹² Indicava così che la sua vita donata fino alla morte sarebbe stata feconda. Lo sapete: dopo la resurrezione di Cristo, mai più la morte avrà l'ultima parola. L'amore è più forte della morte. Se Gesù ha accettato di morire sulla croce, facendone la sorgente della vita e il segno dell'amore, non è né per debolezza, né per gusto della sofferenza. E per ottenerci la salvezza e farci fin d'ora partecipi della sua vita divina.

E proprio questa la verità che ho voluto ricordare ai giovani del mondo consegnando loro una grande Croce di legno al termine dell'Anno Santo della Redenzione, nel 1984. Da allora, essa ha percorso diversi Paesi, in preparazione alle vostre Giornate Mondiali. Centinaia di migliaia di giovani hanno pregato attorno a quella Croce. Deponendo ai suoi piedi i pesi di cui erano gravati, hanno scoperto di essere amati da Dio e molti di loro hanno trovato anche la forza di cambiare vita.

Quest'anno, nel xx anniversario di quell'evento, la Croce sarà accolta solennemente a Berlino, da dove, pellegrinando attraverso tutta la Germania, raggiungerà il prossimo anno Colonia. Desidero oggi ripetervi le parole che pronunciai allora: «Cari giovani, ... vi affido la Croce di Cristo! Portatela nel mondo come segno dell'amore del Signore Gesù per l'umanità e annunciate a tutti che non c'è salvezza e redenzione se non in Cristo morto e risorto».

7. I vostri contemporanei aspettano da voi che siate i testimoni di Colui che avete incontrato e che vi fa vivere. Nelle realtà della vita quotidiana, divenite testimoni intrepidi dell'amore più forte della morte. Tocca a voi raccogliere questa sfida! Mettete i vostri talenti e il vostro ardore giovanile al servizio dell'annuncio della Buona Novella. Siate gli amici entusiasti di Gesù che presentano il Signore a quanti desiderano vederlo, soprattutto a quanti sono da lui più lontani. Filippo e Andrea hanno condotto quei «greci» a Gesù: Dio si serve dell'amicizia umana per condurre i cuori alla sorgente della divina carità. Sentitevi responsabili dell'evangelizzazione dei vostri amici e di tutti i vostri coetanei.

¹² Cfr *Gv* 12, 23-26

La Beata Vergine Maria, che durante tutta la vita si è dedicata assiduamente alla contemplazione del volto di Cristo, vi custodisca incessantemente sotto lo sguardo di suo Figlio¹³ e vi sostenga nella preparazione della Giornata Mondiale di Colonia, a cui vi invito a guardare fin d'ora con responsabile e fattivo entusiasmo. La Vergine di Nazareth, quale Madre attenta e paziente, modellerà in voi un cuore contemplativo e vi insegnerà a fissare lo sguardo su Gesù perché, in questo mondo che passa, voi siate profeti del mondo che non muore.

Con affetto vi imparto una speciale Benedizione, che vi accompagni nel vostro cammino.

Dal Vaticano, 22 Febbraio 2004

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

MONASTERIENSIS

**Beatificationis et canonizationis Servi Dei Clementis Augustini von Galen S.R.E.
Cardinalis Episcopi Monasteriensis (1878-1946)**

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Theologalis spei, simul ac fidei et caritatis prospectus, pastorale Episcopi ministerium omnino informare debet. Ad eum singulari modo pertinet officium se gerendi uti prophetam, testem et spei servum. Eius est fiduciam infondere et cuilibet rationes de spe Christiana annuntiare (cfr. *1 Pe 3, 75*)» (Ioannes Paulus II, adhort. apost. post-synod. *Pastores gregis*, 3).

Maxime caliginoso acerboque tempore quo populus Germanicus versabatur, Cardinalis Clemens Augustinus von Galen, Episcopus Monasteriensis, vestigia persequens divini Pastoris, summa caritate et Christiana fortitudine episcopale munus implevit, forma factus gregis (cfr. *1 Pe 5, 3*). Etenim vivida et intrepida fide viam sanctitatis fructuose percurrit, Evangelium et catholicam doctrinam docendo, iura Dei, hominis et Ecclesiae strenue tuendo et spem in Christo Iesu luce mundi omnibus nuntiando. Hic exemplaris pastor, undecimus ex tredecim filiis, a comite Ferdinando Heriberto von Galen et a comitissa Elisabeth Friderica Sophia von Spee, die 16 mensis Martii anno 1878 ortus est in arce loci *Dinklage* in dioecesi Monasteriensi. Pater eius, rei politicae deditus, fidelem se ostendit erga Magisterium Ecclesiae; mater pietate eminebat et caritate pauperibus inserviens. Servus Dei ab illis graviter formatus est humana et Christiana institutione, quam, Eucharisticum sacrificium et Rosarii recitationem participans, cotidie coluit. Ita dona in baptismo recepta ab infantia evolvere coepit. Anno 1890 ad primum eucharisticum convivium accessit, et sequenti anno sacramento chrismatis unctus est. Domi rudimenta litterarum didicit; postea studia perrexit apud Collegium «Stella Matutina» in urbe Campitempelensi in Austria, deinde apud «Gymnasium Antonianum» in loco *Vecta*, tandem apud Catholicam Studiorum

Universitatem Friburgensem in Helvetia. Iter suscipiens in Italiam anno 1898, Summum Pontificem Leonem XIII adivit, amorem erga Ecclesiam et devotionem erga Summum Pontificem vehementius auxit et consilium cepit vocationem ad sacerdotium amplectendi. Oenipontana in urbe theologicis studiis incubuit apud Collegium Canisianum et apud Seminarium Maius Monasteriense, simplicitate, aequanimitate et comitate ubique excellens. Post sacerdotalem ordinationem, quam recepit die 28 mensis Maii anno 1904, vicarius cooperator constitutus est apud ecclesiam cathedralem Monasteriensem et secretarius Episcopi Auxiliaris D.ni Maximiliani Geronis von Galen, avunculi sui, qui obiit anno 1908. Annis 1906-1911 Berolini cappellanus curavit frequentem paroeciam Sancti Matthiae, et moderator fuit associationis iuvenum operariorum catholicorum, pro quibus convictum aedificavit et templum Sancti Clementis, cuius parochus exstitit annis 1911-1919. Deinde rediit in ecclesiam communitatem Sancti Matthiae, ubi parochi munere functus est annis 1919-1929. A populo, qui eum pastorem exceperat, aestimatus et dilectus est propter fervorem, humanitatem, eucharisticam et marialem pietatem, paternam sollicitudinem de operariis, de pauperibus deque infirmis. Similes sensus aestimationis in urbe Monasterio sibi conciliavit qua parochus ecclesiae Sancti Lamberti inter annos 1929-1933. A Summo Pontifice Pio XI nominatus est Monasteriensis Episcopus et ordinatus est die 28 mensis Octobris anno 1933. Cum Deo ambulavit et Ecclesiae inserviit lumine ductus virtutum fidei, spei et caritatis, quas sedulitate, constantia et spirituali delectamento exercuit. Ut Pastor esset secundum Dei voluntatem, tam vitam suam spiritualem quam apostolatam nutrit per liturgiam, aeternarum veritatum meditationem, orationem, paenitentiam et spontaneam mortificationem. Sacra Mysteria graviter devoteque celebrabat, atque sive in Cathedrali sive in aliis ecclesiis ritibus religiosis libenter praesidebat. Singularem cultum provexit erga Sacrum Cor Iesu, Eucharistiam et Virginem Mariam, quam honoribus efferebat sive Rosarium cotidie recitando sive frequentes in Sanctuarium loci *Telgte* peregrinationes instituendo. Praeoptavit Sanctos colere eorumque reliquias venerari. Divitias spirituales et amorem erga Dominum et animas in pastorale transtulit dioecesanum ministerium. Evangelium et Ecclesiae doctrinam integre et assidue nuntiavit. Eius sermones litteraeque pastorales studiose a populo legebantur, quem per vias Dei prudenter conduxit et a luporum aggressionem eripuit. Palam pugnavit adversus placita nationalsocialismi, atque laesionem iurium hominis et Ecclesiae pertinaciter improbavit. Exempli gratia, illegitimam damnavit monasteriorum confiscationem, insectationem in sacerdotes, clausuram scholarum reli-

giosarum, abolitionem associationum virorum, euthanasiam mente laborantium. Ob suam audaciam «Leo Monasteriensis» appellatus est. Fortitudine sua sibi comparavit approbationem populi, simul cum censuris, ludibriis, immo et periculo carens occisionis. Veritatem tamen et gregem suum ita diligebat ut, sicut Pastor bonus (cfr. *Io* 10, 77), promptum se ostenderet ad vitam pro ovibus suis ponendam. Assimilatus petrae, quae aquarum molibus fortiter resistit, sapiens consiliator exstitit et propheta spei pro universo populo Germanico. Spirituali cleri vitae consuluit et sacrorum alumnorum formationi. Singularem instituit necessitudinem cum suis presbyteris, quos semper bonitate et simplicitate libenter excepit. Peculiarem in modum adfuit sacerdotibus sub armis stantibus nec non illis qui urgentiore auxilio morali indigebant. Ob suum eminens et bene constitutum corpus bonitatem et fiduciam in omnes transfundebat, quapropter complures pauperes et humiles confugiebant ad eum. Dolore afficiebatur quoties supplicationibus indigentium subvenire non poterat. Infirmos invisebat, incertis consilium ferebat, afflictos solabatur, bonorum animos confirmabat, errabundos corripuit, firmitudinem sociando cum mansuetudine, bonitatem cum iustitia, largitatem cum prudentia. Eius de populo sedulitas maxime refulsit cum alterum saeviebat mundanum bellum, quod Germanicae genti tot intulit aerumnas et iacturas. Urbs ipsa Monasteriensis pyrobolis est verberata; sedes episcopalis, ecclesia cathedralis, tempia et conventus ingentibus affecta sunt damnis. Ipse Servus Dei periculum subiit ne sub pyrobolis occumberet. Omnia forti et aequo animo sustinuit, spem collocans in Divina Providentia. Bello composito, in spirituale et sociale bonum suae gentis vires insumere porrexit, adamussim servans suam episcopalem sententiam: «Nec laudibus nec timore». Summus Pontifex Pius XII die 18 mensis Februarii anno 1946 cardinalitia dignitate ornavit eum, et, eum referens in ordinem presbyterorum, addidit ei Titulum Sancti Bernardi ad Thermas. Relicta Roma, ubi fervidas affectus et venerationis testificationes receperat, in Italiam meridionalem se contulit ad Germanos captivos adeundos; deinde Monasterium remeavit, ubi die 16 mensis Martii triumphali pompa est exceptus. Interea Servus Dei minus valere coepit. In valetudinarium receptus ob diagnosim peritonitidis cum paralyssi intestinali, chirurgiam pati debuit. Piissime se paravit ad occursum extremum cum Deo, qui ad se vocavit eum die 22 mensis Martii anno 1946. Innumeri christifideles venerati sunt illius exuvias, quae postea in cathedrali ecclesia Monasteriensi sunt reconditae.

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens ornabatur, post eius obitum diffundi coepta est. Causa beatificationis et canonizationis apud Curiam Mo-

nasteriensem est inchoata per celebrationem Processus Ordinarii Informativi annis 1957-1959 peractam. Ulterius Apostolica Sedes, prae oculis habito motu proprio « Sanctitas clarior », Episcopo Monasteriensi respondit nihil obstare quominus Causa introduceretur et institueretur Processus Cognitionalis, qui habitus est anno 1983, cui accessit Processus Rogatorialis Berolinensis. Iuridicam horum Processuum validitatem Congregatio haec agnovit per decretum editum die 4 mensis Februarii anno 1994. Expleta Positionis praeparatione, disceptatio, ut de more, facta est num Servus Dei heroum in modum virtutes excoluerit. Die 23 mensis Maii anno 2003 peractus est, felici cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 18 sequentis mensis Novembris, Ponente Causae Exc.mo D.no Paulo Iosepho Cordes, Archiepiscopo titulo Naissitano, edixerunt Cardinalem Clementem Augustinum von Galen virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroico in gradu esse exsecutum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Clementis Augustini von Galen, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Episcopi Monasteriensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. S. S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Aloisii Monza, sacerdotis dioecessani, fundatoris Institutii Saecularis Parvarum Apostolarum a Caritate (1898-1954)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Per caritatem servite invicem» (*Gal 5, 13*).

Vestigia persequens divini Pastoris, qui per amorem condicionem servi assumpsit (cfr. *Philp 2, 7*) et pro suo grege animam posuit (cfr. *Io 10, 11*), presbyter Aloisius Monza suae communitati paroeciali propria pastoris caritate inserviit et, fervore pro Regno Dei compulsus, ultra limites sui gregis sollicitudinem extendit. Etenim novum condidit Institutum Saeculare ad caritatem illam, qua primi christiani eminuerunt, apud homines propagandam.

Hic sedulus vineae Domini operarius (cfr. *Mt 20, 1*) in loco *Cislago*, intra fines archidioecesis Mediolanensis, die 22 mensis Iunii anno 1898 ortus est a Petro Monza et Aloisia Monza, ruricolis firma fide praeditis. Recens natus prae-gracilis erat, qua de re statim Baptismatis lavacro est ablutus et sequenti anno ab Archiepiscopo Mediolanensi, beato Andrea Carolo Ferrari, sacro chrismate in fide confirmatus. Anno 1905 ad primum eucharisticum convivium accessit et ab illa occasione Eucharistia quasi cotidianum exstitit animae nutrimentum. Expletis primis litterarum studiis, cum exprimeret desiderium sacerdotium amplectendi, a suo paroco, Aloisio Vismara, missus est in Institutum Salesianum Astensis oppidi vulgo *Penango Monferrato*. Attamen, patre gravissime aegrotante, in paternam domum redire est coactus. Cum vero in vocatione perseveraret, anno 1916 a paroco locum in seminario gratuitum obtinuit. Ingressus est enim Montianum Collegium «Villoresi» nuncupatum. Mense Ianuario anno 1917 pater e vita migravit; deinde filius ad arma vocatus est. Iter eius ad sacerdotium absque impedimentis percurrit, quoniam Christo firmiter nisus permansit. A militia dimissus, Servus Dei laboriose studia perfecit et die 19 mensis Septembris anno 1925 presbyteratus ordine est insignitus. Iuvenis presbyter primum destinatus ad Varetianum oppidum vulgo *Vedano Olona* ad paroeciam Sancti Mauricii, quae erat peractiosa in fide communitas. Tunc plerique iuvenes Oratorium frequentabant, quod viri politici aegre ferebant eo quod annis illis auctoritas publica iura sibi vindicabat educandae iuventutis. Servus Dei inde ab initio adiutricem operam paroco munifice praestitit, et, a politicis rebus se abstinens, in pasto-

ralem iuvenum curam incubuit. Fervore pro animarum salute onustus, orationem et laborem intime coniunxit, virum vere contemplativum in actione se praebens. Quidam subdoli viri, ut obsisterent efficacitati Ecclesiae erga iuvenes, mense Iunio anno 1927 viceductori locali insidias simulate posuerunt, culpam ferentes in iuvenes catholicos, qui — ex sensu accusationis — instigati erant a Servo Dei et a parochio Petro De Maddalena. Hi duo sacerdotes comprehensi sunt et quattuor per menses in carcere retenti. Declaratus innocens, Servus Dei libertatem obtinuit, iniuncto tamen praecepto in oppidum *Vedano Olona* minime redeundi. Quapropter translatus est in oppidum vulgo *Saronno*, ad Sanctuarium Beatae Mariae Virginis a Miraculis, de quo curam gerebant duo sacerdotes aetate iam provecti. Ibi, dum Servus Dei sacrum ministerium ferventer explicabat, duas novit iuvenes laicas apostolatus catholico intentas, Claram Cucchi et Teresiam Pitteri. Illis quidem notum reddidit propositum constituendi communitatem, cuius membra vitam gererent sicut apostoli in caritate. Hunc ad finem, magnas quidem perferens iacturas, adeptus est praedium in *Vedano Olona*, ubi anno 1937 aedificare coepit domum, in qua sequenti anno primae sociae huius Operis, nuncupati «La Nostra Famiglia», domicilium constituerunt. Interea Archiepiscopus, beatus Alfredus Hildefonsus Schuster, die 30 mensis Novembris anno 1936 Servum Dei nominaverat parochum Sancti Ioannis «alla Castagna» in quodam Leucii suburbio. Divino Spiritu ductus, pastorale munus, forma factus gregis (cfr *I Pl* 5, 3) adamussim explevit. Etenim quod verbo docebat opere exsequebatur, in fidelitate erga Christum et Ecclesiam nec non in caritate erga Deum et proximum omnes praegrediens. Humiliter, suaviter et ferventer agens, omnium benevolentiam, aestimationem et cooperationem sibi comparavit. Uti cardinem vitae paroecialis Eucharistiam posuit, quam ardenti fide celebrabat et adorabat, cuiusque cultum inter christifideles indefatigabili promovebat animo. Assiduum se praebuit in sacramento Reconciliationis administrando, atque panem verbi Dei et christianarum veritatum saepissime fregit per praedicationem, catechesim, instructiones nec non sermones ad pueros, iuvenes et adultos. Iugiter et accurate laicorum associationibus prospexit, nempe Actioni Catholicae, Conferentiis Sancti Vincentii a Paulo, Sodalitiis, Filiabus Mariae, Tertio Ordini Franciscali, Operariis Catholicis. Ab omnibus aestimatus et diligenter quaesitus uti spirituum moderator et formatur animarum orationi, sacrificio et propriis muneribus deditarum. Infirmos sive in domiciliis sive in valetudinario saepe invisebat; afflictis solamen pauperibusque auxilium ferebat. Benignitas eius effulsit etiam cum alterum bellum mundanum grassabatur. Maxima eius appetitio et cotidianum opus,

quod simplicitate, prudentia et evangelica sapientia exercuit, in eo fuit ut Christum animabus et animas Christo portaret. Et plurimi fuerunt ii qui spirituales consecuti sunt proventus ex fonte eius sacerdotii, praesertim filiae spirituales quae Operi eius, annorum decursu propagato, sese aggregaverant. Domus in *Vedano Olona* tamquam centrum erecta est spiritualibus agendis exercitiis et, quamvis belli mundani causa difficultates non defuerunt, hoc centrum corroboratum est eo sensu quod pedetemptim eius aditus patuit pueris mentis morbo correptis. Etiam si innumeri fuerunt labores et tribulationes, dies advenit, nempe 18 mensis Ianuarii anno 1950, quo iuvenes mulieres, quae opus «La Nostra Famiglia» animabant, ad gradum Instituti Saecularis evectae sunt nomine Parvae Apostolae a Caritate. Die 2 sequentis mensis Februarii moderatrix Zaira Spreafico et Paschina Sormani perpetuam emittebant sui deditioem. Servus Dei vidit suum denique propositum successum habuisse, quocirca in praesens per hunc mundum amore carentem diffundere pergit caritatem illam quae primaevam christianam Hierosolymitanam communitatem roboraverat. Servus Dei ad extremum usque vitae animabus inserviit et viam sanctitatis perseveranter et gaudenter percurrit. Dei voluntate penitus adhaerens, cogitavit, locutus est et egit sub lumine fidei, spei et caritatis. Christus centrum exstitit et anima sui sacerdotii pastoralisque ministerii. Cotidie orationi sese immergebat et faciebat ut oratio diversa vitae adiuncta convolveret. Se immergens in mysterium Dei, in mysterio hominis sese inveniebat. Versans in arduis quoque et dolentibus adiunctis, fiduciam usque posuit in Divina Providentia, atque vim hausit et pacem ex altissima cum Domino consortione nec non ex cultu erga Beatissimam Mariam Virginem, quae vitam eius illuminavit. Virtutem prudentiae simpliciter et perfecte excoluit tam in consiliis et decisionibus sumendis, quam in instruments eligendis ad suam sanctificationem adque bonum animarum magis idoneis. Iustus exstitit erga Deum et proximum, sincerus, fidelis, constans in proposito, tenax in inceptis, austerus erga seipsum, omnibus benevolus, temperans, castus, pauper, superioribus obsequens. Verbo «marcere» utens, notam fecit sive voluntatem sese donandi usque ad sacrificium sui ipsius, sive fecunditatem vitae in abscondito, in amore et in laetitia consummandae. Nullo tempore in se divisus evasit, quoniam tantummodo Deo, Ecclesiae, animabus totum se dedit. Extremo vitae tempore, valetudo Servi Dei, numquam hactenus florens, ob quaedam incommoda cardiaca in peius ruebat. Patienter tamen sustinuit infirmitatem; et plenam spem in animo nutriens, ad obitum se paravit, qui evenit die 29 mensis Septembris anno 1954.

Fama sanctitatis, qua vivens fruebatur, post mortem increbruit et confirmata est, quapropter Archiepiscopus Mediolanensis Causam beatificationis et canonizationis inchoavit per Inquisitionem dioecesanam factam inter annos 1987-1991, cuius iuridicam validitatem ratam habuit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum latum die 22 mensis Ianuarii anno 1993. Apparata Positione, uti de iure disceptatum est num Servus Dei heroum in modum virtutes excoluerit. Felici cum exitu die 20 mensis Iunii anno 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Ordinaria Sessione congregati die 2 mensis Decembris eiusdem anni, Ponente Causae Exc.mo D.no Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, agnoverunt presbyterum Aloisium Monza théologales, cardinales eisque adnexas virtutes heroico in gradu esse executum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Monza, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Instituti Saecularis Parvarum Apostolarum a Caritate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

ONUBENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Eusebiae Palomino Yenes, religiosae Professae Instituti Congregationis Filiarum Mariae Auxiliatricis (1899-1935)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Nata est Venerabilis Serva Dei Eusebia Palomino Yenes die 15 mensis Decembris anno 1899 Cantalpini, parvo in oppidulo provinciae Salamanticae, in Hispania. Infantiae tempus degit in paupertate atque sub luce fidei. Postquam famulatum egit in commodum privatarum familiarum atque Instituti Mariae Auxiliatricis Salamantiae, ubi quidem desiderium experta est sese sacrandi Deo, ingressa est anno 1922 in Institutum Filiarum Mariae Auxiliatricis atque anno 1924 professionem religiosam emisit. Assignata est communitati *Valverde del Camino*, in dioecesi Onubensi, atque addicta culinae humilibusque domesticis operibus. Fecundum insuper expedit apostolatum inter iuvenes oppidanosque loci, qui omnes eius pietatis fervorem admirabantur eiusque eximias virtutes. Anno 1931, praesentiens bellum Hispanicum civile, vitam sua Deo dicavit pro patriae salute. Animi constantia atque pietatis studio obivit longam aegrotationem quae eam ad mortem adduxit die 10 mensis Februarii anno 1935. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 17 mensis Decembris anno 1996, declaravit Servam Dei gradu heroico exercuisse virtutes theologales, cardinales iisque adnexas. In prospectu habens beatificationem, Postulatio Causae subiecit iudicio Congregationis de Causis Sanctorum mirum opinatum eventum quod accidit in oppidulo *Valverde del Camino* anno 1983, cum dioecesana Inquisitio de vita virtutibusque Servae Dei prope iam erat ad conclusionem atque iam statuta erat, ad diem 14 mensis Aprilis illius anni, translatio mortalium exuviarum eiusdem Sororis Eusebiae ad sacellum congruenter paratum in Collegio Mariae Auxiliatricis. Sub eodem tempore Sorores Filiarum Mariae Auxiliatricis populusque fidelis curaverant ut in promptu haberent imaginem Servae Dei, cuius confectio iam dudum concredita erat claro pictori Emmanuelli Parreno Ri vera, qui quidem, quamquam semel iterumque a Sororibus instigatus, operis initium ad diem incertum differebat. Ad impedimentum auferendum preces effuderunt Sorores populusque una simul in honorem Servae Dei ut, duobus tantum manentibus hebdomadibus ante ritum praevisum, artifex tandem inciperet opus.

Circa horam decimam matutinam diei 31 mensis Martii anno 1983, pictor, qui ob infirmitatem pedibus depingebat, iniit opus, pro certo habens se perfecturum non esse ante diem 14 mensis Aprilis: quare ille intra se ita locutus est cum Serva Dei: «Tempus necessarium ad rem patrandam iam deest. Cognoscere velim utrum vera sint quae dicuntur de miraculis tuis: tu quidem operare ut imaginem tuam effingam... ». Mirum in modum, quattuor post horas et dimidiam, tabula pigmentis oleatis picta erat confecta. Maius profecto inopinatum, quod quidem nulla scientiae ratione explicari potest, in eo est ponendum quod colores, quibus usus erat, eodem ipso temporis intervallo aruerant. Pictor ipse turbatus est utpote qui plane noverat ad colorum exsiccationem multos expetiri dies. Res statim adscripta est intercessioni Servae Dei, instanter invocatae praesertim a Filiabus Mariae Auxiliatricis aliisque a studiosis fidelibus. Inquisitio dioecesana, celebrata apud Curiam Onubensem anno 1998, iuridice valida habita est ab hoc Dicasterio per decretum diei 5 mensis Februarii anno 1999. Consulta Technicorum, congregata die 22 mensis Novembris anno 2001, hoc modo expedivit aestimationem suam: «Omnes socii Consultae Technicorum, hac in re apprime versati, inusitatam ducunt celerrimam exsiccationem colorum adhibitorum sine usu corporum exsiccantium. Aperte declaratur quod ex rerum naturae legibus fieri non potest ut tabula pigmentis oleatis picta exsiccet brevi quattuor et dimidia horarum intervallo quo est confecta, prae oculis habens etiam quod colores, quamquam alii aliis impositi, inter se non sunt mixti. Praebet igitur eventum technicae inexplicabilitatis condiciones». Die 30 mensis Maii anno 2003, habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Deinde, die 16 subsequenti mensis Decembris, celebrata est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicto miro eventu conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eis que astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per interces-*

sionem Ven. Servae Dei Eusebiae Palomino Yenes, Religiosae professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, videlicet de celerrima exsiccatione, brevi quattuor et dimidia horarum intervallo, colorum ab Emmanuele Parreno Rivera pictore adhibitorum in exsecutione imaginis ipsius Ven. Servae Dei.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAI VA MARTINS
Praefectus

L. ©"S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PLATENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Ludovicae De Angelis (in saec.: Antoninae) sororis professae Congregationis Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia (1880-1962)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Ludovica De Angelis (in saec.: Antonina) primam vidit lumen die 24 mensis Octobris anno 1880 in pago Sancti Gregorii, apud Aquilam. Congregationem Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia ingressa, anno 1906 religiosam emisit professionem. Sequenti anno in clinicam paediatricam Argentopoli in Argentina sitam se contulit, ubi inter annos 1909-1962 officium exercuit administratae, quod peritia, caritate et spiritu sacrificii implevit, iugiter prospiciens physicae spiritalique infirmorum saluti, eorumque familiarium, medicorum et ministrorum illius instituti. Per quodlibet temporis spatium moderatrix quoque exstitit suae religiosae communitatis. Lata solidaque sanctimoniae fama circumdata, die 25 mensis Februarii anno 1962 operosam terrenam conclusit existentiam. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 20 mensis Decembris anno 2001 edixit Servam Dei heroicum attigisse fastigium in virtutibus theologalibus, cardinalibus eisque

adnexis excolendis. Beatificationi consulens, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum obtulit praesumptam miram sanationem puellulae Antonillae Cristelli, quae, Argentopoli in Argentina, nata erat die 26 mensis Maii anno 1988; statim postea affecta est myelomeningocele 3 c. lumbari in sede. Quapropter in clinicam paediatricam quam diximus excepta est ad intensivam therapiam subeundam ut haec pathologia clauderetur. Ex legibus clinicis paresis aderat artuum inferiorum simul cum amissione sensibilitatis et refluxus vesico-ureteralis bilateralis, cuius causa exstitit vesica neurogenica parva et hypertonica. Ren dexter erat hypofunctioni obnoxius et duplex aderat uréter ad dexteram. Ex aliis inquisitionibus compertum est ventrículos cerebrales esse dilatatos. Puellula, aetatis 35 dies agens, ex clinica dimissa est et rehabilitationi motoriae subiecta propter paresim artuum inferiorum, quod tamen ad nihilum profuit. Deinde chirurgicam passa est sectionem ob extensionem nervorum Achillis. Die 22 mensis Iulii anno 1988 peracta est illi vesicostomia. Inde puellula varias sustinuit urinarias corruptiones, provenientes ex pyelonephrite neonatali et ideo cum consequenti detrimento functionali renis dexteri. Novem aetatis menses nata, id est mense Februario anno 1989, puellula a medico curante et a matre translata est ad sepulcrum Servae Dei Mariae Ludovicae, ad impetrandam sanationem. Antonina praeter omnem exspectionem statim surgere potuit et ullo absque subsidio stare. Alius minis contigit eventus cum puellula quattuor aetatis annos ageret: etenim die 29 mensis Octobris anno 1992 medici transtulerunt eam in aulam chirurgiae ad claudendam vesicostomiam, ad auferendum renem dexterum et uréteres reimplantandos. Attamen ex praechirurgico analysi comprobatum est vesicam normalis esse voluminis et renem dexterum suo munere recte fungi. Ulla absque medica therapia urinarium systema ad normam redierat. De tali eventu anno 2000 apud Curiam Platensem peracta est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam auctoritatem hoc Dicasterium ratam habuit per decretum diei 23 mensis Novembris anno 2001. Consilium Medicorum, in sessione habita die 23 mensis Februarii huius anni 2003 asseruit sanationem celerem exstitisse, perfectam et perseverantem sub prospectu urologico; vitam relationis affectam non esse exiguo artuum inferiorum exitu motorio, et sanationem secundum praescripta scientiae inexplicabilem fuisse. Die 30 mensis Maii eiusdem anni peractus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 18 mensis Novembris secuti Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo D. Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino, facta est. Et in utroque Coetu, sive

Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Ludovicae De Angelis (in saec.: Antoninae), Sororis professae Congregationis Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia, videlicet de celeri, perfecta ac perseveranti sanatione puellulae Antonillae Cristelli a « vescica neurologica di tipo dissinergico, reflusso vescicoureterale di alto grado, doppio uretere a destra, rene destro ipofunzionante e ridotto di volume; paresi degli arti inferiori ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIB

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 9 Iunii 2004. — Cathedrali Ecclesiae Coslinensi-Colubreganae Exc.mum P.D. Casimirum Nycz, hactenus Episcopum titularem Villaregensem et Auxiliarem Cracoviensem.

die 12 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Andreae de Tuxtla, R.D. Iosephum Trinitatem Zapata Ortiz, e clero eiusdem dioecesis, hactenus Seminarii maioris «Cristo Rey» dioecesis Texcocensis rectorem.

die 15 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Mossorensi R.D. Marianum Manzana, e clero archidioecesis Tridentinae, hactenus delegatum episcopalem pro Missionibus eiusdem archidioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae Barcinonensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Aloisium Martínez Sistach, hactenus Archiepiscopum Tarraconensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Tarraconensi R.D. Iacobum Pujol Balcells, e clero Praelaturae personalis Sanctae Crucis et Operis Dei, hactenus in Universitate Navarrensi Theologiae Professore atque Instituti Superioris Religiosarum Scientiarum Directorem.

— Cathedrali Ecclesiae Tubaraoënsi Exc.mum P.D. Hyacinthum Bergmann, hactenus Episcopum titularem Ausuccurensensem et Auxiliarem dioecesis Pelotensis.

— Cathedrali Ecclesiae Angelopolitanae Exc.mum P.D. Iosephum Clementem Weber, hactenus Episcopum titularem Gummitanum in Byzacena et Auxiliarem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia.

— Cathedrali Ecclesiae Terrassensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Iosephum Angelum Saiz Meneses, hactenus Episcopum titularem Selemselitanum atque Auxiliarem archidioecesis Barcinonensis.

die 15 Iunii 2004. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Felicis de Llobregat, noviter erectae, Exc.mum P.D. Augustinum Cortés Soriano, hactenus Episcopum Ebusitanum.

die 18 Iunii. — Coadiutorem dioecesis Nicensis Exc.mum P.D. Aloisium Sankalé, hactenus Episcopum Caiennensem.

die 19 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Chicoutimiensi, Exc.mum P.D. Andream Rivest, hactenus Episcopum titularem Thubursicensem et Auxiliarem archidioecesis Marianopolitanae.

— Cathedrali Ecclesiae Civitatis Altamirensis, R.D. Iosephum Michaelem Angelum Giles Vázquez, hactenus dioecesis Tolucensis Vicarium generalem.

— Palensis Ecclesiae Auxiliarem Exc.mum P.D. Isabellum C. Abarquez, Episcopum titularem Talaptulensem, hactenus Auxiliarem archidioecesis Caebuanae.

— Cathedrali Ecclesiae Ibae, R.D. Florentinum G. Lavarías, e clero Sancti Ferdinandi, hactenus praefectum commissionis pro pastorali programme «Assist» Conferentiae Episcoporum Philippinarum.

die 21 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Septimuniensi, Exc.mum P.D. Aemilium L. Bataclan, hactenus Episcopum luganensem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Caebuanae.

die 23 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Madensi R.D. Iosephum de Lanza Neto, e clero dioecesis Iaboticaballensis, hactenus paroeciae vulgo «Senhor Born Jesus» in civitate Monte Alto curionem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Londrinensis.

— Cathedrali Ecclesiae Leopoldinensi, Exc.mum P.D. Darium Campos, O.F.M., hactenus Episcopum Arassuahyensem.

die 24 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae A Domina Nostra vulgo de la Alta-gracia in Higüey, seu Higüeyensi Exc.mum P.D. Gregorium Nicanorem Peña Rodríguez, hactenus Episcopum Portus Argentarii.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Herbipolensi Exc.mum P.D. Fridelmum Hofmann, hactenus Episcopum titularem Tadduensem et Auxiliarem archidioecesis Coloniensis.

die 26 Iunii 2004. — Metropolitanæ Ecclesiæ Theatinae-Vastensi, R.D. Brunonem Forte, e clero archidioecesis Neapolitanae, ibique Theologiæ dogmaticæ docentem ac Commissionis Theologiæ Internationalis membrum.

die 28 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiæ Altiburitanae, R.D. Geraldum T. Walsh, e clero archidioecesis Neo-Eboracensis, ibique curionem paroeciæ Sanctæ Elisabethæ, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiæ Enerensi, R.D. Dionysium J. Sullivan, e clero archidioecesis Neo-Eboracensis, ibique curionem paroeciæ Sanctorum Ioannis et Pauli, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiæ Carcassonensi R.D. Alanum Planet, e clero dioecesis Valentiniensis, hactenus paroeciæ vulgo dictæ Notre-Dame-du-Rhône curionem.

die 30 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiæ Usinazensi R. D. Paschalem Delannoy, e clero dioecesis Insulensis, ibique Vicarium episcopalem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiæ Cadurcensi R.D. Norbertum Iosephum Henricum Turini, e clero dioecesis Nicensis, hactenus ibidem Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiæ Zipaquirensi Exc.mum P.D. Hectorem Cubillos Peña, hactenus Episcopum titularem Fesseitanum et Auxiliarem archidioecesis Bucaramanguensis.

— Titulari episcopali Ecclesiæ Ausuccurensi R.P. Ioannem Vincentium Cordoba Villota, S.I., hactenus Decanum Facultatis Medicinæ Pontificiæ Universitatis «Javeriana», quem constituit Auxiliarem archidioecesis Bucaramanguensis.

die 3 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiæ Usulensi, R.D. Gabinum Miranda Melgarejo, e clero dioecesis Abancaiensis, ibique paroeciæ vulgo «Sanctiago Apóstol» nuncupatæ parochum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Ayacuquensis.

— Titulari episcopali Ecclesiæ Valle-Valliensi, R.D. Mitchell Thomam Rozanski, e clero archidioecesis Baltimorensis, ibique curionem paroeciæ Sancti Ioannis Evangelistæ in oppido *Severna Park*, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 8 Iulii 2004. — Titulari episcopali Ecclesiae Tungrensi, R.D. Petrum Warin, e clero dioecesis Leodiensis, ibique Vicarium episcopalem et rectorem Seminarii maioris, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Namurcensis.

die 9 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rotarensi, R.D. Gundisalvum De Villa y Vásquez, S.I., Rectorem Universitatis «Rafael Landívar» in archidioecesi Guatimalensi, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Selemseltanae, R.D. Gustavum Rodulfum Mendoza Hernández, Pro-Vicarium generalem Cancellariumque curiae archidioecesis Guatimalensis et paroeciae vulgo «Nuestra Señora de Guadalupe» nuncupatae parochum, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae Emeritensi Augustanae-Pacensi Exc.mum P.D. Iacobum García Aracil, hactenus Episcopum Giennensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 18 Giugno 2004, S.E. il Signor **JORGE DEZCALLAR DE MAZARREDO**, Ambasciatore di Spagna presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, 21 Giugno 2004, S.E. il Signor **JOSÉ LUIS RODRÍGUEZ ZAPATERO**, Presidente del Governo di Spagna.

Martedì, 22 Giugno 2004, S.A. Em.ma Fra **ANDREW BERTIE**, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

Venerdì, 25 Giugno 2004, S.E. il Signor **EDWARD FENECH ADAMI**, Presidente di Malta.

Martedì 22 giugno 2004 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|----|--------|------|--|
| 8 | giugno | 2004 | Mons. Gerard McKay, <i>Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana,</i> |
| 17 | » | » | S. E. Mons. Emil Paul Tscherrig, Arcivescovo tit. di Voli, Nunzio Apostolico in Corea, <i>Nunzio Apostolico in Mongolia.</i> |

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|---|--------|------|---|
| 8 | giugno | 2004 | S.E. Mons. Stanislaw Nowak, Arcivescovo di Czestochowa, <i>secondo Vice Presidente della Pontificia Accademia dell 'Immacolata.</i> |
|---|--------|------|---|

- 21 giugno 2004 Mons. Giovanni Pietro Dal Toso, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio « Cor Unum », « ad quinquennium ».*
 » » » Mons. Maurizio Malvestiti, *Capo Ufficio nella Congregazione per le Chiese Orientali.*
 23 » » Il rev. Fabrizio Capanni, *Capo Ufficio nella Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa.*
 26 » » Mons. Gergely Kovács, *Capo Ufficio nel Pontificio Consiglio della Cultura.*

NECROLOGIO

- 1 giugno 2004 Mons. Karl Borromäus Flügel, Vescovo tit. di Altiburo.
 4 » » Mons. Alfredo Garsia, Vescovo em. di Caltanissetta (*Italia*).
 13 » » Mons. Antonio Cardoso Cunha, Vescovo em. di Viia Real (*Portogallo*).
 14 » » Mons. Ubaldo Calabresi, Arcivescovo tit. di Fondi.
 21 » » Mons. Luigi Accogli, Arcivescovo tit. di Treba.
 » » » Mons. Joseph Sunday Ajomo, Vescovo di Lokoja (*Nigeria*).
 » » » Mons. Jonn E. Heaps, Vescovo tit. di Inis Carhaig.
 22 » » Mons. Virgilio López Irías, Vescovo di Trujillo (*Honduras*).
 23 » » Mons. François Völlaro, Vescovo em. di Ambatondrazaka (*Madagascar*).
 25 » » Mons. Sofio G. Balee, Vescovo di Gabanatuan (*Filippine*).

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beatae Ursulae Ledochowska Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Non circumscribitur virginitas sola aliqua "negatione", verum altio rem quandam complectitur "affirmationem" in sponsali ordine: sese videlicet donare ratione universali et indivisa» (Ioannes Paulus II, Epistula Apostolica *Mulieris dignitatem*, n. 20: AAS LXXX [1988], p. 1703).

In perfecta forma virginitatis evangelicae adimplentur sive dignitas sive vocatio mulieris. Inter eas quae saeculorum decursu eiusmodi formam praeclare vixerunt adnumeranda est beata Ursula Ledochowska, quae totam per vitam fideli cum dilectione vultum Christi sui Sponsi contemplata est et, Ipsi funditus coniuncta, se totam dedit evangelico nuntio assidue tradendo pueris, iuvenibus atque omnibus indigentibus. Fidelis haec Christi testis, germana soror beatae Mariae Teresiae, nata est loco *Loosdorf* in Austria die xv mensis Aprilis anno MDCCCLXV ex nobili Poloniae familia. Apud fontem baptismalem nomen recepit Iuliae Mariae. Suis cum parentibus transmigravit in urbem *Sancti Hippolyti*, ubi scholis incubuit, quas deinde in Polonia prosecuta est. Cum vocatio ad vitam consecratam in ea maturavit, mense Augusto anni MDCCCLXXXVI Cracoviae ingressa est communitatem Sororum S. Ursulae et vota religiosa nuncupavit die xxviii mensis Aprilis anno MDCCCLXXXIX, nomen sibi in religione sumens Ursulae. Permotam voluntate fecundam apostolicam navitatem explendi, sese dicavit educationi puellarum ac pro iis aperuit do-

num et instituit Associationem Filiarum Mariae. Dum communitati suae praeerat, a Constantino Budkiewicz, paroco ecclesiae S. Catharinae, rogata est ut Petroburgum adiret et iuvenum Polonarum in exsilio degentium bono morali et materiali pro videret. Etiam si rerum adiuncta haud facile cedebant, in quibus Ecclesia his in regionibus opus navabat, Beata domum aperire pro his iuvenibus atque educativam suam navitatem usque ad Finniae territorium extendere potuit. Statim ut exarsit primum bellum universale, publici custodes Russi ob eius civitatem Austriacam persecuti sunt eam, quapropter fugire coacta est in Holmiam, in Suetia. Ibi que extemplo se dedit ad efficiendas institutiones utiles iuvenibus. In territorio Scandiae coepit quoque publici iuris edere prima acta diurna catholica ad consulendum gravi necessitati catholicorum degentium in illis terris. Anno **MCMXVII** demigravit in Daniam, ubi plurimum operata est pro profugis Polonis. Anno **MCMXX** in Poloniam reversa est et una cum nonnullis sociis quae apostolicum eius participabant fervorem vitam dedit Congregationi Ursularum Sacri Cordis Iesu Agonizantis, quae celeriter se sparsit, domus aperiens variis in regionibus Poloniae, Romae et in Gallia. Sorores instituebant litterarius ludos, gerebant altiorum studiorum cursus pro puellis, sedes receptionis et aulas lectionis, alacriter docebant religionem in scholis publicis atque praeparabant catechistas et magistras. Persuasum habens «sanctitatem in eo esse ut munera ordinaria cum amore extraordinario expleantur», Beata altiora attingit culmina perfectionis evangelicae quotidiana fidelitate erga suam consecrationem suamque missionem in Ecclesia, atque magnanima et constanti virtutum exercitatione. Firmiter credit in Deum et in Veritates revelatas. Cum in Scandia puellis obveniebat protestantibus, quamvis earum reverebatur doctrinam, eodem tempore suam aperte manifestabat fidelitatem Romano Pontifici plenamque suam adhaesione Magisterio Ecclesiae «sanctae, catholicae, infallibilis». Alacriter operam navavit pro Regni Christi extensione. Aliis felicitatem transfundebat, derivantem ex coniunctione cum Domino, quam ipsa oratione coluit, devotione in Eucharistiam, in Sacrum Cor Iesu, in Virginem Sanctissimam, atque exercitatione consiliorum evangelicorum. Benevolam se praebuit his quibus occurrebat, in iis vultum Christi contuens. Prudenter suas duxit filias spiritales omnesque qui eius petebant consilia. Patienter toleravit difficultates atque a terrenis opibus disiunctam se ostendit. Vitam aeternam semper appetiit eamque consequi speravit, non sua propter merita, sed vi fiducia in Domino, qui eam ad Se vocavit die xxix mensis Maii anno **MCMXXXIX**. Propter diffusam famam sanctitatis anno **MCMXLIX** incohata est Causa Beatificationis et Canonizationis. Servatis ex iure servandis, die xx

mensis Iunii anno MCMLXXXIII Nos Ipsi sollemniter eam Beatæ titulo decoravimus. Deinde die xxiii mensis Aprilis anno MMIII Nobis coram promulgatum est Decretum super miraculo eiusdem Beatæ intercessioni adscripto.

Excipientes autem favens votum Patrum Cardinalium et Episcoporum die vii mensis Martii anno MMIII in Consistorio coadunatorum, decrevimus ut ritus canonizationis Romæ ageretur die xvii insequentis mensis Maii.

Hodie igitur, adstante et plaudente magno coetu Pastorum et Christifidelium ex multis populis et regionibus, in foro ante Basilicam Petrianam inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:


«Ad honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis, ad exaltationem fidei catholice et vitæ christianæ incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione præhabita et divina ope sæpius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Iosephum Sebastianum Pelczar, Ursulam Ledochowska, Mariam de Mattias et Verginiam Centurione Bracelli Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recolere debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quæ autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim sortiantur, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die duodevicesimo mensis Maii, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholice Ecclesie Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco f8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 542,465

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servis David Okelo et Gildoni Irwa Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis et permanserit, non auditor obliviosus factus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit (*lac 1, 25*).

Christiana revelatio, accepta perinde et acta, hominem a peccati mortisque servitute vindicat (cfr *Gal 5, 1*) eumque laetificat. Dei Servi David Okelo et Gildo Irwa cum plane talem praecipuam veritatem intellexerent, Evangelii nuntium studiose sunt complexi atque, cum catechistarum munera expièrent, prompte operam dederunt ut idem nuntius in suos diffunderetur. Sibi commissum officium haud relinquentes, morti occurrerunt, in Christum Ecclesiamque amorem per sanguinis effusionem testantes.

I. David Okelo circiter anno **MCMIII** in pago *Ogom-Payira Uganda* septentrionalis ex pagana familia ortus est. Puer Missionariorum Combonianorum Cordis Iesu sodales adire coepit, qui modo in illam regionem venerant, ac simul parentes in agrorum operibus iuvabat. Eiusdem mores domi integri fuerunt. Cum fidem catholicam amplecti constitueret, inter catechumenos in missionis loco *Kitgum* adscribi voluit atque Baptismatis fonte die i mensis Iunii anno **MCMXVI** ablutus est. Eodem die ad sacram synaxim primo accessit et die **XV** subsequentis mensis Octobris Confirmationis sacramentum recepit. Institutionis expleto curriculo in catechistarum numerum adscribi se sivit.

II. Gildo Irwa anno circiter **MCMVI** in vico *Bar-Kitoba Labongo* septentrionalis occidentalisque Kitgumensis loci ex pagana domo ortus est. Ipse quoque die i mensis Iunii anno **MCMXVI** est baptizatus, qui eodem die primo sacram Eucharistiam recepit et subsequentis mensis Octobris die xv Confirmationis sacramento roboratus est. Postea apud sedem missionariorum suam exegit vitam atque interdum parentes invisebat quos in agris colendis iuvabat. Missionarii ut fidei veritas inter indigenas evulgaretur uti voluerunt illius locis hominibus. Primis mensibus anni **MCMXVII** cum de Antonii fratris ex eadem matre orti morte audivisset, qui catechistae officium sustinuerat, Dei Servus David Okelo in eius locum suffici voluit, quocum se paulo post Dei Servus Gildo Irwa coniunxit. Locus in quo illi opus faciebant, qui longe a

suis vicis aberat, omnino erat intutus, cum latrones, seditiosi, idolatrae inibi grassarentur. Licet has cognoscerent difficultates haud animos desponderunt, Divinae Providentiae fisi subsidio. De mortis periculo facti certiores, ad terrestrem vitam amittendam se praebuerunt paratos, quippe qui aeternam beatitudinem attingere cuperent. Oppido *Paimol* petito, sedule officium sibi commissum expleverunt atque fere omnium sibi conciliarunt animos. Uberem apostolatam inter homines religione potissimum carentes egerunt, eosdem docentes Dominum diligere laudareque, proximum curare, Dei Ecclesiaeque mandata servare. Numquam in stirpium ac politicae rei contentionibus se immisceri siverunt, quae temporibus illis invalescebant. Attamen quaedam ob Anglorum iussa tumultus et seditiones evenerunt, quibus rebellibus religionis illius loci participes et muslimi sese addiderunt, ac sic motus ille adversus christianos se convertit. Inter xvui et xx diem anni **MCMXVIII** nonnulli seditiosi in gurgustium se contulerunt Dei Servos necaturi. David et Gildo servati essent si catechistae munus reliquissent, ad suum vicum redeuntes. Illi negaverunt, cum Domino se vocanti parere potius velent quam hominibus. Lanceae ideo ictibus necati sunt. Dei populus eos statim fidei martyres putavit et talis fama progredientibus annis sic non minuit ut annis **MCMLII-MCMLIII** testimonia colligerentur ad futuram memoriam. Anno **MCMXCVIII** Episcopus Guluensis beatificationis Causam incohavit seu declarationis martyrii dioecesana Inquisitione inita. His iure praescriptis absolutis rebus, Nobis coram decretum super martyrio die xxni mensis Aprilis anno **MMIII** prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xx mensis Octobris subsequentis celebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Baptistae Odama, Archiepiscopi Guluensis, Pauli Magnam, Episcopi Tarvisini, Severini Cardinalis Poletto, Archiepiscopi Taurinensis, Iacobi Barabino, Episcopi Ventimiliensis-Sancti Romuli, et Antonii Mattiazzo, Archiepiscopi-Episcopi Patavini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei David Okelo et Gildo Irwa, Andreas Hyacinthus Longhin, Marcus Antonius Durando, Maria a Passione Helena Maria de Chappotin de Neuville et Liduina Meneguzzi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Davidis Okelo et Gildonis Irwa die vicesima Octobris, Andreae Hyacinthi Longhin die vicesima sexta Iunii, Marci Antonii Durando die decima Decembris, Mariae a

Passione Helenae Mariae de Chappotin de Neuville die decima quinta Novembris et Liduinae Meneguzzi die secunda Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Octobris, anno **MMII**, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Sigilli

In Secret, Status tab., n, 530,792

II

Venerabili Dei Servo Ladislao Batthyány-Strattmann caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensos et qui daemonia habebant, et lunáticos et paralyticos, et curavit eos» (*Mt* 4, 24).

Iesus Christus peculiarem misericordiam in languentes ostendit, se cum vel aequans: «Infirmus et visitastis me» (*Mt* 25, 36). Inter fideles qui praedictionis amorem in fratres infirmos contulerunt, ad Divini Redemptoris similitudinem, annumeratur Venerabilis Dei Servus Ladislaus Batthyány-Strattmann, qui paterfamilias fuit et medicus. Diversis temporibus duo valetudinaria aedificanda curavit isque amabiliter prudenterque aegrotos assedit, gratis suam operam pro indigentioribus praestando.

Fidelis hic Christi testis die xxviii mensis Octobris anno **MDCCLXX** in oppido *Dunakiliti*, in Hungaria, ex ampla familia ortus est. Eo puero, familia ad oppidum *Kopcsény* se contulit. In collegio quodam culturali religiosaque disciplina est institutus atque iuvenis ad sanctorum vitae narrationes et

Ecclesiae historiam mentem intendit. Ad Sacri Cordis quoque Consociationem, et postea ad Marialem Congregationem, accessit.

Anno MDCCCXCVI Medicinae facultati apud studiorum Universitatem Vindobonensem nomen dedit qui quattuor post annos lauream est consecutus. Anno MDCCCXCVIII Mariam Teresiam Coreth comitissam matrimonio sibi iunxit, quam fideliter dilexit. Ex matrimonio tredecim liberi nati sunt, qui ab utroque in viam Domini ducti sunt. Anno MCMIII privatum valetudinarium in oppido *Kopcsény* condidit ac porro chirurgiae et ophthalmologiae arti operam praecipue dedit. Eius peritia pellecti et caritate christiana, complures infirmi ad eum valetudinis causa concurrebant. Primo saeviente bello mundano multum adlaboravit ut militum sauciatorum dolores levaret, in quorum beneficium valetudinarium laxavit. Militum asyla liberis excipiendis instituit, sic sinens ut eorum matres operarentur familiisque opes suppeditarent. Bello mundano exacto, *Könnend* petiit, ubi in aliqua castelli parte aegrotorum gratuito curandorum indigentium causa qui ex oculis laborabant valetudinarium aedificavit. Spiritualiter quoque infirmos curabat, quos ad precationem Deoque propter adeptam sanitatem gratias agendas incitabat. Pauperes pecunia, vestibus, frumento materiaque iuvit atque compluribus humanitatis institutis magna oeconomica subsidia ministravit. Anno MCMXIII, eius vicesimo quinto matrimonii contingente anno, honores ac diploma meritorum ei concedidit Summus Pontifex. Fideliter congruenterque christiana mariti, patris medicique mandata servans, ad sanctitatem pervenit, et sui ordinis perseveranter ac laetanter virtutes exercuit. Fidelis Ecclesiae filius Magisterii doctrinam constanter tenuit. Precibus, Sacra Scriptura, Eucharistia; Virginis Mariae et sancti Ioseph devotione suam spiritualitatem aluit. Cum Dominum diligeret, malum vitavit et bonum est persecutus; pauperes dolentesque iuvit, in quibus Christi Cruci affixi vultum respiciebat. Haud in divitiis ac humanis subsidiis nitebatur ac in difficilioribus condicionibus Providentiae se veluti puerum committebat. Prudenter suam rexit familiam et sagaciter filios educavit. Iustitiam quoque sociale coluit, multa tradens praedia et fundos minimo pretio locans. Frugi fuit, licet multa bona possideret atque ad sobrietatem parsimoniamque liberos educavit. Suas impulsiones suumque morem coercuit, cui iuveni acer fuit. Complures aerumnas fortiter toleravit. Anno MCMXXIX sanatorio est receptus atque haud bonae valetudinis dolores patienter sustinuit, patiens - quemadmodum minori sorori scripsit - « quia una cum Christo pati poterat ». Post aegritudinem plus anno toleratam, Vindobonae die xxn mensis Ianuarii anno MCMXXXI aeternum praemium diu affectatum attigit. Exuviae eius in urbe v.d. Güssing, in Austria, pie servantur.

Eius latam propter sanctitatis famam Archiepiscopus Vindobonensis Episcopusque Sabariensis anno **MCMXLIV** beatificationis canonizationisque Causam incohaverunt, quae anno **MCMLXXXVII** ab Episcopo Sideropolitano iterum est suscepta. His absolutis rebus iure statutis, Nobis coram decretum de virtutibus heroum in modum exercitis die xi mensis Iulii anno **MCMXCII** prodiit atque die v mensis Iulii anno **MMII** decretum de miraculo est comprobatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xxni mensis Martii subsequentis anni celebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam: «Nos, vota Fratrum Nostrorum Mauricii Gaidon, Episcopi Cadurcensis, Antonii Mariae Cardinalis Rouco Várela, Archiepiscopi Matritensis, Iulii Henrici Prado Bolaños, Episcopi Pastropolitani, Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, et Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonhomme, Maria Perdolens Rodríguez Sopeña, Maria Caritas Brader, Ioanna Maria Condesa Lluch et Ladislaus Batthyány-Strattmann Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Petri Bonhomme die nona Septembris, Mariae Perdolentis Rodríguez Sopeña die decima Ianuarii, Mariae Caritatis Brader die vicesima septima Februarii, Ioannae Mariae Condesa Lluch die decima sexta Ianuarii et Ladislai Batthyány-Strattmann die vicesima secunda Ianuarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Martii, anno **MMIII**, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

68 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 93 Sigilli

In Secret. Status tab., n 542.454

ALLOCUTIONES**I**

Ad episcopos Australiae.*

*Your Eminence,
Dear Brother Bishops,*

1. "Grace, mercy, and peace from God the Father and Christ Jesus our Lord".¹ With fraternal affection I warmly welcome you, the Bishops of Australia. I thank Archbishop Carroll for the good wishes and kind sentiments expressed on your behalf. I warmly reciprocate them and I assure you of my prayers for yourselves and those entrusted to your pastoral care. Your first visit *ad Limina Apostolorum* in this new millennium is an occasion to give thanks to God for the immense gift of faith in Jesus Christ which has been welcomed and treasured by the peoples of your country.² As servants of the Gospel for the hope of the world, your coming to see Peter³ affirms and consolidâtes that collegiality which gives rise to unity in diversity and safeguards the integrity of the tradition handed down by the Apostles.⁴

2. Our Lord's call to "come follow me"⁵ is as valid today as it was on the shores of Lake Galilée more than two thousand years ago. The joy and hope of Christian discipleship mark the lives of countless Australian priests, Religious, and faithful men and women who together strive to respond to Christ's call and bring his truth to bear on the ecclesial and ci vie life of your nation. Yet it is also true that the pernicious ideology of secularism has found fertile ground in Australia. At the root of this disturbing development is the attempt to promote a vision of humanity without God. It exaggerates individualism, sunders the essential link between freedom and truth, and corrodes the relationships of trust which characterize genuine social living. Your own reports unequivocally describe some of the destructive conséquences of this eclipse of the sensé of God: the undermining of family life; a drift away

* Die 26 Martii 2004

¹ *1 Tim* 1:2.

² Cf. *Ecclesia in Oceania*, 1

³ Cf. *Gal* 1:18.

⁴ Cf. *Pastores gregis*, 57.

⁵ *ufi* 4:19.

from the Church; a limited vision of life which fails to awaken in people the sublime call to "direct their steps towards a truth which transcends them".⁶

In the face of such challenges, when the winds are against us,⁷ the Lord himself calls out: "Courage! It is I! Have no fear".⁸ Remaining firm in trust, you too can dispel apprehension and fear. Especially within a culture of the "here and now", Bishops must stand out as fearless prophets, witnesses and servants of the hope of Christ.⁹ In proclaiming this hope, which Springs from the Cross, I am confident that you will lead men and women from the shadows of moral confusion and ambiguous thinking into the radiance of Christ's truth and love. Indeed, it is only by understanding humanity's final destination — eternal life in heaven — that the multitude of daily joys and sorrows can be explained, enabling people to embrace the mystery of their own life with confidence.¹⁰

3. The Church's witness to the hope that she holds¹¹ is especially powerful when she gathers together for worship. Sunday Mass, because of its special solemnity, the obligatory presence of the faithful, and its celebration on the day when Christ conquered death, expresses with great emphasis the Eucharist's inherent ecclesial dimension: the mystery of the Church is made present in a most tangible way.¹² Consequently Sunday is the "supreme day of faith", "an indispensable day", "the day of Christian hope"!

Any weakening in the Sunday observance of Holy Mass weakens Christian discipleship and dims the light of witness to Christ's presence in our world. When Sunday loses its fundamental meaning and becomes subordinate to a secular concept of "weekend" dominated by such things as entertainment and sport, people stay locked within a horizon so narrow that they can no longer see the heavens.¹³ Rather than being truly satisfied or revitalized, they remain entrapped in a senseless pursuit of the novel and deprived of the perennial freshness of Christ's "living water".¹⁴ Though the secularization of the Lord's day understandably causes you much worry you can,

⁶ *Fides et ratio*, 5

⁷ Cf. *Mk* 6:48.

⁸ *Mk* 6:50.

⁹ Cf. *Pastores gregis*, 3

¹⁰ Cf. *Fides et ratio*, 81.

¹¹ Cf. *1 Pt* 3:15

¹² Cf. *Dies Domini*, 34

¹³ Cf. *Dies Domini*, 4.

¹⁴ *Jn* 4:11

however, draw comfort from the faithfulness of the Lord himself who continues to beckon his people with a love which challenges and calms.¹⁵ In urging the dear faithful of Australia — and in a special way the young people — to remain faithful to the celebration of Sunday Mass, I make my own the words found in the Letter to the Hebrews: "hold fast the confession of our hope without wavering, ... not neglecting to meet together ... but encouraging one another".¹⁶

To you as Bishops I suggest that as moderators of the liturgy you give pastoral priority to catechetical programmes which instruct the faithful about the true meaning of Sunday and inspire them to observe it fully. To this end I refer you to my Apostolic Letter *Dies Domini*. It outlines the pilgrim and eschatological character of the People of God, which can so easily be overshadowed today by shallow sociological understandings of community. As a remembrance of a past event and the celebration of the living presence of the Risen Lord amidst his people, Sunday also looks to the future glory of his return and the fullness of Christian hope and joy.

4. Intimately linked to the liturgy is the Church's mission to evangelize. While the liturgical renewal, ardently desired by the Second Vatican Council, has rightly resulted in a more active and conscious participation of the faithful in the tasks proper to them, such involvement must not become an end in itself. The "purpose of being with Jesus is to go forth from Jesus, in his power and with his grace".¹⁷

It is precisely this dynamic that the Prayer after Communion and the Concluding Rite of the Mass articulate.¹⁸ Sent by the Lord himself into the vineyard — the home, the workplace, schools, civic organizations — disciples of Christ find no room for "standing idle in the marketplace"¹⁹ nor can they be so deeply immersed in the internal Organization of parish life, that they are distracted from the command to evangelize others actively.²⁰ Renewed by the strength of the Risen Lord and his Spirit, Christus followers must return to their "vineyard" burning with a desire to "speak" of Christ and to "show" him to the world.²¹

¹⁵ Cf. *Ecclesia in Oceania*, 3.

¹⁶ *Heb* 10:23-25.

¹⁷ *Ecclesia in Oceania*, 3.

¹⁸ Cf. *Dies Domini*, 45.

¹⁹ *Mt* 20:3.

²⁰ Cf. *Christifideles laici* 2.

²¹ Cf. *Novo millennio ineunte*, 16,

5. The *communio* that exists between a Bishop and his priests demands that the well-being of the presbyterate be close to every Bishop's heart. The 1998 *Statement of Conclusions*²² noted, with good reason, the great dedication of the priests serving the Church in Australia.²³ In expressing my own appréciation of their tireless and unassuming service, I encourage you always to listen to your priests, as a father would listen to a son. In a secular context such as yours it is of particular importance that you help your priests to appreciate that their spiritual identity must consciously shape all their pastoral activity. The priest is never a manager or mere defender of a particular point of view. In imitation of the Good Shepherd, he is a disciple seeking to transcend his own personal limitations and rejoice in a life of intimacy with Christ. A relationship of deep communion and friendship with Jesus, in which the priest habitually talks "heart to heart with the Lord",²⁴ will nurture his quest for holiness, enriching not only himself but the entire community he serves.

It is in embracing the universal call to holiness²⁵ that the particular vocation to which God summons every individual is found. In this regard I am sure that your initiatives to promote a culture of vocation and to treasure the various states of ecclesial life, which exist so that "the world may believe",²⁶ will bear fruit. As for the young men who generously respond to God's call to the priesthood, I again affirm that they must receive your every assistance as they strive for a life of simplicity, chastity and humble service, in imitation of Christ, the Eternal High Priest, of whom they are to become living icons.²⁷

6. The contribution of consecrated men and women to the mission of the Church and the building up of civil society has been of immeasurable worth to your nation. Innumerable Australians have benefited from the selfless commitment of Religious to pastoral ministry and spiritual guidance as well as to education, social and medical work, and care of the elderly. Your reports attest to your admiration of these men and women, whose "gift of self for love of the Lord Jesus and, in him, of every member of the human family"²⁸ so enriches the life of your diocèses.

This deep appréciation of consecrated life is rightly accompanied by your concern for the decline in Religious vocations in your country. A renewed

²² Interdicasterial Meeting with a représentation of the Australian Bishops

²³ Cf. No. 19

²⁴ Instruction *The Priest, Pastor and Leader of the Parish Community*, 27.

²⁵ Cf. *1 Th* 4:3

²⁶ *Jn* 17:21

²⁷ Cf. *Pastores dabo vobis*, 33.

²⁸ *Vita consecrata*, 3.

clarity is needed to articulate the particular contribution of Religious to the life of the Church: a mission to make the love of Christ présent in the midst of humanity.²⁹ Such clarity will give rise to a new *kairos*, with Religious confidently reaffirming their calling and, under the guidance of the Holy Spirit, proposing afresh to young people the ideal of consécration and mission. The evangelical counsels of chastity, poverty and obédience, embraced for the love of God, splendidly illuminate the fidelity, self-possession and authentic freedom necessary to live the fullness of life to which ail men and women are called. With these sentiments I again assure Religious Priests, Brothers and Sisters of the vital witness they provide by radically Walking in the footsteps of Christ.

7. Dear Brothers, I am pleased to acknowledge your steadfast efforts to uphold the uniqueness of marriage as a life-long covenant based on generous mutual giving and unconditional love. The Church's teaching on marriage and stable family life offers saving truth to individuáis and a sure foundation upon which the aspirations of your nation can be anchored. Incisive and faithful explanation of Christian doctrine regarding marriage and the family is of utmost importance in order to counter the secular, pragmatic and individualiste outlook which has gained ground in the area of législation and even a certain acceptance in the realm of public opinion.³⁰ Of particular concern is the growing trend to equate marriage with other forms of cohabitation. This obfuscates the very nature of marriage and violâtes its sacred purpose in God's pian for humanity.³¹

Raising families according to the splendour of Christ's truth is a sharing in God's work of création. It lies at the heart of the call to promote a civilization of love. The deep-seated love of mothers and fathers for their children is also the Church's, as is the pain experienced by parents when their children fall victim to forces and trends which draw them away from the path of truth, leaving them disorientated and confused. Bishops must continue to support parents who, despite the often bewildering social difficulties of today's world, are in a position to exercise great influence and offer broader horizons of hope.³² It is the Bishop's particular task to ensure that within

²⁹ Cf. Instruction *Starting Afresh From Christ, A Renewed Commitment to Consecrated Life in the Third Millennium*, 5.

³⁰ Cf. *Ecclesia %n Oceania*, 45.

³¹ Cf. *Familiaris consortio*, 3.

³² Cf. *Pastores gregis*, 51.

civil society — including the media and entertainment industry sectors — the values of marriage and family life are supported and defended.³³

8. Finally I wish to acknowledge the noble contribution the Church in Australia makes to the attainment of social justice and solidarity. Your leadership in the defence of the fundamental rights of refugees, migrants and asylum seekers, and the developmental support offered to indigenous Australians, are shining examples of the "commitment to practical and concrete love for every human being"³⁴ to which I have called the whole Church. Australia's growing role as a leader in the Pacific region presents an opportunity for you to respond to the pressing need for a careful discernment of the phenomenon of globalization. Vigilant concern for the poor, the abandoned and the mistreated, and promotion of a globalization of charity will do much to indicate a path of genuine development which overcomes social marginalization and favours economic benefit for all.³⁵

9. Dear Brothers, with affection and fraternal gratitude I offer these reflections to you and assure you of my prayers as you seek to shepherd the flocks entrusted to you. United in your proclamation of the Good News of Jesus Christ, go forward now in hope! With these sentiments I commend you to the protection of Mary, Mother of the Church, and to the intercession and guidance of Blessed Mary MacKillop. To you and to the priests, deacons, Religious and lay faithful of your dioceses, I cordially impart my Apostolic Blessing.

II

Ad Apostolicam Paenitentiarium.*

*Signor Cardinale,
venerati Fratelli nel sacerdozio,
carissimi giovani!*

1. Sono lieto di accogliere in questo tempo santo della Quaresima, cammino della Chiesa verso la Pasqua sulle orme di Cristo Signore, tutti i partecipanti al Corso sul Foro interno. Promosso ogni anno dal Tribunale della

³³ Cf. *ibid.*, 52.

³⁴ *Novo millennio ineunte*, 49

³⁵ Cf. *Pastores gregis*, 69

* Die 27 Martii 2004

Penitenzieria Apostolica, il corso è seguito con particolare interesse non solo da sacerdoti e confessori, ma anche da seminaristi che intendono prepararsi ad esercitare con generosità e sollecitudine il ministero della Riconciliazione, così essenziale per la vita della Chiesa.

Saluto innanzitutto Lei, Signor Cardinale James Francis Stafford, che, nella veste di Penitenziere Maggiore, accompagna per la prima volta questo scelto gruppo di maestri e di alunni, insieme con gli ufficiali dello stesso Tribunale. Vedo con gioia che sono presenti anche i benemeriti Religiosi di diversi Ordini dediti al ministero della Penitenza nelle Basiliche patriarcali di Roma, a beneficio dei fedeli dell'Urbe e dell'Orbe. Tutti saluto con affetto.

2. Trent'anni or sono entrava in vigore in Italia il nuovo *Rito della Penitenza*, promulgato qualche mese prima dalla Congregazione per il Culto Divino. Mi sembra doveroso ricordare questa data che ha messo nelle mani dei sacerdoti e dei fedeli un prezioso strumento di rinnovamento della Confessione sacramentale sia nelle premesse dottrinali che nelle indicazioni per una degna celebrazione liturgica. Vorrei attirare l'attenzione sull'ampia messe di testi della Sacra Scrittura e di preghiere, che il nuovo Rito presenta per dare al momento sacramentale tutta la bellezza e la dignità di una confessione di fede e di lode al cospetto di Dio.

Merita inoltre di essere sottolineata la novità della formula dell'assoluzione sacramentale, che mette meglio in luce la dimensione trinitaria di questo sacramento: la misericordia del Padre, il mistero pasquale di morte e di risurrezione del Figlio, l'effusione dello Spirito Santo.

3. Con il nuovo *Rito della Penitenza*, così ricco di spunti biblici, teologici e liturgici, la Chiesa ha messo nelle nostre mani un opportuno aiuto per vivere il Sacramento del perdono nella luce del Cristo risorto. Il giorno stesso di Pasqua, come ricorda l'evangelista, Gesù entrò a porte chiuse nel Cenacolo, alitò sui discepoli e disse: «Ricevete lo Spirito Santo; a chi rimetterete i peccati saranno rimessi e a chi non li rimetterete resteranno non rimessi».¹ Gesù comunica il suo Spirito, che è la «remissione di tutti i peccati», com'è detto nel *Messale Romano*,² affinché il penitente ottenga, per il ministero dei presbiteri, la riconciliazione e la pace.

Frutto di questo sacramento non è solo la remissione dei peccati, necessaria per chi ha peccato. Esso « opera una autentica "risurrezione spirituale", restituisce la dignità e i beni della vita dei figli di Dio, di cui il più prezioso è

¹ Gv 20, 22.

² Cfr sabato della VII settimana di Pasqua, oraz. sulle offerte.

l'amicizia con Dio».³ Sarebbe illusorio voler tendere alla santità, secondo la vocazione che ciascuno ha ricevuto da Dio, senza accostarsi con frequenza e fervore a questo sacramento della conversione e della santificazione.

L'orizzonte della chiamata universale alla santità, che ho proposto come cammino pastorale della Chiesa all'inizio del terzo millennio,⁴ ha nel Sacramento della riconciliazione una premessa decisiva.⁵ È, infatti, il sacramento del perdono e della grazia, dell'incontro che rigenera e santifica, il sacramento che, insieme con l'Eucaristia, accompagna il cammino del cristiano verso la perfezione.

4. Per sua natura, esso comporta una purificazione, sia negli atti del penitente che mette a nudo la sua coscienza per il profondo bisogno di essere perdonato e rigenerato, sia nell'effusione della grazia sacramentale che purifica e rinnova. Mai saremo abbastanza santi da non avere bisogno di questa purificazione sacramentale: l'umile confessione, fatta con amore, suscita una purezza sempre più delicata nel servizio di Dio e nelle motivazioni che lo sostengono.

La Penitenza è sacramento di illuminazione. La parola di Dio, la grazia sacramentale, le esortazioni piene di Spirito Santo del confessore, vera « guida spirituale», l'umile riflessione del penitente ne illuminano la coscienza, gli fanno capire il male commesso e lo dispongono ad impegnarsi nuovamente nel bene. Chi si confessa con frequenza, e lo fa con desiderio di progredire, sa di ricevere nel sacramento, con il perdono di Dio e la grazia dello Spirito, una luce preziosa per il suo cammino di perfezione.

Finalmente il sacramento della Penitenza realizza un incontro unificante con Cristo. Progressivamente, di confessione in confessione, il fedele sperimenta una sempre più profonda comunione con il Signore misericordioso, fino alla piena identificazione con Lui, che si ha in quella perfetta « vita in Cristo » in cui consiste la vera santità.

Visto quale incontro con Dio Padre per Cristo nello Spirito, il sacramento della Penitenza rivela così non solo la sua bellezza, ma anche l'opportunità della sua celebrazione assidua e fervente. Esso è un dono anche per noi sacerdoti che, pur chiamati ad esercitare il ministero sacramentale, abbiamo le nostre mancanze da farci rimettere. La gioia di perdonare e di essere perdonati vanno insieme.

³ Catechismo della Chiesa Cattolica, 1468.

⁴ Cfr *Novo millennio ineunte* 30.

⁵ Cfr *d),d . 37*

5. Grande responsabilità di tutti i confessori è di esercitare con bontà, sapienza e coraggio questo ministero. Loro compito è di rendere amabile e desiderabile questo incontro che purifica e che rinnova nel cammino verso la perfezione cristiana e nel pellegrinaggio verso la Patria.

Mentre auguro a tutti voi, cari confessori, che la grazia del Signore vi renda degni ministri della « parola della riconciliazione »⁶ affido il vostro prezioso servizio alla Vergine Madre di Dio e Madre nostra, che la Chiesa in questo tempo di Quaresima invoca, in una delle Messe a lei dedicate, come « Madre della Riconciliazione ».

Con questi sentimenti a tutti imparto con affetto la mia Benedizione.

III

Ad quosdam episcopos Americae Septentrionalis.*

Dear Brother Bishops,

1. "Grace and peace to you from God our Father and the Lord Jesus Christ!"¹ At the beginning of this series of visits *ad Limina Apostolorum* by the Bishops of the United States of America, I offer a warm welcome to you, my Brother Bishops of the ecclesiastical provinces of Atlanta and Miami and of the Military Ordinariate.

Your visit to the tomb of Peter and to the house of Peter's Successor is in fact a spiritual pilgrimage to the heart of the Church. May it be for you a summons to a more intense encounter with Jesus Christ, a pause for reflection and discernment in the light of faith, and an impulse to new vigor in mission. I trust that this series of *ad Limina* visits will also bear particular fruit in a deeper appréciation of the mystery of the Church in all its richness, and a far-reaching discernment of the pastoral challenges facing the Bishops of the United States at the dawn of the new millennium.

Our meetings are taking place at a difficult time in the history of the Church in the United States. Many of you have already spoken to me of the pain caused by the sexual abuse scandal of the past two years and the urgent need for rebuilding confidence and promoting healing between Bishops,

⁶ Cfr 2 Cor 5, 19.

* Die 2 Aprilis 2004.

¹ Eph 1:2.

priests and the laity in your country. I am confident that the willingness which you have shown in acknowledging and addressing past mistakes and failures, while at the same time seeking to learn from them, will contribute greatly to this work of reconciliation and renewal. This time of purification will, by God's gr ace, lead to "a holier priesthood, a holier episcopate and a holier Church",² a Church ever more convinced of the truth of the Christian message, the redemptive power of the Cross of Christ, and the need for unity, fidelity and conviction in bearing witness to the Gospel before the world.

2. The history of the Church demonstrates that there can be no effective reform without interior renewal. This is true not only of individuals, but also of every group and institution in the Church. In the life of every Bishop the challenge of interior renewal must involve an integral understanding of his service as *pastor gregis*, entrusted by Christ's will with a specific ministry of pastoral governance in the Church and the responsibility and apostolic power which accompany that ministry. To be an effective *pastor gregis*, however, the Bishop must also strive constantly to be *forma gregis*,³ his apostolic authority must be seen first and foremost as a religious witness to the Risen Lord, to the truth of the Gospel and to the mystery of salvation present and at work in the Church. The Tenth Ordinary Assembly of the Synod of Bishops recalled that "the Bishop's life is to be completely submitted to the word of God in his daily commitment of preaching the Gospel in all patience and sound doctrine".⁴

The renewal of the Church is thus closely linked to the renewal of the episcopal office. Since the Bishop is called in a unique way to be an *alter Christus*, a vicar of Christ in and for his local Church, he must be the first to conform his life to Christ in holiness and constant conversion. Only by himself putting on the mind of Christ⁵ and acquiring "a fresh, spiritual way of thinking",⁶ will he be able to carry out effectively his role as a successor of the Apostles, the guide of the faith community, and the coordinator of those charisms and missions which the Holy Spirit constantly pours out upon the Church.

3. The recent Synod of Bishops and the Post-Synodal Apostolic Exhortation *Pastores gregis* have spoken insistently of the need to appropriate an

² Address to American Cardinals and Bishops, 23 April 2002, 4.

³ Cf. *1 Pet* 5:3

⁴ *Pastores gregis*, 28; Cf. *2 Tim* 4:2.

⁵ Cf. *Phil* 2:5.

⁶ *Eph* 4:23

ecclesiology of communion and mission, which must be "our fundamental point of référence" for understanding and exercising the episcopal ministry.⁷ In doing so, they have taken up the core vision of the Second Vatican Council, which called for a renewed appréciation of the mystery of the Church, grounded in the trinitarian life of Father, Son and Holy Spirit,⁸ as the basis of a reaffirmation of her inner unity and her missionary outreach to the world.

This appeal of the Council is as valid today as ever. A return to the heart of the Church, a recovery of faith's vision of the nature and purpose of the Church in God's plan, and a clearer understanding of her relation to the world must be an essential part of that constant conversion to God's revealed word which is demanded of every member of the Body of Christ, reborn in Baptism and called to work for the spread of God's Kingdom on earth.⁹

Ecclesia sancta simul et semper purificanda. The Council's urgent summons to pray, work and hope that the image of Christ may shine ever more brightly on the face of the Church¹⁰ calls for a constant reaffirmation of faith's assent to God's revealed word and a return to the sole source of all authentic ecclesial renewal: the Scriptures and the Apostolic Tradition as authoritatively interpreted by the Church's Magisterium. Indeed, the Council's vision, which found expression in the great Constitutions *Lumen gentium* and *Gaudium et spes*, remains "a sure compass by which to take our bearings in the Century now beginning".¹¹

4. Dear Brothers, at the start of these meetings of the Successor of Peter with the Bishops of the United States, I wish to reaffirm my confidence in the Church in America, my appréciation of the deep faith of America's Catholics and my gratitude for their many contributions to American society and to the life of the Church throughout the world. Viewed with the eyes of faith, the présent moment of difficulty is also a moment of hope, that hope which "does not disappoint",¹² because it is rooted in the Holy Spirit, who constantly raises up new énergies, Gallings and missions within the Body of Christ.

The Special Assembly of the Synod of Bishops, celebrated in the wake of the epochal events of September 11, 2001, rightly noted that the Bishop is

⁷ *Pastores gregis*, 2.

⁸ Cf. *Ad gentes*, 2; *Lumen gentium*, 2-4.

⁹ Cf. *Lumen gentium*, 36.

¹⁰ Cf. *Lumen gentium*, 15.

¹¹ *Novo millennio ineunte* 57.

¹² *Rom* 5:5.

called to be a prophet, witness and servant of hope to the world,¹³ not only because he proclaims to all the basis of our Christian hope¹⁴ but also because he makes that hope present through his pastoral ministry, centered as it is on the three *munera* of sanctifying, teaching and governing. The exercise of this prophetic witness in contemporary American society has, as many of you have pointed out, been made increasingly difficult by the aftermath of the recent scandal and the outspoken hostility to the Gospel in certain sectors of public opinion, yet it cannot be evaded or delegated to others. Precisely because American society is confronted by a disturbing loss of the sense of the transcendent and the affirmation of a culture of the material and the ephemeral, it desperately needs such a witness of hope. It is in hope that we have been saved;¹⁵ the Gospel of hope enables us to discern the consoling presence of God's Kingdom in the midst of this world and offers confidence, serenity and direction in place of that hopelessness which inevitably spawns fear, hostility and violence in the hearts of individuals and in society as a whole.

5. For this reason I pray that our meetings will not only strengthen the hierarchical communion which unites the Successor of Peter with his Brother Bishops in the United States, but will bear abundant fruit for the growth of your own local Churches in unity and in missionary zeal for the spread of the Gospel. In this way, they will come to reflect ever more fully the "great mystery" of the Church which, in the words of the Council, is in Christ as it were a "sacrament of intimate union with God and of the unity of all mankind"¹⁶ the firstfruits of the Kingdom of God and the prophetic foreshadowing of a world reconciled and at peace.

In the coming months, I would like to engage you and your Brother Bishops in a series of reflections on the exercise of the episcopal office in the light of the threefold *munus* by which the Bishop, through sacramental ordination, is conformed to Jesus Christ, priest, prophet and king. It is my hope that a consistent reflection on the gift and mystery entrusted to us will contribute to the fulfillment of your ministry as heralds of the Gospel and to the renewal of the Church in the United States.

6. Dear Brothers, I assure you of my prayers for each of you and for all the clergy, religious and lay faithful entrusted to your pastoral care. As we

¹³ Cf. *Pastores gregis*, 3.

¹⁴ Cf. *1 Pet* 3:15.

¹⁵ Cf. *Rom* 8:24.

¹⁶ *Lumen gentium*, 1.

strive to meet the challenges which lie ahead of us, let us never cease to thank the Triune God for the rich variety of gifts which he has bestowed upon the Church in America and to look with confidence to the future which his providence is even now opening before us. With great affection I commend all of you to the loving intercession of Mary Immaculate, Patroness of the United States of America, and cordially impart my Apostolic Blessing as a pledge of joy and peace in the Lord.

NUNTII

I

Presbyteris « in Cena Domini » missus.

Dear Priests!

1. It is with great joy and affection that I write you this Holy Thursday Letter, following a tradition which began with my first Easter as the Bishop of Rome twenty-five years ago. Our annual encounter through this Letter is a particularly fraternal one, thanks to our common sharing in the Priesthood of Christ, and it takes place in the liturgical setting of this holy day marked by its two significant celebrations: the morning Chrism Mass, and the evening Mass *in Cena Domini*.

I think of you first as you gather in the cathedrals of your different dioceses around your respective Ordinaries for the renewal of your priestly promises. This eloquent rite takes place following the consecration of the Holy Oils, especially the Chrism, and is a most fitting part of the Chrism Mass, which highlights the image of the Church as a priestly people made holy by the sacraments and sent forth to spread throughout the world the good odour of Christ the Saviour.¹

At dusk I see you entering the Upper Room for the beginning of the Easter Triduum. It is precisely to that "*large room upstairs*"² that Jesus invites us to return each Holy Thursday, and it is there above all that I most cherish meeting you, my dear brothers in the priesthood. At the Last Supper,

¹ 2 Cor 2:14-16.

² Lk 22:12

we wer e born as priests: for this reason it is both a pleasure and a duty to gather once again in the Upper Room and to remind one another with heartfelt gratitude of the lofty mission which we share.

2. We were born from the Eucharist. If we can truly say that the whole Church lives from the Eucharist ("*Ecclesia de Eucharistia vivit*"), as I reaffirmed in my recent Encyclical, we can say the same thing about the ministerial priesthood: it is born, lives, works and bears fruit "*de Eucharistia*".³ "There can be no Eucharist without the priesthood, just as there can be no priesthood without the Eucharist".⁴

The ordained ministry, which may never be reduced to its merely functional aspect since it belongs on the level of "being", enables the priest to act *in persona Christi* and culminâtes in the moment when he consecrates the bread and wine, repeating the actions and words of Jesus during the Last Supper.

Before this extraordinary reality we find ourselves amazed and overwhelmed, so deep is the humility by which God "stoops" in order to unite himself with man! If we feel moved before the Christmas crib, when we contemplate the Incarnation of the Word, what must we feel before the altar where, by the poor hands of the priest, Christ makes his Sacrifice présent in time? We can only fall to our knees and silently adore this supreme mystery of faith.

3. "*Mysterium fidei*", the priest proclaims after the consécration. The Eucharist is a mystery of faith, yet the priesthood itself, by reflection, is also a mystery of faith.⁵ The same mystery of sanctification and love, the work of the Holy Spirit, which makes the bread and wine become the Body and Blood of Christ, is at work in the person of the minister at the moment of priestly ordination. There is a particular interplay between the Eucharist and the priesthood, an interplay which goes back to the Upper Room: these two Sacraments were born together and their destiny is indissolubly linked until the end of the world.

Here we touch on what I have called the "*apostolicity of the Eucharist*".⁶ The sacrament of the Eucharist—like the sacrament of Reconciliation—was entrusted by Christ to the Apostles and has been passed down by them and

³ Cf. Council of Trent, Sess. XXII, canon 2: *DS* 1752.

⁴ Cf. *Gift and Mystery. On the Fiftieth Anniversary of My Priestly Ordination*, New York, 1996, pp 77-78.

⁵ Cf. *ibid.*, p 78.

⁶ Cf. Encyclical *Ecclesia de Eucharistia*, 26-33.

their successors in every generation. At the beginning of his public life, the Messiah called the Twelve, appointed them "to be with him" and sent them out on mission.⁷ At the Last Supper, this "being with" Jesus on the part of the Apostles reached its culmination. By celebrating the Passover meal and instituting the Eucharist, the divine Master brought their vocation to its fulfilment. By saying "Do this in memory of me", he put a Eucharistic seal on their mission and, by uniting them to himself in sacramental communion, he charged them to perpetuate that most holy act in his memory.

As he pronounced the words "Do this..." Jesus' thoughts extended to the successors of the Apostles, to those who would continue their mission by distributing the food of life to the very ends of the earth. In some way, then, dear brother priests, in the Upper Room we too were called personally, each one of us, "with brotherly love" (*Preface of the Chrism Mass*), to receive from the Lord's sacred hands the Eucharistic Bread and to break it as food for the People of God on their pilgrim way through time towards our heavenly homeland.

4. The Eucharist, like the priesthood, is a gift from God "which radically transcends the power of the assembly" and which the assembly "receives through episcopal succession going back to the Apostles".⁸ The Second Vatican Council teaches that "the ministerial priest, by the sacred power that he enjoys ... effects the Eucharistic Sacrifice in the person of Christ and offers it to God in the name of all the people".⁹ The assembly of the faithful, united in faith and in the Spirit and enriched by a variety of gifts, even though it is the place where Christ "is present in his Church, especially in her liturgical celebrations,"¹⁰ is not by itself able to celebrate the Eucharist or to provide the ordained minister.

Quite rightly, then, the Christian people gives thanks to God for the gift of the Eucharist and the priesthood, while praying unceasingly that priests will never be lacking in the Church. The number of priests is never sufficient to meet the constantly increasing demands of evangelization and the pastoral care of the faithful. In some places of the world the shortage of priests is all the more urgently felt since today the number of priests is dwindling without sufficient replacements from the younger generation. In other places, thank God, we see a promising spring-time of vocations. There is also a growing

⁷ *Clm* 3:14-15

⁸ Encyclical *Ecclesia de Eucharistia*, 29

⁹ Dogmatic Constitution *Lumen gentium*, 10.

¹⁰ Constitution *Sacrosanctum Concilium*, !..

awareness among the People of God of the need to pray and work actively to promote vocations to the priesthood and to the consecrated life.

5. Vocations are indeed a gift from God for which we must pray unceasingly. Following the invitation of Jesus, we need to pray the Lord of the harvest to send out labourers into his harvest.¹¹ Prayer, enriched by the silent offering of suffering, remains the first and most effective means of *pastoral work for vocations*. To pray means to keep our gaze fixed on Christ, confident that from him, the one High Priest, and from his divine oblation, there will be an abundant growth, by the work of the Holy Spirit, of the seeds of those vocations needed in every age for the Church's life and mission.

Let us pause in the Upper Room and contemplate the Redeemer who instituted the Eucharist and the priesthood at the Last Supper. On that holy night he *called by name* each and every priest in every time. He looked at each one of them with the same look of loving encouragement with which he looked at Simon and Andrew, at James and John, at Nathanael beneath the fig tree, and at Matthew sitting at the tax office. Jesus has called us and, along a variety of paths, he continues to call many others to be his ministers.

From the Upper Room Christ tirelessly seeks and calls. Here we find the origin and the perennial source of an authentic pastoral promotion of priestly vocations. Let us consider ourselves, my brothers, the first ones responsible in this area, ready to help all those whom Christ wishes to associate to his priesthood to respond generously to his call.

First, however, and more than any other effort on behalf of vocations, our personal fidelity is indispensable. What counts is our personal commitment to Christ, our love for the Eucharist, our fervour in celebrating it, our devotion in adoring it and our zeal in offering it to our brothers and sisters, especially to the sick. Jesus the High Priest continues personally to call new workers for his vineyard, but he wishes from the first to count on our active cooperation. Priests in love with the Eucharist are capable of communicating to children and young people that "*Eucharistie amazement*" which I have sought to rekindle with my Encyclical *Ecclesia de Eucharistia*.¹² Generally these are the priests who lead them to the path of the priesthood, as the history of our own vocations might easily show.

¹¹ Cf. *Mt* 9:37

¹² Cf. No. 6.

6. In the light of this, dear brother priests, I would ask you, among other initiatives, to *show special care for altar servers*, who represent a kind of "garden" of priestly vocations. The group of altar servers, under your guidance as part of the parish community, can be given a valuable expérience of Christian éducation and become a kind of pre-seminary. Help the parish, as a family made up of families, to look upon the altar servers as their own children, like "*olive shoots around the table*" of Jesus Christ, the Bread of Life.¹³

With the help of the families most involved and catechists, be particularly concerned for the group of servers so that, through their service at the altar, each of them will learn to grow in love for the Lord Jesus, to recognize him truly présent in the Eucharist and to expérience the beauty of the liturgy. Initiatives for altar servers on the diocesan or local level should be promoted and encouraged, with attention to the différent age groups. During my years of episcopal ministry in Krakow I was able to see the great benefits which can accrue from a concern for their human, spiritual and liturgical training. When children and young people serve at the altar with joy and enthusiasm, they offer their peers an eloquent witness to the importance and beauty of the Eucharist. Thanks to their own lively imagination and the explanations and example given by priests and their older friends, even very young children can grow in faith and develop a love for spiritual realities.

Finally, never forget that you yourselves are the first "Apostles" of Jesus the High Priest. Your own witness counts more than anything else. Altar servers see you at the regular Sunday and weekday célébrations; in your hands they see the Eucharist "take place", on your face they see its mystery reflected, and in your heart they sense the summons of a greater love. May you be for them fathers, teachers and witnesses of Eucharistic piety and holiness of life!

7. Dear brother priests, your particular mission in the Church requires that you be "friends" of Christ, constantly contemplating his face with docility at the school of Mary Most Holy. Pray unceasingly, as the Apostle exhorts,¹⁴ and encourage the faithful to pray for vocations, for the persévérance of those called to the priestly life and for the sanctification of all priests. Help your communities to love ever more fully that unique "gift and mystery" which is the ministerial priesthood.

¹³ Cf. *Ps* 127:3

¹⁴ Cf. *1 Th* 5:17,

In the prayerful setting of Holy Thursday, I would recal once again some invocations of the Litany of Jesus Christ Priest and Victim,¹⁵ which I have recited for many years with great spiritual profit:

Iesu, Sacerdos et Victima,

Iesu, Sacerdos qui in novissima Cena formam sacrificii perennis instituisti,

Iesu, Pontifex ex hominibus assumpte,

Iesu, Pontifex pro hominibus constitute,

*Iesus, Pontifex qui tradidisti te metipsum Deo oblationem et hostiam,
miserere nobis!*

Ut pastores secundum cor tuum populo tuo providere digneris,

ut in messem tuam operarios fideles mittere digneris,

ut fideles mysteriorum tuorum dispensatores multiplicare digneris,

Te rogamus, audi nos!

8. I entrust each of you and your daily ministry to Mary, Mother of Priests. During the recitation of the Rosary, the fifth *mystery of light* leads us to contemplate with Mary's eyes the gift of the Eucharist, to marvel at the love that Jesus showed "to the end"¹⁶ in the Upper Room, and at his humble presence in every tabernacle. May the Blessed Virgin obtain for you the grace never to take for granted the mystery put in your hands. With endless gratitude to the Lord for the amazing gift of his Body and Blood, may you persevere faithfully in your priestly ministry.

Mary, Mother of Christ our High Priest, pray that the Church will always have numerous and holy vocations, faithful and generous ministers of the altar!

Dear brother priests, I wish you and your communities a Holy Easter and to all of you I affectionately impart my blessing.

From the Vatican, on 28 March, the Fifth Sunday of Lent, in the year 2004, the twenty-sixth of my Pontificate.

IOANNES PAULUS PP. II

¹⁵ Cf. *Gift and Mystery*, pp 108-114

¹⁶ *Jn* 13:1

II

Die Paschatis missus.*

1. «Resurrexit, alleluia — È risorto, alleluia!». Anche quest'anno l'annuncio gioioso della Pasqua, risonato con potenza nella Veglia di questa notte, viene a rendere più salda la nostra speranza. «Perché cercate tra i morti colui che è vivo? Non è qui, è risuscitato».¹ Così l'Angelo rincuora le donne accorse al sepolcro. Così ripete la liturgia pasquale a noi, uomini e donne del terzo millennio: Cristo è risorto, Cristo è vivo tra noi! Il suo nome ormai è «il Vivente», la morte non ha più alcun potere su di lui.²

2. *Resurrexit!* Oggi Tu, Redentore dell'uomo, dal sepolcro ti ergi vittorioso per offrire anche a noi, turbati da tante ombre che incombono, il tuo augurio di gioia e di pace. A Te, o Cristo, nostra vita e nostra guida, si volga chi è tentato dallo sconforto e dalla disperazione, per udire l'annuncio della speranza che non delude. In questo giorno del tuo trionfo sulla morte, l'umanità trovi in Te, o Signore, il coraggio di opporsi in modo solidale ai tanti mali che l'affliggono. Trovi in particolare la forza di far fronte al disumano, e purtroppo dilagante, fenomeno del terrorismo, che nega la vita e rende torbida e insicura l'esistenza quotidiana di tanta gente laboriosa e pacifica. La tua sapienza illumini gli uomini di buona volontà nel doveroso impegno contro questo flagello.

3. L'opera delle istituzioni nazionali e internazionali affretti il superamento delle presenti difficoltà e favorisca il progresso verso un'organizzazione più ordinata e pacifica del mondo. Trovi conferma e sostegno l'azione dei responsabili per una soluzione soddisfacente dei persistenti conflitti, che insanguinano alcune regioni dell'Africa, l'Iraq e la Terra Santa. Tu, primogenito di molti fratelli, fa' che tutti coloro che si sentono figli di Abramo riscoprano la fraternità che li accomuna e li spinge a propositi di cooperazione e di pace.

4. Ascoltate voi tutti che avete a cuore il futuro dell'uomo! Ascoltate uomini e donne di buona volontà! La tentazione della vendetta ceda il passo al coraggio del perdono; la cultura della vita e dell'amore renda vana la logica della morte; la fiducia torni a dar respiro alla vita dei popoli. Se unico è il

* Die 11 Aprilis 2004.

¹ Lc 24, 5-6.

² Cfr Rm 6, 9,

nostro avvenire, è impegno e dovere di tutti costruirlo con paziente e solerte lungimiranza.

5. «Signore, da chi andremo?». Tu che hai vinto la morte, Tu solo «hai parole di vita eterna».³ A Te noi leviamo con fiducia la nostra preghiera, che diventa invocazione di conforto per i familiari delle tante vittime della violenza. Aiutaci a lavorare senza sosta all'avvento di quel mondo più giusto e solidale che, risorgendo, Tu hai inaugurato. Ci è accanto in questo impegno «Coeleste che ha creduto nell'adempimento delle parole del Signore».⁴ Beata Te, Maria, silenziosa testimone della Pasqua! Tu, Madre del Crocifisso risorto, che nell'ora del dolore e della morte hai tenuto la fiamma della speranza, insegna anche a noi ad essere, tra le contraddizioni del tempo che passa, testimoni convinti e gioiosi del perenne messaggio di vita e di amore portato nel mondo dal Redentore risorto.

³ *Qv* 6, 68.

* *Lei*, 45.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

De quibusdam observandis et vitandis circa sanctissimam Eucharistiam.

PROOEMIUM

1. Redemptionis sacramentum¹ Mater Ecclesia in sanctissima Eucharistia firma fide agnoscit laetanterque accipit, celebrat et adoranter veneratur, Christi Iesu mortem annuntians eiusque resurrectionem confitens, donec ipse in gloria veniat,² ut, Dominus et Dominator invictus, Sacerdos aeternus et universorum Rex, regnum veritatis et vitae maiestati immensae omnipotentis Patris tradat.³

2. Doctrina Ecclesiae de sanctissima Eucharistia, in qua continetur totum bonum spirituale Ecclesiae, ipse scilicet Christus, Pascha nostrum,⁴ quae totius vitae christianae fons est et culmen⁵ et cuius causalis impulsus sub ipsis Ecclesiae originibus subest,⁶ sollicita cura magnaue auctoritate decursu saeculorum in scriptis Conciliorum et Summorum Pontificum exposita est. Novissime autem in Litteris Encyclicis «*Ecclesia de Eucharistia*» Summus

¹ Cf. **MISSALE ROMANUM**, ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP VI promulgatum, Ioannis Pauli PP II cura, recognitum, editio typica tertia, diei 20 aprilis 2000, Typis Vaticanis, 2002, Missa votiva de Dei misericordia, oratio super oblata, p. 1159

² Cf. *1 Cor* 11, 26; **MISSALE ROMANUM**. Prex Eucharistica, acclamatio post consecrationem, p. 576; **IOANNES PAULUS PP. II**, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, diei 17 aprilis 2003, nn. 5, 11, 14, 18: AAS 95 (2003) pp. 436, 440-441, 442, 445.

³ Cf. *Is* 10, 33; 51, 22; **MISSALE ROMANUM**. In sollemnitate Domini nostri Iesu Christi, universorum Regis, Praefatio, p. 499.

⁴ Cf. *1 Cor* 5, 7; **CONC. OECUM. VAT. II**, Decr. de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, diei 7 decembris 1965, n. 5; **IOANNES PAULUS PP II**, Adh. Ap., *Ecclesia in Europa*, diei 28 iunii 2003, n. 75: AAS 95 (2003) pp. 649-719, hic p. 693.

⁵ Cf. **CONC. OECUM. V AT II**, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, diei 21 novembris 1964, n. 11.

⁶ Cf. **IOANNES PAULUS PP. II**, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, diei 17 aprilis 2003, n. 21: AAS 95 (2003) p. 447.

Pontifex Ioannes Paulus Pp. II denuo pro aetatis nostrae adiunctis ecclesiis elementa magni momenti eadem de re exposuit.⁷

Ut praesertim in celebratione sacrae Liturgiae etiam hodiernis diebus tantum mysterium debite tueatur Ecclesia, Summus Pontifex huic Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum mandavit,⁸ ut, collatis consiliis cum Congregatione pro Doctrina Fidei, hanc Instructionem appareret, in qua quaedam ad disciplinam Sacramenti Eucharistiae pertinentia tractarentur. Ea exinde quae in hac Instructione exhibentur in continuitate cum praedictis Litteris Encyclicis «*Ecclesia de Eucharistia*» sunt legenda.

Minime tamen in animo est in eadem summam normarum de sanctissima Eucharistia exarare, sed potius ad altam aestimationem normarum liturgicarum roborandam⁹ aliqua elementa, quae in iam enuntiatis seu statutis adhuc valida habentur, hac Instructione assumere ac quaedam statuere, quibus priora explicentur et compleantur, atque Episcopis, sed etiam Presbyteris, Diaconis et omnibus christifidelibus laicis exponere, ut quisque pro officio et posse haec omnia in effectum ducat.

3. Normae, quae in hac presenti Instructione continentur, ad rem liturgicam pertinere intellegantur in Ritu Romano, et, mutatis mutandis, in ceteris Ritibus Ecclesiae Latinae iure recognitis.

4. «Nihil dubitatur quin permagnas utilitates attulerit liturgica Concilii reformatio ad magis consciam, actuosam ac fructuosam fidelium participationem sancti Sacrificii altaris».¹⁰ Attamen «umbrae non desunt».¹¹ Sic taceri non possunt abusus etiam gravissimi contra naturam Liturgiae et sacramentorum necnon traditionem et auctoritatem Ecclesiae, qui nostra aetate haud raro in hoc vel illo ecclesiali ambitu celebrationes liturgicas affligunt. Aliquibus in locis abusu patratio in re liturgica facta est veluti mos, quod patet admitti non posse et cessare debere.

5. Observatio normarum ab Ecclesiae auctoritate emanatarum conformitatem mentis et vocis, actionis externae et attentionis cordis expostulat. Observatio mere externa normarum, sicut patet, essentiae contraria esset sacrae Liturgiae, in qua Christus Dominus congregare vult Ecclesiam suam

⁷ Cf. *ibidem*; AAS 95 (2003) pp. 433-475.

⁸ Cf. *ibidem*, n. 52: AAS 95 (2003) p. 468.

⁹ Cf. *ibidem*.

¹⁰ *Ibidem*, n. 10: AAS 95 (2003) p. 439.

¹¹ *Ibidem*; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Apost., *Vicesimus quintus annus*, diei 4 decembris 1988, nn. 12-13: AAS 81 (1989) pp. 909-910; cf etiam CONC. OECUM. VAT. II, Const., de s, Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, diei 4 decembris 1963, n. 48,

ut cum ipso fiat «unum corpus et unus spiritus».¹² Quapropter actio externa illuminata esse debet fide et caritate, quae nos cum Christo et ad invicem uniunt caritatemque pro pauperibus et derelictis creant. Verba autem et ritus liturgici expressio fidelis per saecula maturata sensus Christi sunt, nosque sentire docent sicut ipse;¹³ verbis illis conformantes nostram mentem, corda nostra elevamus ad Dominum. Quaecumque in hac Instructione dicuntur ad hanc conformationem sensus nostri cum sensu Christi, in verbis et ritibus liturgiae expresso, ducere intendunt.

6. Qui enim abusus «ad rectam obscurandam fidem doctrinamque catholicam super hoc mirabili Sacramento aliquid conferunt».¹⁴ Sic impeditur etiam ne «vivere rursus quodammodo» possint «fideles experientiam duorum discipulorum de Emmaus: "Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum"».¹⁵ Quia coram Dei virtute et divinitate¹⁶ ac splendore eius bonitatis praesertim in Sacramento Eucharistiae manifestae, decet omnes fideles habere et exercere sensum illum confitendae Dei maiestatis, quem per Filii Unigeniti salutiferam passionem acceperunt.¹⁷

7. Abusus haud raro in falso libertatis sensu radicem habent. Attamen Deus nobis in Christo non illam illusoriam libertatem concedit, qua quod volumus faciamus sed libertatem, qua id facere possimus quod dignum et iustum est.¹⁸ Valet quidem hoc non de praeceptis tantum a Deo directe manantibus, verum etiam, cuiusque normae congruenter aestimata indole, de legibus ab Ecclesia promulgatis. Unde omnes ordinationibus a legitima auctoritate ecclesiastica statutis oportet se conforment.

8. Magna deinde cum tristitia notandum est quod «incepta oecumenica, quantumvis voluntate nobilia, passim consuetudinibus eucharisticis indulgent disciplinae illi contrariis qua suam exprimit Ecclesia fidem». Attamen donum Eucharistiae «nimis magnum est ut ambiguitates et imminutiones perferat». Unde convenit aliqua corrigi et pressius definiri, ut etiam hac in re «omni in sui mysterii fulgore Eucharistia resplendere pergat».¹⁹

¹² MISSALE ROMANUM, Praefatio Eucharistica III, p. 588; cf. *1 Cor* 12, 12-13; *Eph* 4, 4.

¹³ Cf. *Philp* 2, 5.

¹⁴ IOANNES PAULUS PP., II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 10: AAS 95 (2003) p. 439.

¹⁵ *Ibidem*, n. 6: AAS 95 (2003) p. 437; cf. *Lc* 24, 31,

¹⁶ Cf. *Rom* 1, 20.

¹⁷ Cf. MISSALE ROMANUM, Praefatio I de Passione Domini, p. 528.

¹⁸ Cf. IOANNES PAULUS PP., II, Litt. Enc., *Veritatis splendor*, diei 6 augusti 1993, n. 35: AAS 85 (1993) pp. 1161-1162; Homilia apud Camden Yards habita, diei 9 octobris 1995, n. 7: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, XVII, 2 (1995), Libreria Editrice Vaticana, 1998, p. 788.

¹⁹ Cf. IOANNES PAULUS PP., II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 10: AAS 95 (2003) p. 439.

9. Abusus tandem saepius in ignorantiam nituntur, quia id plerumque reicitur, cuius sensus profundior minime comprehenditur nec antiquitas cognoscitur. Nam funditus ex ipsius sacrae Scripturae «afflatu instinctuque preces, orationes et carmina liturgica effusa sunt, et ex ea significationem suam actiones et signa accipiunt».²⁰ Quoad signa visibilia, «quibus utitur sacra Liturgia ad res divinas invisibiles significandas, a Christo vel Ecclesia delecta sunt».²¹ Sacrarum demum celebrationum structurae et formae, pro uniuscuiusque Ritus sive Orientis sive Occidentis traditione, cum Ecclesia universali concordant, etiam quoad usus universaliter acceptos ab apostolica et continua traditione,²² quos Ecclesiae est futuris generationibus fideliter ac sollicitè tradere. Haec omnia a normis liturgicis sapienter custodiuntur et protegentur.

10. Ipsa Ecclesia nullam habet potestatem circa ea, quae a Christo sunt statuta et quae Liturgiae partem immutabilem constituunt.²³ Si autem vinculum frangeretur, quod sacramenta habent cum ipso Christo, qui ea instituit, et cum eventibus, quibus Ecclesia fundata est,²⁴ id nihil fidelibus prodesset, sed eis graviter noceret. Sacra enim Liturgia cum doctrinae principiis arctissime coniungitur,²⁵ unde usus textuum rituumque non approbatorum eo perducit, ut necessarius ille nexus inter *legem orandi* et *legem credendi* aut deminuat aut evanescat.²⁶

²⁰ CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 24; cf. CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Varietates legitimae*, diei 25 ianuarii 1994, nn. 19 et 23: AAS 87 (1995) pp. 295-296, 297.

²¹ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 33.

²² Cf. S. IRENAEUS, *Adversus Haereses*, III, 2: SCH., 211, 24-31; S. AUGUSTINUS, *Epistula ad Ianuarium*, 54, 1: PL 33, 200: «Illa autem quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, datur intellegi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri»; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Redemptoris missio*, diei 7 decembris 1990, nn. 53-54: AAS 83 (1991) pp. 300-302; CONGR. PRO DOCTR. FIDEI, Litt. ad catholicam Ecclesiam episcopos de aliquibus aspectibus Ecclesiae prout est communio *Communio notio*, diei 28 maii 1992, nn. 7-10: AAS 85 (1993) pp. 842-844; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Varietates legitimae*, n. 26: AAS 87 (1995) pp. 298-299.

²³ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 21.

²⁴ Cf. Pius PP. XII, Const. Ap., *Sacramentum Ordinis*, diei 30 novembris 1947: AAS 40 (1948) p. 5; CONGR. PRO DOCTR. FIDEI, Decl., *Inter insigniores*, diei 15 octobris 1976, pars IV: AAS 69 (1977) pp. 107-108; CONGR., DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Varietates legitimae*, n. 25: AAS 87 (1995) p. 298.

²⁵ Cf. Pius PP. XII, Litt. Enc. *Mediator Dei*, diei 20 novembris 1947: AAS 39 (1947) p. 540.

²⁶ Cf. S. CONGR. PRO SACRAM. ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, diei 3 aprilis 1980: AAS 72 (1980) p. 333.

11. *Mysterium Eucharistiae maius est « quam ut quisquam sibi permittat proprio id arbitrato tractare, unde nec sacra eius natura observetur nec universalis ratio ».*²⁷ Qui e contra ita agit, etiamsi Sacerdos sit, suo indulgens ingenio, substantialem unitatem Ritus Romani, quae strenue servanda est,²⁸ offendit et actiones patrat, quae nullo modo cum fame ac siti Dei vivi congruunt, quas populus aetatis nostrae experitur, nec authenticae navitati pastoralis aut rectae renovationi liturgicae inservit, sed potius christifideles patrimonio et hereditate eorum defraudat. Acta enim arbitraria verae renovationi non prosunt,²⁹ sed laedunt verum christifidelium ius ad actionem liturgicam, quae Ecclesiae vitae expressio est, iuxta eiusdem traditionem ac disciplinam. Elementa tandem deformationis et discordiae in ipsam celebrationem Eucharistiae inferunt, quae eminenti modo atque natura sua eo tendit, ut significetur et mirabiliter efficiatur communio vitae divinae et unitas populi Dei.³⁰ Hinc consequuntur incertitudo quoad doctrinam, dubitatio et scandalum populi Dei atque, paene necessarie, repugnationes violentae, quae omnia in nostra aetate, ubi saepe vita christiana etiam ob « saecularizationis » ventus perdifficilis evadit, christifideles multos vehementer confundunt et contristant.³¹

12. Christifideles e contra omnes iure fruuntur veram habendi liturgiam et particulari modo sanctae Missae celebrationem, quae talis sit ac Ecclesia voluit et statuit, sicut in libris liturgicis aliisque legibus ac normis praescribitur. Item populus catholicus ius habet, ut pro eo celebretur sanctae Missae Sacrificium modo integro, secundum plenam doctrinam Magisterii Ecclesiae. Tandem est communitatis catholicae ius celebrationem sanctissimae Eucharistiae pro ea ita peragi, ut vere sacramentum unitatis appareat, omnino exclusis vitiis et gestibus cunctis, qui divisiones atque factiones in Ecclesia parere possint.³²

²⁷ IOANNES PAULUS P P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 52: AAS 95 (2003) p. 468.

²⁸ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 4, 38; Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis *Orientalium Ecclesiarum*, diei 21 novembris 1964, nn. 1, 2, 6; PAULUS P P. VI, Const. Ap., *Missale Romanum* AAS 61 (1969) pp. 217-222; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 399; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Liturgiam authenticam*, diei 28 martii 2001, n. 4: AAS 93 (2001) pp. 685-726, hic p. 686.

²⁹ Cf. IOANNES PAULUS P P. II, Adh. Ap., *Ecclesia in Europa*, n. 72: AAS 95 (2003) p. 692.

³⁰ Cf. IOANNES PAULUS P P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 23: AAS 95 (2003) pp. 448-449; S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, diei 25 maii 1967, n. 6: AAS 59 (1967) p. 545.

³¹ Cf. S. CONGR. PRO SACRAM. ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*. AAS 72 (1980) pp. 332-333.

³² Cf. I Cor 11, 17-34; IOANNES PAULUS P P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 52: AAS 95 (2003) pp. 467-468.

13. Normae et monitiones hac in Instructione expositae omnes, etsi variis modis, cum munere Ecclesiae coniunguntur, cui spectat de recta et digna celebratione huius magni mysterii vigilare. De variis gradibus, quibus singulae normae supremae legi totius iuris ecclesiastici, id est curae pro salute animarum, uniuntur, ultimum huius Instructionis capitulum agit.³³

CAPUT I

DE SACRAE LITURGIAE MODERATIONE

14. «Sacrae Liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet, quae quidem est apud Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, apud Episcopum».³⁴

15. Romanus Pontifex, «Vicarius Christi atque universae Ecclesiae his in terris Pastor, [...] vi muneris sui suprema, plena, immediata et universali in Ecclesia gaudet ordinaria potestate, quam semper libere exercere valet»,³⁵ etiam communicans cum pastoribus et gregibus.

16. Apostolicae Sedis est sacram Liturgiam Ecclesiae universae ordinare, libros liturgicos edere eorumque versiones in linguas vernaculas recognoscere, necnon advigilare ut ordinationes liturgicae, eaeque praesertim quibus augustissimi Sacrificii Missae celebratio moderatur, ubique fideliter observentur.³⁶

17. Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum «ea agit quae, salva competentia Congregationis de Doctrina Fidei, ad Sedem Apostolicam pertinent quoad moderationem ac promotionem sacrae Liturgiae, in primis Sacramentorum. Sacramentorum disciplinam, praesertim quod attinet ad eorum validitatem et licitam celebrationem, fovet atque tuetur». Demum «attente invigilat ut ordinationes liturgicae adamussim serventur, abusus praecaveantur iidemque, ubi deprehendantur, extirpentur».³⁷ Qua in re, iuxta universae Ecclesiae traditionem, praeminet sollicitudo de celebra-

³³ Cf. *Codex Iuris Canonici*, diei 25 ianuarii 1983, can. 1752.

³⁴ CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 22 § L Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 838 § 1

³⁵ *Codex Iuris Canonici*, can. 331; cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 22.

³⁶ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 838 § 2.

³⁷ IOANNES PAULUS P P II, Const. Ap., *Pastor bonus*, diei 28 iunii 1988: AAS 80 (1988) pp. 841-924; hic artt. 62, 63, et 66, pp. 876-877.

tione sanctae Missae et de cultu, qui sanctissimae Eucharistiae etiam extra Missam tribuitur.

18. Ius habent christifideles, ut auctoritas ecclesiastica plene et efficaciter moderationem sacrae Liturgiae agat, ne liturgia umquam esse videatur «privata alicuius proprietate, neque ipsius celebrantis neque communitatis ubi Mystera celebrantur».³⁸

1. De Episcopo dioecesano, sacerdote magno sui gregis

19. Episcopus dioecesanus, primus mysteriorum Dei dispensator in Ecclesia particulari sibi commissa, moderator est, promotor et custos totius vitae liturgicae.³⁹ Nam «Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est "oeconomus gratiae supremi sacerdotii"⁴⁰ praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat,⁴¹ et qua continuo vivit et crescit Ecclesia».⁴²

20. Praecipua enim manifestatio Ecclesiae habetur quoties Missarum sollemnia et quidem praesertim in ecclesia cathedrali celebrantur, «in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei, [...] in una oratione, ad unum altare, cui praeest Episcopus» a suo presbyterio, Diaconis et ministris circumdatus.⁴³ Praeterea, omnis «legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis Divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas».⁴⁴

³⁸ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Litt Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 52: AAS 95 (2003) p. 468.

³⁹ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastoralis Episcoporum munere, *Christus Dominus*, diei 28 octobris 1965, n. 15; cf. etiam Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41; *Codex Iuris Canonici*, can. 387.

⁴⁰ Oratio consecrationis episcopalis in ritu byzantino: *Euchologion to mega*, Romae, 1873, p. 139.

⁴¹ Cf. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Smyrn.* 8, 1: ed. F. X. FUNK, I, p. 282.

⁴² CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 26; cf. S. RITUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 7: AAS 59 (1967) p. 545; cf. etiam IOANNES PAULUS P.P. II, Adh. Ap., *Pastores gregis*, diei 16 octobris 2003, nn. 32-41: *L'Osservatore romano*, diei 17 octobris 2003, pp. 6-8.

⁴³ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41; cf. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Magn.* 7; *Ad Philad.* 4; *Ad Smyrn.* 8: ed. F. X. FUNK, I, pp. 236, 266, 281; *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 22; cf. etiam *Codex Iuris Canonici*, can. 389

⁴⁴ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 26.

21. Ad Episcopum enim « dioecesanum in Ecclesia sibi commissa pertinet, intra limites suae competentiae, normas de re liturgica dare, quibus omnes tenentur». ⁴⁵ Episcopus tamen semper prae oculis habeat, quod non tollatur illa libertas, quae a normis librorum liturgicorum praevидetur, aptandi, modo intelligenti, celebrationem sive ecclesiae sive coetui fidelium sive rerum adiunctis pastoralibus, ita ut sacer ritus universus sit revera ad mentem hominum accommodatus. ⁴⁶

22. Episcopus Ecclesiam particularem ipsi commissam regit ⁴⁷ eiusque est moderari, dirigere, instimulare, quandoque etiam arguere, ⁴⁸ sacrum munus, quod per ordinationem episcopalem accepit, ⁴⁹ ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum explens. ⁵⁰ Illustret genuinum sensum rituum et textuum liturgicorum atque in Presbyteris, Diaconis et christifidelibus laicis spiritum sacrae Liturgiae alat, ⁵¹ ut hi omnes ad actuosam et fructuosam Eucharistiae celebrationem ducantur, ⁵² pariterque consulat, ut universum Ecclesiae corpus eadem mente, in unitate caritatis, procedere valeat in dioecesi, in natione, in mundo. ⁵³

23. Fideles «Episcopo adhaerere debent sicut Ecclesia Iesu Christo et sicut Iesus Christus Patri, ut omnia per unitatem consentiant et abundant in gloriam Dei». ⁵⁴ Omnes, etiam sodales Institutorum vitae consecratae et Societatum vitae apostolicae, cunctarumque consociationum vel motuum ecclesialium cuiusvis generis, auctoritati Episcopi dioecesani quoad rem liturgicam in omnibus subiciuntur, ⁵⁵ salvis iuribus legitime concessis. Episcopo igitur dioecesano competit ius et officium invigilandi et invisendi de re liturgica ecclesias et oratoria in suo territorio sita, ea etiam quae a praedictorum

⁴⁵ *Codex Iuris Canonici*, can. **838 § 4**.

⁴⁶ Cf. **CONS. AD EXSEQU. CONST. LIT**, Dubium: *Notitiae* 1 (1965) p. 254.

⁴⁷ Cf. *Act* 20, 28; **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. dogmatica de Ecclesia, *Lumen gentium*, nn. 21 et 27; Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 3.

⁴⁸ Cf. **S. CONGR. PRO CULTU DIVINO**, Instr., *Liturgicae instaurationes*, diei 5 septembris 1970: *AAS* 62 (1970) p. 694.

⁴⁹ Cf. **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. dogmatica de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 21; Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 3.

⁵⁰ Cf. **CAEREMONIALE EPISCOPORUM** ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II *instauratum*, auctoritate Ioannis Pauli PP. II promulgatum, editio typica, diei 14 septembris 1984, *Typis Polyglottis Vaticanis*, 1985, n. 10.

⁵¹ Cf. **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, n. 387.

⁵² Cf. *ibidem*, n. 22.

⁵³ Cf. **S. CONGR. PRO CULTU DIVINO**, Instr., *Liturgicae instaurationes*: *AAS* 62 (1970) p. 694.

⁵⁴ **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 27; cf. *2 Cor* 4, 15.

⁵⁵ Cf. *Codex Iuris Canonici*, cann. **397 § 1; 678 § 1**.

institutorum socialibus condita sint aut dirigantur, si eis christifideles habitualiter accedunt.⁵⁶

24. Pro parte sua, populus christianus ius habet, ut Episcopus dioecesanus advigilet ne abusus in ecclesiasticam disciplinam irrepant, praesertim circa ministerium verbi, celebrationem sacramentorum et sacramentalium, cultum Dei et Sanctorum.⁵⁷

25. Commissiones vel consilia seu comitatus ab Episcopo instituta, ut ad rem «liturgicam provehendam, musicam simul et artem sacram in eius dioecesi» conferant, ad mentem agent et normas Episcopi eiusque auctoritati et confirmationi confidere debebunt, ut convenienter suum expleant officium⁵⁸ et effectivum regimen Episcopi in dioecesi sua servetur. De omnibus huiusmodi coetibus ceterisque institutis et universis in re liturgica inceptis, sicut iamdudum urget, Episcopi exquirant num fructuosa⁵⁹ adhuc fuerit eorundem operatio et sedulo discernant quanam emendationes seu mutationes in melius in eorum compositione ac navitate inducendae sint,⁶⁰ ut novum inveniant vigorem. Semper in mente teneatur, peritos eligendos esse inter eos, quorum firmitas in fide catholica atque scientia in re theologica et culturali cognoscuntur.

2. De Episcoporum Conferentia

26. Quod valet item in eas commissiones ad eandem rem pertinentes quae, exoptante Concilio,⁶¹ a Conferentia Episcoporum institutae sunt quorumque membra oportet sint Episcopi, qui a peritis coadiuvantibus clare distinguantur. Ubi numerus membrorum Conferentiae Episcoporum non sufficit ut ex eis commode eligatur seu instituaturs commissio liturgica, nominetur consilium seu coetus peritorum, qui, semper Episcopo praesidente, quantum potest eodem officio fungatur, nomen tamen « commissionis liturgicae » vitans.

⁵⁶ Cf. *ibidem*, can. 683 § 1.

⁵⁷ Cf. *ibidem*, can. 392.

⁵⁸ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap., *Vicesimus quintus annus*, n. 21: AAS 81 (1989) p. 917; CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 45-46; Pius PP. XII, Litt. Enc. *Mediator Dei* AAS 39 (1947) p. 562.

⁵⁹ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Apost., *Vicesimus quintus annus*, n. 20: AAS 81 (1989) p. 916.

⁶⁰ Cf. *ibidem*.

⁶¹ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 44; CONGR. PRO EPISCOPIS, Ep. Praesidibus Episcoporum Conferentiarum missa nomine quoque Congr. pro Gentium Evangelizatione, diei 21 iunii 1999, n. 9: AAS 91 (1999) p. 999

27. Cessationem omnium experimentorum quoad sacrae Missae celebrationem Sedes Apostolica iam inde ab anno 1970 notificavit⁶² ac denuo anno 1988 in memoriam revocavit.⁶³ Proinde singuli Episcopi et eorum Conferentiae nullam facultatem habent permittendi experimenta quoad textus liturgicos et alia, quae in libris liturgicis praescribuntur. Ut huiusmodi experimenta in posterum peragi possint, requiritur licentia Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quidem in scriptis data et a Conferentiis Episcoporum petenda. Ea vero non nisi ex gravi causa concedetur. Quoad incepta inculturationis in re liturgica stricte et integre observentur normae peculiare statuta.⁶⁴

28. Normae omnes ad rem liturgicam pertinentes, quas pro suo territorio ad normam iuris Conferentia Episcoporum statuerit, Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum recognitioni subiciendae sunt, sine qua vim obligandi non habent.⁶⁵

3. De Presbyteris

29. Presbyteri, ordinis episcopalis probi, providi et necessarii cooperatores⁶⁶ ad Populo Dei inserviendum vocati, unum presbyterium⁶⁷ cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum. «In singulis localibus fidelium congregationibus Episcopum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura cotidiana exercent». Et «propter hanc in sacerdotio et missione participationem Presbyteri

⁶² Cf. CONGR. PRO CULTU DIV., Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 12: A A S 62 (1970) pp. 692-704, hic p. 703

⁶³ Cf. CONGR. PRO CULTU DIV., *Declaratio circa Preces eucharisticas et experimenta liturgica*, diei 21 martii 1988: *Notitiae* 24 (1988) pp. 234-236.

⁶⁴ Cf. CONGR. DE CULTU DIV., ET DISC. SACRAM., Instr., *Varietates legitimae*: A A S 87 (1995) pp. 288-314.

⁶⁵ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 838 § 3; S. RITUUM CONGR., Instr. *Inter Oecumenici*, diei 26 septembris 1964 n. 31: A A S 56 (1964) p. 883; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Liturgiam authenticam*, nn. 79-80: A A S 93 (2001) pp. 711-713.

⁶⁶ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, diei 7 decembris 1965, n. 7; PONTIFCALE ROMANUM, ed. 1962: Ordo consecrationis sacerdotalis, in Praefatione; PONTIFCALE ROMANUM ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II renovatum, auctoritate Pauli PP. VI editum, Ioannis Pauli PP. II cura recognitum: De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, editio typica altera, diei 29 iunii 1989, Typis Polyglottis Vaticanis, 1990, cap. II, De Ordin. presbyterorum, Praenotanda, n. 101.

⁶⁷ Cf. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Philad.* 4: ed. F. X. FUNK, I, p. 266; S. CORNELIUS PP, I apud S. CYPRIANUM, *Epist.* 48, 2: ed. G. HÄRTEL, III, 2, p. 610.

Episcopum vere ut patrem suum agnoscant eique reverenter oboediant ». ⁶⁸ Insuper « ad bonum autem filiorum Dei semper intenti operam suam ad opus pastorale totius dioeceseos, immo totius Ecclesiae conferre studeant ». ⁶⁹

30. Magnum est officium « quod habent in eucharistica celebratione praesertim Sacerdotes, quorum est ei praesidere "in persona Christi" et testificationem reddere et ministerium communionis non solum pro communitate perficere quae recta via particeps est celebrationis, verum etiam pro universali Ecclesia, quae in Eucharistiae causam semper involvitur. Necesse tamen est conqueri, potissimum ab annis liturgicae reformationis post Concilium Vaticanum II, non defuisse abusus propter male acceptum creationis et apertionis sensum, qui multis etiam causas attulerunt doloris ». ⁷⁰

31. Cohaerenter cum eo quod in ritu sacrae Ordinationis voverunt et decursu Missae Chrismatis quotannis renovant, Presbyteri «mysteria Christi ad laudem Dei et sanctificationem populi christiani, secundum Ecclesiae traditionem, praesertim in Eucharistiae Sacrificio et sacramento reconciliationis pie et fideliter» celebrent. ⁷¹ Nec significationem profundam proprio ministerio auferant, celebrationem liturgicam sive mutatione sive mutilatione sive additamento ⁷² ad arbitrium inquinantes. Dixit enim S. Ambrosius: «Non in se, [...] sed in nobis Ecclesia vulneratur. Caveamus igitur ne lapsus noster vulnus Ecclesiae fiat». ⁷³ Ne ergo per Sacerdotes, qui se ministerio tam sollemniter dederunt, vulneretur Ecclesia Dei. Fideliter immo sub Episcopi auctoritate invigilent, ne huiusmodi deformationes ab aliis patrentur.

32. «Consulat parochus ut sanctissima Eucharistia centrum sit congregationis fidelium paroecialis; allaboret ut christifideles, per devotam sacramentorum celebrationem, pascantur, peculiarique modo ut frequenter ad sanc-

⁶⁸ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28.

⁶⁹ *Ibidem*.

⁷⁰ IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 52; cf. n. 29: AAS 95 (2003) pp. 467-468; 452-453.

⁷¹ PONTIFICALE ROMANUM. De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, editio typica altera: *De Ordinatione presbyterorum*, n. 124; cf. MISSALE ROMANUM, Feria V in Hebdomada Sancta: Ad Missam chrismatis, Renovatio promissionum sacerdotalium, p. 292

⁷² Cf. CONC. OECUM. TRID., Sessio VII, diei 3 martii 1547, Decr de Sacramentis, can. 13: DS 1613; CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 22; Pius PP. XII, Litt. Enc, *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) pp. 544, 546-547, 562; *Codex Iuris Canonici*, can. 846, § 1; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 24.

⁷³ S. AMBROSIUS, *De Virginitate*, n. 48: PL 16, 278.

tissimae Eucharistiae et paenitentiae sacramenta accedant; annitatur item ut iidem ad orationem etiam in familiis perendam ducantur atque conscie et actuose partem habeant in sacra liturgia, quam quidem, sub auctoritate Episcopi dioecesani, parochus in sua paroecia moderari debet et, ne abusus irrepent, invigilare tenetur». ⁷⁴ Quamvis convenit eum in liturgicis celebrationibus, praesertim sancta Missa, efficaciter praeparandis a variis christifidelibus coadiuvari, nullo modo tamen illis quae sunt propria officii eius hac in re cedere debet.

33. Tandem omnes « curent Presbyteri scientiam et artem liturgicam recte colere, ut suo ministerio liturgico, a christianis communitatibus sibi commissis perfectius in dies laudetur Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus». ⁷⁵ Illa praesertim admiratione illoque stupore pervadantur, quem in cordibus fidelibus comparat paschale mysterium in Eucharistia celebratum. ⁷⁶

4. De Diaconis

34. Diaconi, « quibus non ad sacerdotium sed ad ministerium manus imponuntur», ⁷⁷ viri boni testimonii, ⁷⁸ sic agere debent, Deo adiuvante, ut vere discipuli illius cognoscantur, ⁷⁹ « qui non venit ministrari sed ministrare » ⁸⁰ et fuit in medio discipulorum suorum « sicut qui ministrat ». ⁸¹ Et ipsi Spiritus Sancti dono per impositionem manuum roborati, populo Dei in communione cum Episcopo eiusque presbyterio inserviunt. ⁸² Habeant ergo Episcopum uti patrem et ei Presbyterisque « in ministerio verbi, altaris et caritatis » adiumentum praestent. ⁸³

⁷⁴ *Codex Iuris Canonici*, can 528 § 2.

⁷⁵ **CONC. OECUM. V AT 11**, Decr. de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n, 5.

⁷⁶ Cf. **IOANNES PAULUS PP. 11**, Litt Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 5: AAS 95 (2003) p. 436.

⁷⁷ **CONC. OECUM. VAT. 11**, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 29; cf. *Constitutiones Ecclesiae Aegyptiacae*, 111, 2: ed. F. X., FUNK, *Didascalia*, 11, p 103; *Statuta Ecclesiae Ant.*, 37-41: ed. D., **MANSI** 3, 954.

⁷⁸ Cf. *Act* 6, 3.

⁷⁹ Cf. *Io* 13, 35.

⁸⁰ *Mt* 20, 28.

⁸¹ *Lc* 22, 27.

⁸² Cf. **CAEREMONIALE EPISCOPORUM**, nn. 9, 23. Cf. **CONC. OECUM. VAT. 11**, Const., dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 29.

⁸³ Cf. **PONTIFCALE ROMANUM**, De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, editio typica altera, cap. III, *De Ordin, diaconorum*, n. 199

35. Ne omittant umquam « mysterium fidei, ut ait Apostolus, in conscientia pura habere⁸⁴ et hanc fidem secundum Evangelium et traditionem Ecclesiae verbo et opere praedicare », ⁸⁵ sacrae Liturgiae uti fonti et culmini vitae ecclesialis toto corde, fideliter et cum humilitate inservientes, « ut omnes, per fidem et Baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participant et cenam dominicam manducant ». ⁸⁶ Unde Diaconi omnes pro parte sua sese ita impendant, ut sacra Liturgia ad normam librorum liturgicorum debite approbatorum celebretur.

CAPUT II

DE CHRISTIFIDELIUM LAICORUM PARTICIPATIONE IN EUCHARISTIAE CELEBRATIONE

1. De actuosa et conscia participatione

36. Celebratio Missae, ut actio Christi et Ecclesiae, centrum est totius vitae christianae pro Ecclesia tum universa tum particulari ac pro singulis fidelibus, ⁸⁷ quos « diverso modo, pro diversitate ordinum, munerum, et actualis participationis attingit. ⁸⁸ Hoc modo populus christianus, "genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis", ⁸⁹ suam cohaerentem et hierarchicam ordinationem manifestat ». ⁹⁰ « Sacerdotium autem commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non

⁸⁴ Cf. *1 Tim 3, 9*.

⁸⁵ Cf. PONTIFICALE ROMANUM, De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, editio typica altera, cap. III, *De Ordin, diaconorum*, n. 200.

⁸⁶ CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 10.

⁸⁷ Cf. *ibidem*, n. 41; CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 11; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, nn 2, 5, 6; Decr. de pastoralis Episcoporum munere, *Christus Dominus*, n. 30; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, diei 21 novembris 1964, n. 15; S. CONGR. RITUUM, Instr., *Eucharisticum mysterium*, nn. 3 e, 6: A A S 59 (1967) pp. 542, 544-545; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 16.

⁸⁸ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 26; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 91.

⁸⁹ *1 Pe 2, 9*; cf. 2, 4-5.

⁹⁰ MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 91; cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 14.

gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant». ⁹¹

37. Christifideles omnes per baptismum a peccatis suis liberati et in Ecclesia incorporati, ad cultum religionis christianae caractere deputantur, ⁹² ut vi regalis sui sacerdotii, ⁹³ in oratione perseverantes et Deum collaudantes, ⁹⁴ seipsos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem operibusque eorum omnibus comprobata exhibeant, ⁹⁵ ubique terrarum de Christo testimonium perhibeant, atque poscentibus rationem reddant de ea, quae in eis est, spe vitae aeternae. ⁹⁶ Proinde etiam fidelium laicorum participatio in Eucharistiae ceterorumque Ecclesiae rituum celebratione non merae praesentiae et quidem passivae exaequari potest, sed vera exercitatio fidei et dignitatis baptismalis censenda est.

38. Constans proinde doctrina Ecclesiae de natura non tantum conviviali sed etiam et praecipue sacrificali Eucharistiae inter claves praecipuas ad plenam participationem tanti Sacramenti ex parte omnium fidelium recte aestimanda est. ⁹⁷ «Sua enim significatione et vi sacrificii destitutum, mysterium retinetur, tamquam si sensum ac momentum alicuius fraterni convivii non excedat». ⁹⁸

39. Ad actuosam participationem promovendam et significandam recens instauratio librorum liturgicorum ad mentem Concilii populi acclamationes, responsiones, psalmodiam, antiphonas, cantica, necnon actiones seu gestus et corporis habitus fovit et sacrum silentium suo tempore servandum curavit, rubricis etiam partes fidelium praevidens. ⁹⁹ Spatium insuper amplum opportuno artificio datur, quod eo innititur, ut unaquaeque celebratio participantium necessitatibus, captui, praeparationi animi et ingenio iuxta facultates normis liturgicis statutas aptetur. In cantibus, melodiis, orationibus et lectionibus biblicis seligendis, in homilia habenda, in oratione fidelium exaranda, in monitionibus interdum proferendis atque in domo ecclesiae pro singulis

⁹¹ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 10.

⁹² Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theol.*, LTI, q. 63, a. 2

⁹³ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 10; cf. IOANNES PAULUS P P II, Litt Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 28: A A S 95 (2003) p. 452.

⁹⁴ Cf. *Act* 2, 42-47,

⁹⁵ Cf. *Rom* 12, 1

⁹⁶ Cf. *I Pe* 3, 15; 2, 4-10.

⁹⁷ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, nn. 12-18: A A S 95 (2003) pp. 441-445; ID., Ep, *Dominicae Cenaes*, 24 februarii 1980, n. 9: A A S 72 (1980) pp 129-133,

⁹⁸ IOANNES PAULUS P P, II, Litt, Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 10: A A S 95 (2003) p. 439.

⁹⁹ Cf. CONC OECUM. V AT II, Const de s Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 30-31.

temporibus ornanda facultas exstat ampla in omnem celebrationem varietatem quamlibet inducendi, quo etiam divitiae traditionis liturgicae clarius appareant et, attentis necessitatibus pastoralibus, nota peculiaris celebrationi sedulo impertiatur, ita ut interioritas participantium foveatur. Memorandum tamen est actionum liturgicarum vim non contineri in ritibus frequenter mutandis, verum in verbo Dei et in mysterio, quod celebratur, altius perscrutandis.¹⁰⁰

40. Attamen, quamvis liturgiae celebratio procul dubio hanc notam actuositatis omnium christifidelium habeat, non inde sequitur, ut omnibus, ratione quadam necessaria, in sensu materiali praeter gestus et corporis habitus aliquid faciendum sit, ac si singulis necessario officium quoddam liturgicum specificum absolvendum esset. Institutio catechetica sedulo potius curet, ut notiones et praxis superficiales recentioribus annis hac in re alicubi diffusae corrigantur atque in omnibus christifidelibus semper quasi ex novo hic sensus excitetur magnae admirationis coram altitudine mysterii fidei, quod est Eucharistia, in cuius celebratione Ecclesia «in novitatem a vetustate» iugiter transit.¹⁰¹ In Eucharistiae celebratione enim sicut in tota vita christiana, quae ex ea virtutem haurit et ad eam tendit, Ecclesia, instar sancti Thomae apostoli, se prosternit adorans coram Domino crucifixo, passo, sepulto et resurgente « eius in splendoris divini amplitudine ac perpetuo exclamat: "Dominus meus et Deus meus!" ». ¹⁰²

41. Ad hunc sensum interiorem participationis liturgicae suscitandum, promovendum et alendum valde utilia sunt assidua et diffusa celebratio Liturgiae Horarum, usus sacramentalium exercitiaque pietatis christianae popularis. Huiusmodi exercitia, « quae, quamvis ad sacram Liturgiam restricto iure non pertineant, peculiari tamen momento dignitateque pollent », necessitudinem quamdam cum liturgico ordine habere censenda sunt, praesertim cum ab ipso Magisterio dilaudatae et comprobatae sunt,¹⁰³ quod

¹⁰⁰ Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 1: AAS 62 (1970) p. 695.

¹⁰¹ Cf. MISSALE ROMANUM, Feria secunda post Dominica v in Quadragesima, Collecta, p. 258,

¹⁰² IOANNES PAULUS PP., II, Ep. Ap., *Novo millennio ineunte*, diei 6 ianuarii 2001, n. 21: AAS 93 (2001) p. 280; cf. *Io* 20, 28.

¹⁰³ Cf. Pius PP. XI, Litt. Enc. *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 586; cf. etiam CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 67; PAULUS PP. VI, Adh. Ap., *Marialis cultus*, diei 11 februarii 1974, n. 24: AAS 66 (1974) pp. 113-168, hic p. 134; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., *Direttorio su pietà popolare e Liturgia*, diei 17 decembris 2001.

praecipue in marialis coronae precatione valet.¹⁰⁴ Cum insuper populum christianum haec pietatis opera ducant tum ad sacramenta, praecipue Eucharistiam, frequentanda, «tum ad Redemptionis nostrae mysteria meditata et ad praeclara sanctorum caelitem imitanda exempla, idcirco, salutari non sine fructu liturgici cultus nos participes efficiunt».¹⁰⁵

42. Oportet agnoscatur Ecclesiam non convenire voluntate humana, sed convocari a Deo in Spiritu Sancto et per fidem gratuitaevocationi eius respondere (namque *ekklesia necessitudinem habet cum klesis* seu vocatio).¹⁰⁶ Neque eucharisticum Sacrificium est existimandum ut «concelebratio» sensu univoco Sacerdotis una cum populo astanti.¹⁰⁷ E contra Eucharistia a Sacerdotibus celebrata donum est «quod auctoritatem communitatis funditus excedat [...] Communitati sese colligenti ad Eucharistiam celebrandam opus omnino est ordinato Sacerdote, qui ei praesideat ut re vera eucharistica convocatio esse possit. Aliunde sibi ex se sola communitas non potest concedere ministrum ordinatum».¹⁰⁸ Urget necessitas voluntatis communis, ut omnis ambiguitas hac in re vitetur et difficultatibus recentiorum annorum remedium afferatur. Nonnisi igitur caute adhibeantur locutiones, uti sunt «communitas celebrans» vel «coetus celebrans», vulgo «celebrating assembly», «asamblea celebrante», «assemblée célébrante», «assemblea celebrante», aliaeque eiusmodi.

2. De officiis christifidelium laicorum in sanctae Missae celebratione

43. In bonum communitatis totiusque Ecclesiae Dei aliqui ex fidelibus laicis iuxta traditionem officia quaedam circa celebrationem sacrae Liturgiae recte et laudabiliter exercent.¹⁰⁹ Convenit ut plures diversa officia aut diversas partes eiusdem officii inter se distribuant et peragant.¹¹⁰

¹⁰⁴ Cf. IOANNES PAULUS PP II, Ep. Ap., *Rosarium Virginis Mariae*, diei 16 octobris 2002: AAS 95 (2003) pp 5-36.

¹⁰⁵ Pius PP XII, Litt. Enc., *Mediator Dei* AAS 39 (1947) pp. 586-587

¹⁰⁶ Cf. CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Instr., *Varietates legitimae*, n. 22: AAS 87 (1995) p. 297

¹⁰⁷ Cf. Pius PP. XII, Litt. Enc, *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 553.

¹⁰⁸ IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 29: AAS 95 (2003) p. 453; cf. CONC. OECUM. LATERAN IV.,, dierum 11-30 novembris 1215, cap. 1: DS 802; CONC OECUM. TRID., Sessio XXIII, diei 15 iulii 1563, Doctrina et canones de sacr. ordin., cap. 4: DS 1767-1770; Pius PP XII, Litt. Enc, *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p 553.

¹⁰⁹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 230 § 2; cf. etiam MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 97.

¹¹⁰ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 109.

44. Praeter ministeria acolythi et lectoris rite institutorum,¹¹¹ inter supradicta officia praecipua sunt illa acolythi¹¹² et lectoris¹¹³ ex temporaria deputatione, quibus iunguntur alia munera in Missali Romano descripta,¹¹⁴ necnon officia hostias praeparandi, lintamina liturgica lavandi et similia. Omnes « sive ministri ordinati sive christifideles laici, munere vel officio suo fungentes, solum et totum id agant, quod ad ipsos pertinet »¹¹⁵ atque sive in ipsa celebratione liturgica sive in eius praeparatione faciant, ut liturgia Ecclesiae digne et decore peragatur.

45. Vitandum est periculum rationem complementariam inter actionem clericorum et laicorum obscurandi, ita ut officium laicorum cuidam «clericizationi», ut dicitur, subiciatur, dum ministri sacri indebite ea assumunt, quae vitae et actioni christifidelium laicorum propria sunt.¹¹⁶

46. Christifidelis laicus qui ad id vocatur, ut in celebrationibus liturgicis auxilium praestet, rite sit instructus et vita christiana, fide, moribus fidelitateque erga Ecclesiae Magisterium commendetur oportet. Decet eum iuxta eius aetatem, condicionem, vitae genus et religiosam culturam, congruam institutionem liturgicam accepisse.¹¹⁷ Nemo seligatur cuius designatio fidelium admirationem excitare possit.¹¹⁸

47. Consuetudo insignis omnino laudabiliter retinetur, qua adsint pueri vel iuvenes, ministrantes de more nuncupati, qui ad instar acolythi ad altare

¹¹¹ Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Ap. motu proprio datae, *Ministeria quaedam*, diei 15 augusti 1972, nn. VI-XII; PONTIFICALE ROMANUM ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum, De institutione lectorum et acolythorum, de admissione inter candidatos ad diaconatum et presbyteratum, de sacro caelibatu amplectendo, editio typica, diei 3 decembris 1972, Typis Polyglottis Vaticanis, 1973, p. 10: AAS 64 (1972) pp. 529-534, hic pp. 532-533; *Codex Iuris Canonici*, can. 230 § 1; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 98-99, 187-193.

¹¹² Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 187-190, 193; *Codex Iuris Canonici*, can. 230 §§ 2-3.

¹¹³ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 24; S. CONGR. PRO SACR. ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, nn. 2 et 18: AAS 72 (1980) pp. 334, 338; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 101, 194-198; *Codex Iuris Canonici*, can. 230 §§ 2-3.

¹¹⁴ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 100-107.

¹¹⁵ *Ibidem*, n. 91; cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28.

¹¹⁶ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Allocutio ad Conferentiam Episcoporum Antillarum, diei 7 maii 2002, n. 2: AAS 94 (2002) pp. 575-577; Adh. Ap. post-synodalis, *Christifideles laici*, diei 30 decembris 1988, n. 23: AAS 81 (1989) pp. 393-521, hic pp. 429-431; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, diei 15 augusti 1997, *Theologica principia*, n. 4: AAS 89 (1997) pp. 860-861.

¹¹⁷ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 19.

¹¹⁸ Cf. S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Instr., *Immensae caritatis*, diei 29 ianuarii 1973: AAS 65 (1973)p. 266.

servitium praestent et pro captu suo opportunam catechesim de officio accipiant.¹¹⁹ Nec obliviscendum est ex huiusmodi puerorum numero decursu saeculorum ingentem compaginem ministrorum sacrorum provenisse.¹²⁰ Consociationes pro eis, etiam parentibus participantibus et coadiuvantibus, instituantur vel promoveantur, quibus ministrantium cura pastoralis efficacius adhibeatur. Quoties huiusmodi consociationes indolem internationalem praeseferunt, pertinet ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum eas erigere vel eorum statuta approbare ac recognoscere.¹²¹ Ad huiusmodi altaris servitium puellae vel mulieres admitti possunt, de iudicio Episcopi dioecesani et attentis normis statutis.¹²²

CAPUT III

DE SANCTAE MISSAE RECTA CELEBRATIONE

1. De materia Sanctissimae Eucharistiae

48. Panis, qui in sacrosancti eucharistici Sacrificii celebratione adhibetur, debet esse azymus, mere triticeus et recenter confectus, ita ut nullum sit periculum corruptionis.¹²³ Ideo consequitur panem ex alia substantia etiam cereali conflatum, vel illum cui tanta sit admixta quantitas materiae a tritico diversae, ut, iuxta communem aestimationem, tritici panem esse dici nequeat, materiam validam pro conficiendo Sacrificio et Sacramento eucharistico haud constituere.¹²⁴ Gravis est abusus alias substantias, ut sunt fructus vel saccharum vel mel, in panem ad Eucharistiam conficiendum

¹¹⁰ Cf. S. CONGR. RITUUM, Instr., *De Musica sacra*, diei 3 septembris 1958, n. 93c: AAS 50 (1958) p. 656.

¹²⁰ Cf. PONT. CONS. DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR., Responsio ad propositum dubium, diei 11 iulii 1992: AAS 86 (1994) pp. 541-542; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Litt. ad Praesides Conf. Episcoporum de servitio liturgico laicorum, diei 15 martii 1994: *Notitiae* 30 (1994) pp. 333-335, 347-348.

¹²¹ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. Ap., *Pastor bonus*, art. 65: AAS 80 (1988) p. 877.

¹²² Cf. PONT. CONS. DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR., Responsio ad propositum dubium, diei 11 iulii 1992: AAS 86 (1994) pp. 541-542; CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Litt. ad Praesides Conf. Episcoporum de servitio liturgico laicorum, diei 15 martii 1994: *Notitiae* 30 (1994) pp., 333-335, 347-348; Litt. ad quemdam Episcopum, diei 27 iulii 2001: *Notitiae* 38 (2002) pp. 46-54.

¹²³ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 924 § 2: MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 320.

¹²⁴ Cf. S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Instr., *Dominus Salvator noster*, diei 26 martii 1929, n. 1: AAS 21 (1929) pp. 631-642, hic p. 632.

introducere. Patet hostias conficiendas esse ab iis, qui non solum honestate praesent, sed etiam ipsis conficiendis sint experti, idoneisque instrumentis instructi.¹²⁵

49. Ratione signi convenit, ut aliquae partes panis eucharistici ex fractione provenientes aliquibus saltem fidelibus in Communionem distribuantur. «Parvae tamen hostiae minime excluduntur, quando numerus sacram Communionem sumentium aliaeque rationes pastorales id exigunt»,¹²⁶ immo adhibeantur ex more pro magna parte particulae parvae, quae ulteriore fractione non egent.

50. Vinum, quod in sacrosancti eucharistici Sacrificii celebratione adhibetur, debet esse naturale, de genimine vitis, merum et non corruptum, extraneis substantiis non admixtum.¹²⁷ In ipsa Missae celebratione ei modica aqua miscenda est. Sedula cura caveatur ut vinum ad Eucharistiam destinatum perfecto statu conservetur nec acescat.¹²⁸ Omnino vetitum est vinum adhiberi, de cuius genuinitate et provenientia dubium occurrat: nam Ecclesia circa condiciones necessarias pro sacramentorum validitate certitudinem exigit. Nec admittatur ullum praetextum in favorem aliorum potuum cuiusvis generis, qui materiam validam non constituunt.

2. De Prece eucharistica

51. Illae tantum Preces eucharisticae adhibeantur, quae in Missali Romano inveniuntur vel ab Apostolica Sede legitime probatae sunt iuxta modos terminosque ab ea definitos. «Patiendum non est nonnullos Sacerdotes sibi ius arrogare Preces eucharisticas componendi»¹²⁹ vel textus earundem ab Ecclesia probatos mutare vel alios a privatis compositos inducere.¹³⁰

52. Eucharisticae Precis pronuntiatio, ipsa sua natura quasi culmen totius celebrationis, Sacerdotis est propria vi eius ordinationis. Itaque abusus est id agere, ut quaedam partes Precis eucharisticae a Diacono, a ministro

¹²⁵ Cf. *ibidem*, n II: AAS 21 (1929) p. 635.

¹²⁶ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 321.

¹²⁷ Cf. Lc 22, 18; *Codex Iuris Canonici*, can. 924 §§ 1, 3; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 322.

¹²⁸ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 323.

¹²⁹ IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Ap., *Vicesimus quintus annus*, n. 13: AAS 81 (1989) p. 910.

¹³⁰ S. CONGR. PRO SACRAM, ET CULTU DIV..., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 5: AAS 72 (1980) p. 335.

laico vel a singulo omnibusve simul fidelibus recitentur. Prex igitur eucharistica a solo Sacerdote est ex toto recitanda.¹³¹

53. Dum Sacerdos celebrans Precem eucharisticam «profert aliae orationes vel cantus non habeantur, atque organum vel alia instrumenta musica sileant»,¹³² nisi pro acclamationibus populi rite approbatis de quibus infra.

54. Populus tamen semper actuose et numquam mere passive interest: Sacerdoti enim «in fide et cum silentio se societ, necnon interventibus in eucharisticae Precis cursu statutis, qui sunt responsiones in dialogo Praefationis, Sanctus, acclamatio post consecrationem et acclamatio Amen post doxologiam finalem, necnon aliae acclamationes a Conferentia Episcoporum probatae et a Sancta Sede recognitae».¹³³

55. Alicubi invaluit abusus, quo tempore consecrationis in sanctae Missae celebratione Sacerdos hostiam frangit. Qui abusus contra Ecclesiae traditionem fit. Reprobandus est urgentiusque corrigendus.

56. Mentio nominis Summi Pontificis et Episcopi dioecesani in Prece eucharistica ne omittatur, ob traditionem antiquissimam servandam et communionem ecclesiam manifestandam. «Eucharisticae» enim «communitatis ipse congressus communis est etiam coniunctio cum proprio Episcopo et cum Pontifice Romano».¹³⁴

3. De ceteris Missae partibus

57. Communitatis christifidelium ius est, ut praesertim in celebratione dominicali adsint de more musica sacra idonea et vera ac semper altare, paramenta ac sacra linteamina, quae dignitate, decore et munditie iuxta normas resplendeant.

¹³¹ Cf. IOANNES PAULUS P P II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 28: A A S 95 (2003) p. 452; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 147; S. CONGR. PRO CULTU DIV., Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 4: A A S 62 (1970) p. 698; S. CONGR. PRO SACRAM, ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 4: A A S 72 (1980) p. 334.

¹³² MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 32

¹³³ *Ibidem*, n. 147; cf. IOANNES PAULUS P P II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 28: A A S 95 (2003) p. 452; cf. etiam CONGR. PRO SACRAM, ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 4: A A S 72 (1980) pp. 334-335.

¹³⁴ IOANNES PAULUS P P II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 39: A A S 95 (2003) p. 459.

58. Pariter omnes christifideles ius habent celebrationem Eucharistiae sedulo in omnibus eius partibus ita praeparari, ut digne et efficaciter in ea verbum Dei proclametur et explanetur, facultas textus liturgicos et ritus seligendi cum cura iuxta normas exerceatur et verbis cantuum in celebratione Liturgiae fides eorum debite custodiatur et alatur.

59. Cesset reprobatus usus, quo Sacerdotes vel Diaconi aut christifideles hic et illic textus sacrae Liturgiae ipsis pronuntiandos commissos proprio arbitrio mutant seu variant. Cum ita enim faciant, sacrae Liturgiae celebrationem instabilem reddunt et haud raro authenticum sensum Liturgiae adulterant.

60. In Missae celebratione liturgia verbi et liturgia eucharistica inter se stricte conecuntur et unum eundem actum cultus efficiunt. Quapropter alteram ab altera separare non licet, easve diverso tempore et loco celebrare.¹³⁵ Neque licet variis momentis etiam unius eiusdem diei singulas partes sacrae Missae peragi.

61. In seligendis lectionibus biblicis in celebratione Missae proferendis, sequendae sunt normae, quae in libris liturgicis inveniuntur,¹³⁶ ut revera «ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus et thesauri biblici eis aperiantur».¹³⁷

62. Nec licet lectiones biblicas praescriptas proprio arbitrio omittere vel substituere nec praesertim «lectiones et psalmum responsorium, quae verbum Dei continent, cum aliis textibus non biblicis»¹³⁸ commutare.

63. Lectio evangelica, quae «culmen constituit liturgiae verbi»,¹³⁹ ex traditione Ecclesiae in celebratione Liturgiae ministro ordinato reservatur.¹⁴⁰ Unde non licet laico etiam religioso lectionem evangelicam in sanctae Missae celebratione proclamare, nec aliis in casibus, in quibus normae hoc non explicate permittunt.¹⁴¹

¹³³ Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr., *Liturgiae instaurationes*, n. 2b: AAS 62 (1970) p. 696.

¹³⁶ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 356-362

⌚ Q̄ (j_{onc} OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 51.

¹³⁷ MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 57; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap., *Vicesimus quintus annus*, n. 13: AAS 81 (1989) p. 910; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Declaratio de Iesu Christi atque Ecclesiae unitate et universalitate salvifica, *Dominus Iesus*, diei 6 augusti 2000: AAS 92 (2000) pp. 742-765.

¹³⁸ MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 60.

¹⁴⁰ Cf. *ibidem*, nn. 59-60.

¹⁴¹ Cf. v.gr. RITUALE ROMANUM, ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II renovatum, auctoritate Pauli PP. VI editum Ioannis Pauli PP. II cura recognitum: Ordo celebrandi Matrimonium, editio typica altera, diei 19 martii 1990, Typis Polyglottis Vaticanis, 1991, n. 125; RITUALE ROMANUM, ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum: Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae, editio typica, diei 7 decembris 1972, Typis Polyglottis Vaticanis, 1972, n. 72.

64. Homilia, quae decursu celebrationis sanctae Missae tenetur et pars est ipsius liturgiae,¹⁴² «de more ab ipso Sacerdote celebrante habeatur vel ab eo committatur Sacerdoti concelebanti, vel quandoque, pro opportunitate, etiam Diacono, numquam vero laico.¹⁴³ In casibus peculiaribus iustaque de causa homilia haberi potest etiam ab Episcopo vel Presbytero qui celebrationi interest quin concelebare possit».¹⁴⁴

65. Memorandum est quod abrogata censetur ad praescriptum canonis 767, § 1, quaelibet praecedens norma quae fideles non ordinatos admiserit ad homiliam habendam in eucharistica celebratione.¹⁴⁵ Quae admissio reprobat, ita ut vi nullius consuetudinis permitti possit.

66. Prohibitio admissionis laicorum ad praedicationem intra Missae celebrationem valet etiam de seminariorum alumnis, de disciplinae theologicae auditoribus et de illis, qui officium «assistentium pastoralium», ut aiunt, acceperint, neque ullum aliud laicorum genus vel coetus vel communitas vel associatio excipiat.¹⁴⁶

67. Omnino praesertim curandum est, ut homilia mysteriis salutis stricte innitatur, per anni liturgici cursum ex lectionibus biblicis textibusque liturgicis fidei mysteria et normas vitae christianae exponens atque commentarium praebens textuum ex Ordinario vel Proprio Missae aut alius ritus Ecclesiae.¹⁴⁷ Patet omnes sacrae Scripturae interpretationes ad Christum reducendas esse, utpote ad cardinem supremum oeconomiae salutis, sed hoc fiat perspecto contextu specifico liturgicae celebrationis. In homilia habenda lucem Christi super eventus vitae pandere curetur. Quod autem ita fiat, ne sensus verus ac sincerus verbi Dei vanus evadat, v. gr. tantum de re politica vel profana agendo aut e notionibus a

¹⁴² Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 767 § 1.

¹⁴³ Cf. *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 66; cf. etiam *Codex Iuris Canonici*, can. 6, §§ 1, 2; et can. 767 § 1, de quo notanda sunt etiam praescripta *CONGR. PRO CLERICIS* et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 3 § 1: AAS 89 (1997) p. 865.

¹⁴⁴ *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 66; cf. etiam *Codex Iuris Canonici*, can. 767 § 1.

¹⁴⁵ Cf. *CONGR. PRO CLERICIS* et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 3 § 1: AAS 89 (1997) p. 865; cf. etiam *Codex Iuris Canonici*, can. 6, §§ 1, 2; *PONT. COMM. CODICI IURIS CANONICI A UM, INTERPR...*, Responsio ad propositum dubium, diei 20 iunii 1987: AAS 79 (1987) p. 1249.

¹⁴⁶ Cf. *CONGR. PRO CLERICIS* et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 3 § 1: AAS 89 (1997) pp. 864-865.

¹⁴⁷ Cf. *CONC. OECUM. TRID.*, Sessio XXII, diei 17 septembris 1562, De Ss. Missae Sacrificio, cap. 8: DS 1749; *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 65.

nostrae aetatis motibus pseudo-religiosis derivantibus uti e fonte attingendo.¹⁴⁸

68. Episcopus dioecesanus sedulo de homilia vigilet,¹⁴⁹ etiam normas, lineamenta et subsidia inter ministros sacros diffundens atque conventus aliaque incepta ad hoc promovens, ut saepe occasionem habeant ipsi de natura homiliae pressius considerandi necnon auxilium quoad eius praeparationem inveniunt.

69. In sancta Missa necnon in aliis sacrae Liturgiae celebrationibus ne admittatur symbolum seu professio fidei, quae locum non habet in libris liturgicis rite approbatis.

70. Oblata, quae pro Liturgia eucharistica christifideles in sancta Missa praesentare solent, in panem et vinum ad Eucharistiam celebrandam non necessarie rediguntur, sed etiam alia complecti possunt dona, quae a fidelibus sub specie pecuniae aliorumve utilium pro caritate erga pauperes porrecti sunt. Dona externa autem expressio visibilis illius veri doni semper esse debent, quod Dominus a nobis exspectat: cor contritum, amor Dei et proximi, quo conformamur sacrificio Christi, qui seipsum pro nobis tradidit. Nam in Eucharistia maxime fulget mysterium illud caritatis, quod Iesus Christus in Cena dominica abluens pedes discipulorum exprumpsit. Ad tuendam tamen sacrae Liturgiae dignitatem exteriora oblata apte oportet porrigantur. Pecunia ergo, sicut et aliae pro pauperibus stipes, in opportuno loco disponantur, autem extra mensam eucharisticam.¹⁵⁰ Praeter pecuniam et, in casu, minimam aliorum donorum ratione signi partem, haec oblata extra Missae celebrationem potius praebeantur.

71. Servetur usus Ritus Romani pacem paulo ante sanctam Communionem tradendi, ut in Ordine Missae statutum est. Iuxta enim traditionem Ritus Romani hic usus notam habet nec reconciliationis nec peccatorum remissionis, sed potius pacis, communionis et caritatis ante sanctissimae Eucharistiae receptionem significandae.¹⁵¹ Indolem e contra reconciliationis inter fratres praesefert actus paenitentiae initio Missae, praesertim iuxta primam eiusdem formam, peragendus.

¹⁴⁸ Cf. IOANNES PAULUS PP.. II, Allocutio ad quosdam Episcopos Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, qui, visitationis causa « ad limina Apostolorum », Romam venerant, diei 28 maii 1993, n. 2: AAS 86 (1994) p. 330.

¹⁴⁹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 386 § 1

¹⁵⁰ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 73.

¹⁵¹ Cf. *ibidem*, n. 154.

72. Convenit «ut unusquisque solummodo sibi propinquioribus sobrie pacem significet». «Sacerdos pacem potest dare ministris, semper tamen intra presbyterium remanens, ne celebratio turbetur. Item faciat si e rationabili causa aliquibus paucis fidelibus pacem dare velit». «Ad ipsum signum pacis tradendae quod attinet, modus a Conferentiis Episcoporum», actis a Sede Apostolica recognitis, «secundum ingenium et mores populorum, statuatur».¹⁵²

73. In sacra Missae celebratione fractio panis eucharistici, solummodo a Sacerdote celebrante, adiuvante, si casus fert, Diacono vel concelebante, non autem laico, peragenda, inchoatur post pacem traditam, dum Agnus Dei profertur. Gestus enim fractionis panis «a Christo in ultima cena peractus, qui tempore apostolico toti actioni eucharisticae nomen dedit, significat fideles multos in Communionem ex uno pane vitae, qui est Christus pro mundi salute mortuus et resurgens, unum corpus effici (1 Cor 10, 17)». ¹⁵³ Unde ritus magna cum reverentia oportet peragatur.¹⁵⁴ Sit tamen brevis. Urgentius corrigatur abusus, qui alicubi invaluit, eundem ritum innecessarie producendi, etiam laicis contra normas adiuvantibus, atque immoderati momenti aestimandi.¹⁵⁵

74. Si necessitas oriatur, qua instructiones vel testimonium quoddam circa vitam christianam in ecclesia apud christifideles congregatos a laico praebeantur, omnino praeferendum est hoc extra Missae celebrationem fieri. Ob graves tamen causas licet huiusmodi instructiones vel testimonia praeberi postquam Sacerdos orationem post Communionem protulerit. Ne tamen hic usus consuetus fiat. Quae insuper instructiones et testimonia minime talem habeant sensum, ut cum homilia confundi possint,¹⁵⁶ nec licet earum causa homiliam omnino suppressere.

4. De coniunctione variorum rituum cum Missae celebratione

75. Ob rationem theologiam celebrationi eucharisticae vel ritui particulari inhaerentem, libri liturgici quandoque praescribunt vel permittunt

¹⁵² Cf. *ibidem*, nn. 82, 154

¹⁵³ Cf. *ibidem*, n. 83.

¹⁵⁴ Cf. S CONGR, PRO CULTU DIVINO, Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 5: A A S 62 (1970) p. 699,

¹⁵⁵ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 83, 240, 321,

¹⁵⁶ Cf. CONGR PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 3 § 2: A A S 89 (1997) p. 865.

celebrationem sanctae Missae alio cum ritu, praesertim Sacramentorum, coniungi.¹⁵⁷ Aliis tamen in casibus Ecclesia hanc coniunctionem non admittit, praesertim ubi de adiunctis levem vanamque quamdam indolem habentibus agatur.

76. Prae ceteris, iuxta antiquissimam Ecclesiae Romanae traditionem, non licet Sacramentum Paenitentiae cum sancta Missa unire ita ut fiat unica actio liturgica. Hoc tamen non impedit quominus Sacerdotes, praeter illos sanctam Missam celebrantes vel concelebrantes, confessiones fidelium audiant, qui id desiderant, etiam dum in eodem loco Missa celebratur, ut occurratur eorundem fidelium necessitatibus.¹⁵⁸ Quod tamen opportuno modo peragatur.

77. Celebratio sanctae Missae nullo modo in adiunctis communis cenae inseratur, nec cum huiusmodi convivio conectatur. Non celebretur Missa, nisi ex gravi necessitate, supra mensam cibariam¹⁵⁹ aut in refectorio vel in loco qui ad hunc usum conviviale adhibeatur, nec in quavis aula ubi cibus adsit, nec Missae participantes ipsa durante celebratione ad mensas sedeant. Si, ex gravi necessitate, Missa celebrari debeat in eodem loco ubi postea cenandum erit, interponatur clarum temporis spatium inter Missae conclusionem et initium cenae neque cibus ordinarius fidelibus durante Missae celebratione exhibeatur.

78. Non licet celebrationem Missae colligari cum rebus politicis vel mundanis vel cum adiunctis quae plene Magisterio Ecclesiae catholicae non respondeant. Omnino insuper vitandum est Missae celebrationem ex mero pomparum desiderio peragere aut iuxta decora aliarum caeremoniarum etiam profanarum fieri, ne authentica significatio Eucharistiae evacuetur.

79. Abusus demum severissime iudicandus est in celebrationem sanctae Missae elementa contra librorum liturgicorum praescripta ex ritibus aliarum religionum desumptis introducere.

¹⁵⁷ Cf. praesertim *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, nn. 93-98; *RITUALE ROMANUM*, ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Ioannis Pauli PP II promulgatum: De Benedictionibus, editio typica, diei 31 maii 1984, Typis Polyglottis Vaticanis, 1984, Praenotanda, n. 28; Ordo coronandi imaginem beatae Mariae Virginis, editio typica, diei 25 martii 1981, Typis Polyglottis Vaticanis, 1981, nn. 10 et 14, pp. 10-11; S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr., de Missis in coetibus particularibus, *Actio pastoralis*, diei 15 maii 1969: AAS 61 (1969) pp., 806-811; Directorium de Missis cum pueris, *Pueros baptizatos*, diei 1 novembris 1973: AAS 66 (1974) pp. 30-46; *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 21.

¹⁵⁸ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap. motu proprio datae, *Misericordia Dei*, diei 7 aprilis 2002, n. 2: AAS 94 (2002) p. 455; Cf. CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Responsa ad dubia proposita: *Notitiae* 37 (2001) pp. 259-260.

¹⁵⁹ Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIV., Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 9: AAS 62 (1970) p. 702.

CAPUT IV

DE SACRA COMMUNIONE

1. De dispositionibus in sacra Communionem accipienda

80. Eucharistia fidelibus proponatur etiam «tamquam antidotum, quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur»,¹⁶⁰ quod diversis in Missae partibus in lucem ponitur. Quoad actum paenitentialem initio Missae positum, is finem habet omnes disponendi, ut apti sint ad sacra mysteria celebranda;¹⁶¹ tamen, «efficacia sacramenti Paenitentiae caret»,¹⁶² nec, ad gravium remissionem peccatorum quod attinet, pro sacramento Paenitentiae substitutus putari potest. Animarum pastores diligenter curent catechetica institutionem, ut doctrina christiana hac in re christifidelibus tradatur.

81. Ecclesiastica autem consuetudo declarat necesse esse quemque profundius seipsum probare,¹⁶³ ne quisquis sibi conscius peccati gravis sine praemissa sacramentali confessione Missam celebret neve Corpori Domini comunicet, nisi adsit gravis ratio et deficiat opportunitas confitendi; quo in casu meminerit se obligatione teneri ad eliciendum actum perfectae contritionis, qui includit propositum quam primum confitendi.¹⁶⁴

82. Insuper «normas iam edidit Ecclesia eo spectantes ut frequens et fructuosus adiuvetur fidelium aditus ad Mensam eucharisticam et ut condiciones definiantur quibus a Communionem subministranda omnino abstinereatur».¹⁶⁵

83. Optimum sane est ut omnes quamdam sanctae Missae celebrationem participantibus debitisque condicionibus praediti sacram Communionem in ea

¹⁶⁰ CONC. OECUM. TRID..., Sessio XIII, diei 11 octobris 1551, Decr. de Ss. Eucharistia, cap. 2: DS 1638; cf. Sessio XXII, diei 17 septembris 1562, De Ss. Missae Sacrificio, capp. 1-2: DS 1740, 1743; S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 35: AAS 59 (1967) p. 560.

¹⁶¹ Cf. MISSALE ROMANUM, Ordo Missae, n. 4, p. 505.

¹⁶² MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 51.

¹⁶³ Cf. 1 Cor 11, 28.

¹⁶⁴ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 916; CONC. OECUM. TRID..., Sessio XIII, diei 11 octobris 1551, Decr. de Ss. Eucharistia, cap. 7: DS 1646-1647; IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 36: AAS 95 (2003) pp. 457-458; S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 35: AAS 59 (1967) p. 561.

¹⁶⁵ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 42: AAS 95 (2003) p. 461

percipiant. Evenit tamen quandoque ut sacram ad mensam christifideles gregatim et indiscriminatim accedant. Pastorum est prudenter ac firmiter emendare talem abusum.

84. Praeterea ubi sancta Missa pro magna multitudine celebratur vel, exempli gratia, in magnis urbibus, oportet caveatur, ne ex ignorantia ad sacram Communionem accedant etiam non catholici vel etiam non christiani, neglecto Magisterio Ecclesiae quoad doctrinam et disciplinam. Pastorum est adstantes tempore opportuno monere de veritate et disciplina stricte observandis.

85. Ministri catholici sacramenta licite administrant solis christifidelibus catholicis, qui pariter eadem a solis ministris catholicis licite recipiunt, salvis iis can. 844 §§ 2, 3 et 4, atque can. 861 § 2 praescriptis.¹⁶⁶ Condiciones insuper can. 844 § 4, constitutae, quibus nihil derogari potest,¹⁶⁷ inter se separari non possunt; quapropter oportet semper omnes simul requirantur.

86. Fideles instanter ad eum usum adducantur ut extra Missae celebrationem, praesertim horis statutis, ad sacramentum paenitentiae accedant, ita ut eius administratio cum tranquillitate et ipsorum vera utilitate fiat, neve ipsi ab actuosa Missae participatione impediuntur. Qui cotidie aut saepius communicare solent, instruuntur ut aequis temporibus, pro singulorum conditione, ad sacramentum paenitentiae accedant.¹⁶⁸

87. Primae Communioni puerorum semper praemittatur sacramentalis confessio et absolutio.¹⁶⁹ Semper insuper a Sacerdote prima Communio administratur et quidem numquam extra Missae celebrationem. Salvis casibus exceptionis, parum apte administratur feria V in Cena Domini. Seligatur potius alius dies, prouti dominicae II-VI Paschae vel sollemnitatis Corporis et Sanguinis Christi vel dominicae «per annum», cum dies dominica dies

¹⁶⁶ Cf. CODEX IURIS CANONICI, can. 844 § 1; IOANNES PAULUS PP II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, nn. 45-46: AAS 95 (2003) pp. 463-464; cf. etiam PONT. CONS. AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOV., Directoire pour l'application des principes et des normes sur l'oecuménisme, *La recherche de l'unité*, diei 25 martii 1993, nn. 130-131: AAS 85 (1993) pp. 1039-1119, hic p. 1089.

¹⁶⁷ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc., *Ecclesia de Eucharistia*, n. 46: AAS 95 (2003) pp. 463-464.

¹⁸⁸ Cf. S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 35: AAS 59 (1967) p. 561.

¹⁶⁹ Cf. Codex Iuris Canonici, can. 914; S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Declar., *Sanctus Pontifex*, diei 24 maii 1973: AAS 65 (1973) p. 410; S. CONGR. PRO SACRAM. ET CULTU DIV. ET S. CONGR. PRO CLERICIS, Litt. ad Praesides Conf. Episcoporum, *In quibusdam*, diei 31 martii 1977: *Enchiridion Documentorum Instaurationis Liturgicae*, II, Roma 1988, pp. 142-144; S. CONGR. PRO SACRAM. ET CULTU DIV. ET S. CONGR. PRO CLERICIS, Responsum ad propositum dubium, diei 20 maii 1977: AAS 69 (1977) p. 427.

Eucharistiae recte aestimetur.¹⁷⁰ Ne ad sacram Eucharistiam accipiendam «accedant pueri, qui rationis usum non sint adepti aut quos» parochus «non sufficienter dispositos iudicaverit».¹⁷¹ Ubi tamen eveniat, ut puer quidam modo exceptionalis sub respectu aetatis maturus iudicetur ad sacramentum suscipiendum, eidem prima Communio ne recusetur, dummodo sufficienter instructus sit.

2. De distributione Communions

88. Fideles sacramentalem Communionem Eucharistiae de more sumant in ipsa Missa et eo puncto temporis ab ipso ritu celebrationis praescripto, id est proxime post Communionem Sacerdotis celebrantis.¹⁷² Est Sacerdotis celebrantis, forte ab aliis Sacerdotibus vel Diaconis coadiuvati, communionem ministrare; neque ipse debet Missam proseguere, nisi fidelium Communionem expleta. Tantum ubi urgeat necessitas, ministri extraordinarii Sacerdotem celebrantem ad normam iuris adiuvari possunt.¹⁷³

89. Ut, etiam «per signa, Communio melius appareat participatio Sacrificii quod actu celebratur»,¹⁷⁴ optandum est ut fideles possint eam recipere hostiis in ipsa Missa consecratis.¹⁷⁵

90. «Fideles communicant genuflexi vel stantes, prout Conferentia Episcoporum statuerit», actis a Sede Apostolica recognitis. «Cum autem stantes communicant, commendatur ut debitam reverentiam, ab iisdem normis statuendam, ante susceptionem Sacramenti faciant».¹⁷⁶

91. In sacra Communione distribuenda memorandum est quod «ministri sacri denegare non possunt sacramenta iis qui opportune eadem petant, rite sint dispositi, nec iure ab iis recipiendis prohibeantur».¹⁷⁷ Quilibet exinde catholicus baptizatus, qui iure non prohibeatur, admitti debet ad sacram

¹⁷⁰ Cf. IOANNES PAULUS P P. II, Ep Ap., *Dies Domini*, diei 31 maii 1998, nn. 31-34: AAS 90 (1998) pp. 713-766, hic pp. 731-734.

¹⁷¹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 914.

¹⁷² Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55.

¹⁷³ Cf. S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 31: AAS 59 (1967) p. 558; PONT. COMM. CODICIS IURIS CANONICI AUTHEN. INTERPR., *Responsio ad propositum dubium*, diei 1 iunii 1988: AAS 80 (1988) p. 1373.

¹⁷⁴ MISSALE ROMANUM, *Institutio Generalis*, n. 85.

¹⁷⁵ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55; S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 31: AAS 59 (1967) p. 558; MISSALE ROMANUM, *Institutio Generalis*, nn. 85, 157, 243.

¹⁷⁶ Cf. MISSALE ROMANUM, *Institutio Generalis*, n. 160.

¹⁷⁷ *Codex Iuris Canonici*, can. 843 § 1; cf. can. 915.

Communione. Proinde licitum non est ulli ex christifidelibus sacram Communionem negare, ex eo v. gr. tantummodo quod is Eucharistiam genibus flexis vel stans accipere vult.

92. Quamvis omnis fidelis ius semper habeat pro libitu suo sacram Communionem ore accipiendi,¹⁷⁸ si quis communicandus velit Sacramentum manu recipere, in regionibus ubi Conferentia Episcoporum, actis a Sede Apostolica recognitis, id permiserit, ei sacra hostia administretur. Attamen peculiari modo curetur statim coram ministro hostiam a communicante sumi, ne ullus species eucharisticas in manu ferens discedat. Si adsit profanationis periculum, sacra Communio in manu fidelibus non tradatur.¹⁷⁹

93. Patina pro Communionem fidelium oportet retineatur, ad vitandum periculum ut hostia vel quoddam eius fragmentum cadat.¹⁸⁰

94. Non licet ipsis fidelibus sacram hostiam neque calicem sacrum «per semetipsos accipere eo minus de manu in manum inter se transmittere».¹⁸¹ Hac in re auferendus insuper est abusus, quo sponsi in Missa nuptiali modo reciproco sibi sacram Communionem ministrant.

95. Christifidelis laicus « qui sanctissimam Eucharistiam iam recepit, potest eam iterum eadem die suscipere solummodo intra eucharisticam celebrationem cui participat, salvo praescripto can. 921 § 2».¹⁸²

96. Reprobandus est usus, quo contra librorum liturgicorum praescripta, sanctae Missae celebratione durante vel ante eam, ad instar Communionis sive hostiae non consecratae sive alia edibilia vel inedibilia distribuuntur. Qui usus enim cum traditione Ritus Romani minime concordat et periculum secum fert confusionem inducendi in christifideles quoad doctrinam eucharisticam Ecclesiae. Ubi aliquibus in locis exstet, ex concessione, particularis consuetudo panis benedicendi ac distribuendi post Missam, magna cum cura de hoc actu recta catechesis detur. Ne vero alia similia introducantur nec ad hunc usum hostiae non consecratae umquam adhibeantur.

¹⁷⁸ Cf. *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 161.

¹⁷⁹ *CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM.*, Dubium: *Notitiae* 35 (1999) pp. 160-161.

¹⁸⁰ Cf. *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 118.

¹⁸¹ *Ibidem*, n. 160

¹⁸² *Codex Iuris Canonici*, can. 917; cf. *PONT. COMM. CODICIS IURIS CANONICI AUTHEN. INTERPR.*, Responso ad propositum dubium, diei 11 iulii 1984: *AAS* 76 (1984) p. 746.

3. De Sacerdotum Communione

97. Sacerdos, quoties sanctam Missam celebrat, toties ad altare tempore a Missali statuto se communicare debet, concelebrantes vero antequam ipsi ad distributionem Communionis procedant. Numquam attendat Sacerdos celebrans vel concelebrans usque ad Communionem populi expletam, ut se comunicet.¹⁸³

98. Communio Sacerdotum concelebrantium iuxta normas in libris liturgicis praescriptas procedat, hostiis semper adhibitis, quae in eadem Missa consecratae sunt,¹⁸⁴ atque Communione semper sub utraque specie ab omnibus concelebrantibus recepta. Notandum est quod, si Sacerdos vel Diaconus concelebrantibus hostiam sacram vel calicem tradit, nihil dicit, nempe verba « Corpus Christi » vel « Sanguis Christi » minime profert.

99. Communio sub utraque specie semper permittitur « Sacerdotibus, qui sacrum celebrare vel concelebrare non possunt».¹⁸⁵

4. De Communione sub utraque specie

100. Quo clarius plenitudo signi in convivio eucharistico fidelibus pateat, ad Communionem sub utraque specie admittuntur quoque christifideles laici in casibus in libris liturgicis expositis, praemissa et iugiter comitante debita catechesi circa principia dogmatica hac in re a Concilio Oecumenico Tridentino statuta.¹⁸⁶

101. Ut christifidelibus laicis sacra Communio sub utraque specie ministretur, congruenter aestimanda erunt adiuncta, de quibus iudicent praeprimis Episcopi dioecesani. Omnino excludatur ubi periculum etiam parvum exstet profanationis sacrarum specierum.¹⁸⁷ Ob ampliorem coordinationem, Conferentiae Episcoporum normas, actis a Sede Apostolica per Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum recognitis, oportet edant,

¹⁸³ Cf. **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55; **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, nn. 158-160, 243-244, 246.

¹⁸⁴ Cf. **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, nn. 237-249; cf. etiam nn. 85, 157.

¹⁸⁵ Cf. *ibidem*, n. 283a.

¹⁸⁶ Cf. **CONC. OECUM. TRID.**, Sessio XXI, diei 16 iulii 1562, Decr. de communionem eucharistica, capp. 1-3: DS 1725-1729; **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55; **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, nn. 282-283.

¹⁸⁷ Cf. **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, n. 283.

praesertim quod «ad modum distribuendi fidelibus sacram Communionem sub utraque specie et ad facultatis extensionem »¹⁸⁸ attinet.

102. Ne ministretur calix christifidelibus laicis ubi tantus adsit communicando rum numerus,¹⁸⁹ ut difficile evadat quantitatem vini ad Eucharistiam aestimare, et periculum exstet, ut « copia Sanguinis Christi plus aequo remaneat in fine celebrationis sumenda »;¹⁹⁰ nec item ubi accessus ad calicem ardue ordinari possit vel ubi requiratur copia sufficiens vini, cuius tantum difficulter cognosci possunt segura provenientia et qualitas, vel ubi praesto non sit congruus numerus ministrorum sacrorum neque ministrorum extraordinariorum sacrae Communionis, qui formationem idoneam habeant, vel ubi pars notabilis populi ad calicem variis ex causis perseveranter nolit accedere, ablato igitur quodammodo signo unitatis.

103. Normae Missalis Romani admittunt principium quo, in casibus ubi Communio sub utraque specie ministretur, « sanguis Domini sumi potest vel ex ipso calice directe bibendo, vel per intinctionem, vel cum calamo, vel cum cochleari ».¹⁹¹ Quoad Communionis christifidelibus laicis ministrationem, Episcopi Communionem cum calamo vel cum cochleari excludere possunt, ubi usus loci non sit, manente tamen semper optione Communionis per intinctionem ministrandae. Si autem hic modus usurpetur, adhibeantur hostiae, quae ne nimis tenues neque nimis parvae sint, et communicandus a Sacerdote Sacramentum tantummodo ore recipiat.¹⁹²

104. Ne permittatur communicando per seipsum hostiam in calicem intingere nec hostiam intinctam manu accipere. Quoad hostiam intingendam, sit haec e materia valida confecta necnon consecrata, omnino vetito usu panis non consecrati aliusve materiae.

105. Si ad Communionem sub utraque specie Sacerdotibus concelebrantibus aut christifidelibus distribuendam unus calix non sufficit, nihil obstat quominus Sacerdos celebrans pluribus calicibus utatur.¹⁹³ Memorandum enim est omnes Sacerdotes sanctam Missam celebrantes ad Communionem sub

¹⁸⁸ Cf. *ibidem*,

¹⁸⁹ Cf. S. CONGR PRO CULTU DIV, Instr., *Sacramentali Communione*, diei 29 iunii 1970: AAS 62 (1970) p. 665; Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 6a: AAS 62 (1970) p. 699.

¹⁹⁰ MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 285a.

¹⁹¹ *Ibidem*, n. 245.

¹⁹² Cf. *ibidem*, nn. 285b et 287.

¹⁹³ Cf. *ibidem*, nn. 207 et 285a.

utraque specie teneri. Laudabiliter adhibetur, ratione signi, calix principalis grandior, una cum calicibus minoribus.

106. Attamen omnino vitandum est, ne post consecrationem Sanguis Christi ex uno in alterum vasum transfundatur, ne quid accidat quod vergat ad iniuriam tanti mysterii. Ad Sanguinem Domini recipiendum ne umquam adhibeantur lagonae, cratera vel alia vasa, quae integraliter normis statutis non respondeant.

107. Ad normam statutorum canonum, « qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest». ¹⁹⁴ Cui casui quaelibet actio sacras species voluntarie et graviter despiciens censenda est adnumerari. Unde si quis contra praedictas normas agat, ex. gr. sacras species in sacrarium vel in locum indignum vel in terram proiciens, in poenas statutas incurrit. ¹⁹⁵ Meminerint insuper omnes quod, distributione sacrae Communionis intra Missae celebrationem expleta, observanda sunt praescripta Missalis Romani, et praesertim oportet quod de Sanguine Christi forte remanet a Sacerdote vel iuxta normas ab alio ministro statim ex integro consumetur, hostiae vero consecratae quae supersunt aut ad altare a Sacerdote sumantur aut deferantur ad locum Eucharistiae asservandae destinatum. ¹⁹⁶

Capitulum V

DE QUIBUSDAM ALIIS AD EUCHARISTIAM SPECTANTIBUS

1. De loco celebrationis sanctae Missae

108. « Celebratio eucharistica peragatur in loco sacro, nisi in casu particulari necessitas aliud postulet; quo in casu, in loco honesto celebratio fieri debet». ¹⁹⁷ De qua necessitate pro casu diiudicabit de more Episcopus dioecesanus pro sua dioecesi.

¹⁹⁴ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 1367.

¹⁹⁵ Cf. *PONT. CONS. DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR.*, Responsio ad propositum dubium, diei 3 iulii 1999: *AAS* 91 (1999) p. 918.

¹⁹⁶ Cf. *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, nn. 163, 284

¹⁹⁷ *Codex Iuris Canonici*, can. 932 § 1; cf. *S. CONGR. PRO CULTU DIV.*, Instr., *Liturgicae institutiones*, n. 9: *AAS* 62 (1970) p. 701.

109. Numquam licet Sacerdoti Eucharistiam celebrare in templo vel loco sacro cuiusvis religionis non christianae.

2. De variis sanctae Missae adiunctis

110. «Sacerdotes, memoria semper tenentes in mysterio Sacrificii eucharistici opus redemptionis continuo exerceri, frequenter celebrent; immo enixe commendatur celebratio cotidiana, quae quidem, etiam si praesentia fidelium haberi non possit, actus est Christi et Ecclesiae, in quo peragendo munus suum praecipuum Sacerdotes adimplent».¹⁹⁸

111. Sacerdos ad Eucharistiam celebrandam vel concelebrandam «admittatur etiamsi rectori ecclesiae sit ignotus, dummodo aut litteras commendatitias» Sedis Apostolicae vel sui Ordinarii vel sui Superioris saltem intra annum datas, exhibeat, «aut prudenter existimari possit eundem a celebratione non esse impeditum».¹⁹⁹ Episcopi provideant, ut usus contrarii extirpentur.

112. Missa celebratur aut lingua latina aut alia lingua, dummodo textus liturgici adhibeantur, qui ad normam iuris approbati fuerint. Exceptis celebrationibus Missae, quae iuxta horarium earundem temporibus ab auctoritate ecclesiastica statutis lingua populi peragenda sunt, semper et ubique licet Sacerdotibus sacrum latine litare.²⁰⁰

113. Quando Missa a pluribus Sacerdotibus concelebratur, in Prece eucharistica pronuntianda adhibeatur lingua, quae simul ab omnibus Sacerdotibus concelebrantibus atque a congregato populo cognoscatur. Ubi evenit, ut inter Sacerdotes adsint qui linguam celebrationis non cognoscunt, ita ut partes Precis eucharisticae illis proprias debite pronuntiare nequeant, ne celebrent, sed potius habitu choralis induti celebrationi adstant iuxta normas.²⁰¹

¹⁹⁸ *Codex Iuris Canonici*, can. 904; cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 3; Decr. de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 13; cf. etiam CONC. OECUM. TRID., Sessio XXII, diei 17 septembris 1562, De Ss Missae Sacrificio, cap. 6: DS 1747; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Mysterium fidei*, diei 3 septembris 1965: AAS 57 (1965) pp. 753-774, hic pp. 761-762; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia*, n. 11: AAS 95 (2003) pp. 440-441; S. RITUUM CONGR., Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 44: AAS 59 (1967) p. 564; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 19.

¹⁹⁹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 903; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 200.

²⁰⁰ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36 § 1; *Codex Iuris Canonici*, can. 928.

²⁰¹ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 114.

114. «In dominicali Missa paroeciae, qua "communitatis eucharisticae" ex consuetudine quidem evenit, ut coetus adsint, motus, consociationes, parvae ipsae communitates religiosas».²⁰² Etiam si liceat Missam pro coetibus particularibus ad normam iuris celebrari,²⁰³ hi nihilominus coetus minime sunt de fideli observatione normarum liturgicarum exempti.

115. Reprobandus est abusus, quo celebratio sanctae Missae in favorem populi contra normas Missalis Romani sanamque traditionem Ritus Romani modo arbitrario, sub praetextu «ieiunii ab Eucharistia» promovendi, suspenditur.

116. Ne Missae contra normam iuris multiplicentur et de oblata stipe serventur omnia aliunde iure servanda.²⁰⁴

3. De sacris vasis

117. Vasa sacra, quae ad recipiendum Corpus et Sanguinem Domini destinata sunt, stricte ad normam traditionis et librorum liturgicorum conficiantur.²⁰⁵ Conferentis Episcoporum facultas datur decernendi an, actis ab Apostolica Sede recognitis, opportunum sit vasa sacra confici etiam aliis ex materiis solidis. Attamen stricte requiritur, ut huiusmodi materiae secundum communem aestimationem cuiusque regionis, revera nobiles sint,²⁰⁶ ita ut eorum usu honor reddatur Domino et periculum omnino vitetur prae oculis fidelium doctrinam realis praesentiae Christi in speciebus eucharisticis minuendi. Reprobandus igitur est quivis usus, quo ad Missae celebrationem vasa communia vel viliora adhibentur ad qualitatem quod attinet, vel omni artificio carentia vel simplicia canistra vel alia vasa ex vitro, argilla, creta aliisque materiis confecta, quae facile frangantur. Quod valet etiam de metallis aliisque materiis, quae facile corrumpantur.²⁰⁷

²⁰² IOANNES PAULUS P.P. II, Ep. Ap., *Dies Domini*, n. 36: AAS 90 (1998) p. 735; cf. etiam S. RITUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 27: AAS 59 (1967) p. 556.

²⁰³ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Ep. Ap., *Dies Domini*, praesertim n. 36: AAS 90 (1998) pp. 735-736; S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr., *Actio pastoralis*: AAS 61 (1969) pp. 806-811.

²⁰⁴ Cf. *Codex Iuris Canonici*, cann. 905, 945-958; cf. CONGR. PRO CLERICIS, Decr., *Mos iugiter*, diei 22 februarii 1991: AAS 83 (1991), pp. 443-446.

²⁰⁵ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 327-333.

²⁰⁶ Cf. *ibidem*, n. 332.

²⁰⁷ Cf. *ibidem*, n. 332; S. CONGR., PRO SACRAM. ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 16: AAS 72 (1980) p. 338.

118. Vasa sacra, antequam usurpentur, a Sacerdote iuxta ritus in libris liturgicis praescriptos benedicenda sunt.²⁰⁸ Laudabiliter benedictio ab Episcopo dioecesano impertitur, qui diiudicabit an vasa ad usum, cui destinantur, sint idonea.

119. Sacerdos, ad altare post distributionem Communionis reversus, stans ad altare vel ad abacum purificat patenam vel pyxidem super calicem, postea purificat calicem, iuxta Missalis praescripta, et calicem purificatorio absterget. Ubi adsit Diaconus, ille cum Sacerdote ad altare revertitur et vasa purificat. Licet tamen vasa purificanda, praesertim si sint plura, opportune cooperta, in altari vel in abaco super corporale relinquere eaque statim post Missam, populo dimisso, a Sacerdote vel Diacono purificari. Item acolythus rite institutus Sacerdotem vel Diaconum in vasis sacris purificandis et componendis sive ad altare sive ad abacum adiuvat. Absente Diacono, acolythus rite institutus vasa sacra ad abacum defert ibique more solito ea purificat, abstergit et componit.²⁰⁹

120. Curent pastores, ut sacrae mensae lintheamina, et praesertim ea sacras species exceptura, candida iugiter serventur et iuxta traditos mores frequentius laventur. Laudabiliter ita fit, ut aquae ex prima ablutione, manu peragenda, in sacrarium ecclesiae vel super terram in loco decenti effundantur. Posthac denuo lavatio modo consueto peragi potest.

4. De vestibus liturgicis

121. « Diversitas colorum in sacris vestibus eo contendit, ut hinc proprietates mysteriorum fidei celebrandorum, hinc sensus progredientis vitae christianae, decursu anni liturgici, efficacius etiam exterius exprimatur». ²¹⁰ Diversitas vero « munerum in Eucharistiae celebratione exterius manifestatur diversitate sacrarum vestium ». Eaedem enim « sacrae vestes ad decorem quoque ipsius actionis sacrae conferant oportet ». ²¹¹

²⁰⁸ Cf. **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, n. 333; Appendix IV. *Ordo benedictionis calicis et patenae intra Missam adhibendus*, pp. 1255-1257; **PONTIFCALE ROMANUM ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum**, *Ordo Dedicacionis ecclesiae et altaris*, editio typica, diei 29 maii 1977, Typis Polyglottis Vaticanis, 1977, cap. VII, pp. 125-132.

²⁰⁹ Cf. **MISSALE ROMANUM**, Institutio Generalis, nn. 163, 183, 192.

²¹⁰ *Ibidem*, n. 345.

²¹¹ *Ibidem*, n. 335.

122. «Alba circa lumbos cingulo astringenda» est, «nisi tali modo confecta sit, ut corpori adhaereat etiam sine cingulo. Antequam vero alba assumatur, si haec habitum communem circa collum non cooperit, amictus adhibeatur».²¹²

123. «Sacerdotis celebrantis vestis propria, in Missa aliisque sacris actionibus quae cum Missa directo conectuntur, est casula seu planeta, nisi aliud caveatur, super albam et stolam induenda».²¹³ Item Sacerdos, qui casulam iuxta rubricas assumit, ne stolam omittat induendam. Vigilent omnes Ordinarii, ut omnis usus contrarius extirpetur.

124. Facultas in Missali Romano datur, ut Sacerdotes Missam concelebrentes praeter principalem, qui semper casulam coloris praescripti induat, accedente iusta causa, v.gr. frequentiore concelebrantium numero et deficiencia paramentorum, omittere possint «casulam seu planetam, adhibita stola super albam».²¹⁴ Ubi tamen huiusmodi necessitas praevideri potest, huic quantum fieri potest provideatur. Concelebrantes praeter principalem possunt etiam ob necessitatem casulam coloris albi induere. Serventur de cetero normae librorum liturgicorum.

125. Diaconi vestis propria est dalmatica, super albam et stolam induenda. Ut servetur pulchra Ecclesiae traditio, laudabile est facultate dalmaticam omittendi non frui.²¹⁵

126. Reprobandus est abusus, quo sacri ministri sanctam Missam, etiam participante uno tantum ministro, contra librorum liturgicorum praescripta sine vestibus sacris peragunt aut solam stolam super cucullam monasticam vel habitum communem religiosorum vel vestem ordinariam adhibent.²¹⁶ Current Ordinarii, ut huiusmodi abusus quam citius corrigantur et in omnibus ecclesiis et oratoriis eorum iurisdictionis congrua copia vestium liturgicarum iuxta normas confectarum adsit.

127. Facultas peculiaris in libris liturgicis datur diebus sollempnioribus sacras vestes festivas seu nobiliores adhibendi, etsi non sunt coloris diei.²¹⁷ Quae tamen facultas, ad vestes abhinc multos annos confectas ob Ecclesiae

²¹² Cf. *ibidem*, n. 336.

²¹³ Cf. *ibidem*, n. 337.

²¹⁴ Cf. *ibidem*, n. 209.

²¹⁵ Cf. *ibidem*, n. 338.

²¹⁶ Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIV., Instr., *Liturgicae instaurationes*, n. 8c: AAS 62 (1970)

²¹⁷ Cf. MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 346g.

patrimonium servandum proprie spectans, improprie ad innovationes extenditur, ita ut, amissis usibus traditis, formae et colores secundum singulorum propensionem adhibeantur et sensus istius normae in traditionis detrimentum auferatur. Occurrente die festo, sacrae vestes coloris aurei vel argentei illas varii coloris pro opportunitate substituere possunt, non tamen violaceas vel nigras.

128. Sacra Missa aliaeque celebrationes liturgicae, quae actio sunt Christi et populi Dei hierarchice constituti, ita ordinentur, ut sacri ministri atque fideles laici, eas pro sua condicione manifeste participant. Praestat ergo «Presbyteros, qui celebrationi eucharisticae intersunt, nisi iusta causa excusentur, munus proprii Ordinis de more exercere et proinde uti concelebrantes participare, sacris vestibus indutos. Secus habitum choralem proprium aut superpelliceum super vestem talarem gestant».²¹⁸ Non decet, exceptis casibus in quibus rationabilis causa existat, eos quoad externa quasi fideles laicos Missam participare.

C a p u t VI

DE SS.MAE EUCHARISTIAE ASSERVATIONE DEQUE EIUS CULTU EXTRA MISSAM

1. De Sanctissimae Eucharistiae asservatione

129. «Celebratio Eucharistiae in Missae Sacrificio vere est origo et finis cultus, qui eidem extra Missam exhibetur. Sacrae vero species post Missam propterea praecipue asservantur, ut fideles, qui Missae interesse non possunt, praesertim infirmi et aetate provecti, per Communionem sacramentalem Christo eiusque sacrificio, quod in Missa immolatur, uniantur».²¹⁹ Haec asservatio praeterea permittit etiam morem tantum Sacramentum adorandi eique cultum latriae, qui Deo debetur, tribuendi. Formae ergo quaedam cultus adorationis non solum privatae sed etiam publicae et communitariae ab ipsa Ecclesia institutae vel approbatae valde promoveantur oportet.²²⁰

²¹⁸ *Ibidem*, n. 114; cf. nn. 16-17.

²¹⁹ S. CONGR PRO CULTU DIV., Decr., *Eucharistiae sacramentum*, diei 21 iunii 1973: AAS 65 (1973) 610.

²²⁰ Cf. *ibidem*

130. « Pro cuiusque ecclesiae structura et iuxta legitimas locorum consuetudines, Sanctissimum Sacramentum asservetur in tabernaculo in parte ecclesiae pernobilis, insigni, conspicua, decore ornata » et etiam ratione tranquillitatis loci, spatii ante tabernaculum, necnon copiae scamnorum seu sedilium atque genuflectoriorum, « ad orationem apta ». ²²¹ Insuper ad omnes praescriptiones librorum liturgicorum et ad normam iuris diligenter attendatur, ²²² speciatim ad vitandum periculum profanationis. ²²³

131. Praeter praescripta can. 934 § 1, vetatur Sanctissimum Sacramentum in loco asservari, qui certae auctoritati Episcopi dioecesanis non subiciatur vel ubi exstat periculum profanationis. Quo occurrente, Episcopus dioecesanus facultatem asservationis Eucharistiae iam concessam statim revocet. ²²⁴

132. Ne quis Sanctissimam Eucharistiam domum vel alium in locum contra normam iuris ferat. Prae oculis insuper habendum est abductionem vel retentionem in sacrilegum finem aut abiectioem consecratarum specierum graviora esse delicta, quorum absolutio Congregationi pro Doctrina Fidei est reservata. ²²⁵

133. Sacerdos vel Diaconus aut minister extraordinarius qui, absente vel impedito ministro ordinario, Sanctissimam Eucharistiam ad Communionem infirmo ministrandam defert, a loco, ubi Sacramentum asservatur, ad infirmi domicilium recto pro posse tramite omnique negotio profano omisso eat, ut omne periculum profanationis vitetur et maxima erga Corpus Christi reverentia servetur. Servandus insuper semper est ordo Communionis infirmorum administrandae sicut in Rituali Romano praescribitur. ²²⁶

²²¹ Cf. S. CONGR. RITUUM, Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 54: AAS 59 (1967) p. 568; Instr., *Inter Oecumenici*, diei 26 septembris 1964, n. 95: AAS 56 (1964) pp. 877-900, hic p. 898; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 314.

²²² Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Ep., *Dominicae Cenaes*, n. 3: AAS 72 (1980) pp. 117-119; S. CONGR. RITUUM, Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 53: AAS 59 (1967) p. 568; *Codex Iuris Canonici*, can. 938 § 2; RITUALE ROMANUM, De sacra Communionem et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, Praenotanda, n. 9; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, nn. 314-317.

²²³ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 938 §§ 3-5.

²²⁴ S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Instr., *Nulla unquam*, diei 26 maii 1938, n. IOd: AAS 30 (1938) pp. 198-207, hic p. 206

²²⁵ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap. motu proprio datae, *Sacramentorum sanctitatis tutela*, diei 30 aprilis 2001: AAS 93 (2001) pp. 737-739; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786.

²²⁶ Cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communionem et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, nn. 26-78.

2. De aliquibus formis cultus Ss.mae Eucharistiae extra Missam

134. «Cultus Eucharistiae extra Missae sacrificium tributus est inaestimabilis cuiusdam pretii in Ecclesiae vita. Talis cultus arte cum eucharistici Sacrificii celebratione iungitur».²²⁷ Pietas ergo tum publica tum privata erga sanctissimam Eucharistiam etiam extra Missam vehementer inculcetur, qua a fidelibus Christus vere realiterque praesens adoratione colatur,²²⁸ qui est «pontifex futurorum bonorum»²²⁹ et universorum Redemptor. «Sacrorum est officium Pastorum sustentare, etiam vitae suae testificatione, cultum eucharisticum, praesertim expositionem sanctissimi Sacramenti, tum etiam adorantem commorationem coram Christo speciebus sub eucharisticis adstante».²³⁰

135. «Visitationem sanctissimi Sacramenti» fideles «interdiu facere ne omittant, utpote quae erga Christum Dominum, in eodem praesentem, sit et grati animi argumentum et amoris pignus et debitae adorationis officium».²³¹ Contemplatio enim Iesu in sanctissimo Sacramento praesentis, utpote communio desiderii, fidelem Christo valde sociat, ut de exemplo tot Sanctorum emicat.²³² «Nisi gravis obstet ratio, ecclesia in qua sanctissima Eucharistia asservatur, per aliquot saltem horas cotidie fidelibus pateat, ut coram sanctissimo Sacramento orationi vacare possint».²³³

136. Ordinarius adorationem eucharisticam sive brevem sive protractam vel quasi continuatam, concurrente populo, impensius foveat. Recentioribus enim annis tot in «locis amplum cotidie spatium accipit Sanctissimi Sacramenti adoratio fitque inexhausta sanctitatis origo», quamvis sit etiam «ubi fere tota negligentia cultus adorationis eucharisticae deprehendatur».²³⁴

²²⁷ IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 25: AAS 95 (2003) pp. 449-450.

²²⁸ Cf. CONC. OECUM TRID., Sessio XIII, diei 11 octobris 1551, Decr. de Ss. Eucharistia, cap. 5: DS 1643; Pius PP. XII, Litt. Enc, *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 569; PAULUS PP. VI, Litt. Enc, *Mysterium Fidei*, diei 3 septembris 1965: AAS 57 (1965) pp. 751-774, hic pp. 769-770; S. RITUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 3f: AAS 59 (1967) p. 543; S. CONGR. PRO SACRAM. ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 20: AAS 72 (1980) p. 339; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 25: AAS 95 (2003) pp. 449-450

²²⁹ Cf. Heb 9, 11; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 3: AAS 95 (2003) p. 435.

²³⁰ IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 25: AAS 95 (2003) p. 450.

²³¹ PAULUS PP. VI, Litt. Enc, *Mysterium fidei*: AAS 57 (1965) p. 771.

²³² Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 25: AAS 95 (2003) pp. 449-450,

²³³ *Codex Iuris Canonici*, can. 937.

²³⁴ IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 10: AAS 95 (2003) p. 439.

137. Sanctissimae Eucharistiae expositio semper iuxta praescripta librorum liturgicorum peragatur.²³⁵ Ne excludatur coram sanctissimo Sacramento asservato vel exposito etiam coronae marialis precatio, «in sua simplicitate atque etiam altitudine»²³⁶ miranda. Attamen, maxime cum fit expositio, huius precatationis indoles utpote contemplatio mysterii vitae Christi Redemptoris et consilii salutis Patris omnipotentis, praesertim lectiones ex sacra Scriptura desumptas adhibendo, in luce ponatur.²³⁷

138. Numquam tamen debet sanctissimum Sacramentum expositum, etiam brevissime, sine sufficienti custodia manere. Proinde sic fiat, ut, temporibus statutis, aliqui christifideles saltem alternis vicibus semper adsint.

139. Ubi Episcopus dioecesanus ministros sacros vel alios ad hoc deputandos habet, ius est fidelium saepe sanctissimum Sacramentum Eucharistiae ad adorationem visitare et saltem aliquando decursu uniuscuiusque anni adorationem coram Sanctissima Eucharistia exposita participare.

140. Valde commendandum est, ut in urbibus vel civitatibus saltem maioribus Episcopus dioecesanus domum ecclesiae ad adorationem perpetuam designet, in qua tamen sacra Missa frequenter, quantum fieri potest etiam cotidie, celebretur, expositione stricte interrupta, dum Missa peragitur.²³⁸ Convenit ut in Missa, quae tempus adorationis immediate praecedat, hostia adorationi exhibenda consecretur et in ostensorio super altare ponatur post Communionem.²³⁹

141. Ius christifidelium constituendi confraternitates vel consociationes ad adorationem etiam quasi continuatam peragendam Episcopus dioecesanus agnoscat et pro posse foveat. Quoties huiusmodi consociationes indolem internationalem praesferunt, pertinet ad Congregationem de

²³⁵ Cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, nn. 82-100; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 317; *Codex Iuris Canonici*, can. 941 § 2.

²³⁶ IOANNES PAULUS PP. II, Ep. Ap., *Rosarium Virginis Mariae*, diei 16 octobris 2002: AAS 95 (2003) pp. 5-36, hic n. 2, p. 6.

²³⁷ Cf. CONGR. DE CULTU DIV. ET DISC. SACRAM., Litterae Congregationis diei 15 ianuarii 1997: *Notitiae* 34 (1998) pp. 506-510; PAENIT. AP., Litt. ad quemdam sacerdotem, diei 8 martii 1996: *Notitiae* 34 (1998) p. 511.

²³⁸ Cf. S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 61: AAS 59 (1967) p. 571; RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, n. 83; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 317; *Codex Iuris Canonici*, can. 941 § 2.

²³⁹ Cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, n. 94.

Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum eas erigere vel earum statuta approbare.²⁴⁰

3. De processionibus et congressibus eucharisticis

142. «Episcopi dioecesani est de processionibus statuere ordinationes, quibus earum participationi et dignitati prospiciatur»,²⁴¹ et adorationem fidelium promovere.

143. «Ubi de iudicio Episcopi dioecesani fieri potest, in publico erga sanctissimam Eucharistiam venerationis testimonium habeatur, praesertim in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, processio per vias publicas ducta»²⁴² quia pia «fidelium actio in eucharistica processione sollemnitatis Corporis et Sanguinis Christi exstat Domini gratia quae quotannis participes omnes laetitia replet».²⁴³

144. Quamvis hoc alicubi fieri nequeat, oportet tamen ne pereat traditio processiones eucharisticas peragendi. Potius novi exquirantur modi easdem in hodiernis rerum adiunctis peragendi, v. gr. apud sanctuaria, in Ecclesiae possessionibus vel, annuente auctoritate civili, in hortibus publicis.

145. Magni aestimetur utilitas pastoralis Congressuum eucharisticorum, qui «verax fidei et caritatis signum sint oportet».²⁴⁴ Diligenter praeparentur et peragantur iuxta statuta,²⁴⁵ ut Corporis et Sanguinis Dei Filii sacra mysteria christifideles digne venerentur et redemptionis fructum in se iugiter sentiant.²⁴⁶

²⁴⁰ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. Ap., *Pastor bonus*, art. 65: AAS 80 (1988) p. 877.

²⁴¹ *Codex Iuris Canonici*, can. 944 § 2; cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, Praenotanda, n. 102; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 317.

²⁴² *Codex Iuris Canonici*, can. 944 § 1; cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, Praenotanda, nn. 101-102; MISSALE ROMANUM, Institutio Generalis, n. 317.

²⁴³ IOANNES PAULUS PP. II, Litt Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 10: AAS 95 (2003) p. 439.

²⁴⁴ Cf. RITUALE ROMANUM, De sacra Communione et de cultu Mysterii eucharistici extra Missam, Praenotanda, n. 109.

²⁴⁵ Cf. *ibidem*, nn. 109-112.

²⁴⁶ Cf. MISSALE ROMANUM, In sollemnitate sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi, Collecta, p. 489.

CAPUT VII

DE FIDELIUM LAICORUM OFFICIIS EXTRAORDINARIIS

146. Sacerdotium ministeriale substitui omnino non potest. Si enim deest in communitate Sacerdos, caret ipsa exercitio functionis sacramentalis Christi Capitis Pastorisque, quod ad ipsam essentiam vitae communitatis pertinet.²⁴⁷ Quia «minister, qui in persona Christi sacramentum Eucharistiae conficere valet, est solus Sacerdos valide ordinatus».²⁴⁸

147. Ubi tamen Ecclesiae necessitas id suadeat, deficientibus ministris sacris, possunt christifideles laici aliqua officia liturgica ad normam iuris supplere.²⁴⁹ Tales fideles vocantur et deputantur ad certa officia gerenda, ipsaque tam gravia quam leviora, a Domini gratia sustentati. Quamplures iam christifideles laici ad hunc famulatum alacriter contulerunt et adhuc conferunt, praesertim in regionibus missionum, ubi Ecclesia adhuc parvae amplitudinis est vel in condicionibus persecutionis versatur,²⁵⁰ sed etiam aliis in regionibus penuria Sacerdotum et Diaconorum affectis.

148. Magni praesertim aestimanda est institutio catechistarum, qui magnis laboribus singulare et omnino necessarium adiumentum contulerunt et conferunt ad dilatationem fidei et Ecclesiae.²⁵¹

149. In aliquibus dioecesibus antiquioris evangelizationis recentius tamquam «assistentes pastorales», ut aiunt, deputati sunt christifideles laici, inter quos procul dubio quamplurimi Ecclesiae bono profuerunt actionem

²⁴⁷ Cf. CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Theologica principia, n. 3: AAS 89 (1997) p. 859

²⁴⁸ *Codex Iuris Canonici*, can. 900 § 1; cf. CONC. OECUM. LATERAN. IV., dierum 11-30 novembris 1215, cap. 1: DS 802; CLEMENS PP. VI, Ep. ad Mekhitar, Catholicon Armeniorum, *Super quibusdam*, diei 29 septembris 1351: DS 1084; CONC. OECUM. TRID., Sessio XXIII, diei 15 iulii 1563, Doctrina et canones de sacr. ordin., cap. 4: DS 1767-1770; Pius PP. XII, Litt. Enc, *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 553.

²⁴⁹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 230 § 3; IOANNES PAULUS PP. II, Allocutio in Symposio habita «de laicorum cooperatione in ministerio pastorali presbyterorum», diei 22 aprilis 1994, n. 2: *L'Osservatore Romano*, 23 aprile 1994; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Prooemium: AAS 89 (1997) pp. 852-856.

²⁵⁰ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Redemptoris missio*, nn. 53-54: AAS 83 (1991) pp. 300-302; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Prooemium: AAS 89 (1997) pp. 852-856

²⁵¹ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de activitate missionali Ecclesiae, *Ad gentes*, diei 7 decembris 1965, n. 17; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Redemptoris missio*, n. 73: AAS 83 (1991) p. 321.

pastoralem Episcopi, Presbyterorum et Diaconorum expedientes. Caveatur tamen ne delineatio huius officii nimis ad formam ministerii pastoralis clericorum assimiletur. Curandum scilicet est ne «assistentes pastorales» sibi assumant quae ad ministerium sacrorum ministrorum proprie pertinent.

150. Assistentis pastoralis navitas eo tendat, ut Sacerdotum et Diaconorum ministerium expediatur, vocationes ad sacerdotium et diaconatum suscitentur atque ad normam iuris in unaquaque communitate christifideles laici ad varia officia liturgica iuxta varietatem charismatum sedulo praeparentur.

151. Solummodo ex vera necessitate recurrendum erit ad auxilium ministrorum extraordinariorum in Liturgiae celebratione. Hoc enim haud prospicitur, ut magis plenam laicorum participationem praestet, sed ex natura sua addititium ac provisorium est.²⁵² Ubi insuper ad ministrorum extraordinariorum officia ex necessitate recurritur, multiplicentur peculiare instantesque intercessionem, ut Dominus Sacerdotem in servitium communitatis mox mittat atque vocationes ad sacros ordines abundanter suscitet.²⁵³

152. Ne autem haec officia mere suppletiva tamquam occasio deformationis ipsius ministerii Sacerdotum ita evadant, ut hi celebrationem sanctae Missae pro populo eisdem commisso neque per seipsos sollicitudinem erga infirmos neque curam parvulos baptizandi vel Matrimoniis assistendi vel exsequias christianas celebrandi praetermittant, quae imprimis ad Sacerdotes Diaconis coadiuvantibus spectat. Ne ergo umquam fiat ut in paroeciis Sacerdotes indifferenter vices servitii pastoralis cum Diaconis vel laicis permutent, ita confundendo specificum uniuscuiusque.

153. Numquam insuper licet laicis partes vel vestes Diaconi vel Sacerdotis aut alias his vestibus similes sibi assumere.

1. De extraordinario sacrae Communionis ministro

154. Sicut iam memoratum est, «minister, qui in persona Christi sacramentum Eucharistiae conficere valet, est solus Sacerdos valide ordinatus».²⁵⁴ Unde nomen «minister Eucharistiae» proprie ad solum Sacerdotem spectat.

²⁵² Cf. CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 8 § 2: AAS 89 (1997) p. 872.

²⁵³ Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 32: AAS 95 (2003) p. 455.

²⁵⁴ *Codex Iuris Canonici*, can. 900 § 1.

Sacrae etiam Ordinationis ratione, ministri ordinarii sanctae Communionis sunt Episcopus, Presbyter et Diaconus,²⁵⁵ ad quos igitur in sanctae Missae celebratione spectat sacram Communionem christifidelibus laicis administrare. Sic recte et plene manifestetur eorum munus ministeriale in Ecclesia atque signum sacramenti compleatur.

155. Praeter ministros ordinarios exstat acolythus rite institutus, qui ex institutione minister est extraordinarius sacrae Communionis etiam extra Missae celebrationem. Si insuper id suadeant verae necessitatis rationes, potest ad hoc delegari ab Episcopo dioecesano, ad normam iuris,²⁵⁶ etiam alius christifidelis laicus tamquam minister extraordinarius, ad actum vel ad tempus, adhibita in re apta benedictionis formula. Qui tamen actus deputationis non necessarie formam liturgicam habet, nec ullo modo, si habet, haec sacrae Ordinationi assimilatur. In casibus demum peculiaribus et inexpectatis, licentia potest dari « ad actum » a Sacerdote qui praeest eucharisticae celebrationi.²⁵⁷

156. Officium hoc stricte iuxta eius nomen intendatur, id est ministri extraordinarii sacrae Communionis, non autem « ministri specialis sacrae Communionis » neque « ministri extraordinarii Eucharistiae » neque « ministri specialis Eucharistiae », quibus nominibus eiusdem significatio indebite et improprie ampliatur.

157. Si de more adsit copia ministrorum sacrorum quae etiam ad distributionem sacrae Communionis sufficit, nequeunt ministri extraordinarii sacrae Communionis deputari. Talibus in adiunctis, ii qui ad eiusmodi ministerium deputati sint, ne idem exercent. Reprobandus est usus illorum Sacerdotum, qui, licet celebrationi ipsi intersint, a Communionem tamen distribuenda se abstinere, laicis id munus committentes.²⁵⁸

²⁵⁵ Cf. *ibidem*, can. 910 § 1; cf. etiam IOANNES PAULUS PP. II, Epist., *Dominicae Cena*, n. 11: AAS 72 (1980) p. 142; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 8 § 1: AAS 89 (1997) pp. 870-871.

²⁵⁶ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 230 § 3.

²⁵⁷ Cf. S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Instr., *Immensae caritatis*, prooemium: AAS 65 (1973) p. 264; PAULUS PP., VI, Litt. Ap., motu proprio datae, *Ministeria quaedam*, diei 15 augusti 1972: AAS 64 (1972) p. 532; MISSALE ROMANUM, Appendix III: Ritus ad deputandum ministrum sacrae Communionis ad actum distribuendae, p. 1253; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 8 § 1: AAS 89 (1997) p. 871.

²⁵⁸ Cf. S. CONGR. PRO SACRAM./ET CULTU DIV., Instr., *Inaestimabile donum*, n. 10: AAS 72 (1980) p. 336; PONT. COMM. CODICIS IURIS CANONICI AUTHEN. INTERPR., Responso ad propositum dubium, diei 11 iulii 1984: AAS 76 (1984) p. 746.

158. Extraordinarius enim sacrae Communionis minister poterit Communionem ministrare solummodo cum Sacerdos vel Diaconus desunt, cum Sacerdos debilitate vel provecta aetate vel alia vera causa impeditur vel cum fidelium ad Communionem accedentium numerus tantus est, ut ipsa Missae celebratio nimis protrahatur.²⁵⁹ Quod tamen ita intendatur, ut causa omnino insufficiens erit prolongatio brevis, secundum rerum et culturae loci adiuncta.

159. Extraordinario sacrae Communionis ministro numquam licet alium quempiam ad Eucharistiam ministrandam delegare, ut v.gr. parentem vel sponsum vel filium infirmi communicandi.

160. Episcopus dioecesanus praxim recentiorum annorum hac in re rursus ponderet et pro opportunitate corrigat vel pressius definiat. Ubi ex vera necessitate diffuse huiusmodi ministri extraordinarii deputantur, Episcopus dioecesanus oportet edat particulares normas, quibus, traditionem Ecclesiae prae oculis habens, ad normam iuris de hoc officio exercendo regulas statuatur.

2. De praedicatione

161. Sicut iam dictum est, homilia ob suum momentum atque naturam Sacerdoti aut Diacono intra Missam reservatur.²⁶⁰ Ad ceteras formas praedicationis quod attinet, si peculiaribus in adiunctis necessitas id requirat aut in casibus particularibus utilitas id suadeat, ad praedicandum in ecclesia vel in oratorio extra Missam admitti possunt, ad normam iuris, christifideles laici.²⁶¹ Quod fieri potest solummodo ob exiguum sacrorum ministrorum numerum quibusdam in locis ad eosdem supplendos, nec converti licet a casu omnino exceptionis in rem ordinariam, nec intellegi debet uti authentica laicatus promotio.²⁶² Praeterea meminerint omnes facultatem ita permittendi ad Ordinarios loci et quidem ad actum, non autem ad alios, etiam Presbyteros vel Diaconos, spectare.

²⁵⁹ Cf. S. CONGR. DE DISC. SACRAM., Instr., *Immensae caritatis*, n. 1: A A S 65 (1973) pp. 264-271, hic pp. 265-266; PONT. COMM. CODICI IURIS CANONICI AUTH. INTERPR., Responsio ad propositum dubium, diei 1 iunii 1988: A A S 80 (1988) p. 1373; CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 8 § 2: A A S 89 (1997) p. 871

²⁶⁰ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 767 § 1.

²⁶¹ Cf. *ibidem*, can. 766.

²⁶² Cf. CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 2 §§ 3-4: A A S 89 (1997) p. 865

3. De celebrationibus peculiaribus, quae absente Sacerdote peraguntur

162. Ecclesia die, quae «dominica» nuncupatur, fideliter in unum convenit ad resurrectionem Domini commemorandam ac totum paschale mysterium praesertim per Missae celebrationem.²⁶³ Etenim «nulla communitas christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in sanctissimae Eucharistiae celebratione».²⁶⁴ Unde populus christianus ius habet, ut in suum favorem celebretur Eucharistia die dominica et festis de praecepto atque occurrentibus aliis maioribus diebus festis et, quantum fieri potest, etiam cotidie. Ideo, ubi die dominica in ecclesia paroeciali vel in alia christifidelium communitate difficulter Missae celebratio habeatur, Episcopus dioecesanus opportuna remedia una cum presbyterio perpendat.²⁶⁵ Inter quas solutiones praecipuae erunt, ut alii Sacerdotes ad hoc vocentur aut fideles sese transferant in ecclesiam cuiusdam loci propinquioris ad eucharisticum mysterium ibi participandum.²⁶⁶

163. Sacerdotes omnes, quibus sacerdotium et Eucharistia «pro» ceteris est commissa,²⁶⁷ meminerint sibi iniungi, ut fidelibus omnibus occasionem praebeant, qua praecepto Missam die dominica participandi satisfacere possint.²⁶⁸ Ex parte sua, fideles laici ius habent, ut nullus sacerdos, nisi vera impossibilitas adsit, umquam recuset se Missam in favorem populi celebrare vel eam ab alio celebrari, si aliter praecepto Missam die dominica aliisque diebus statutis participandi satisfacere non possit.

164. «Si, deficiente ministro sacro aliave gravi de causa, participatio eucharisticae celebrationis impossibilis evadat»,²⁶⁹ populus christianus ius ha-

²⁶³ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Ep. Ap., *Dies Domini*, praesertim nn. 31-51: AAS 90 (1998) pp. 713-766, hic pp. 731-746; IOANNES PAULUS P.P. II, Ep. Ap., *Novo millennio ineunte*, diei 6 ianuarii 2001, nn. 35-36: AAS 93 (2001) pp. 290-292; IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 41: AAS 95 (2003) pp. 460-461.

²⁶⁴ CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 6; cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, nn. 22, 33: AAS 95 (2003) pp. 448, 455-456.

²⁶⁵ Cf. S. RITUUM CONGR., Instr., *Eucharisticum mysterium*, n. 26: AAS 59 (1967) pp. 555-556; CONGR. PRO CULTU DIVINO, Directorium de celebrationibus dominicalibus absente presbytero, *Christi Ecclesia*, diei 2 iunii 1988, nn. 5 et 25: *Notitiae* 24 (1988) pp. 366-378, hic pp. 367, 372.

²⁶⁶ Cf. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Directorium de celebrationibus dominicalibus absente presbytero, *Christi Ecclesia*, n. 18: *Notitiae* 24 (1988) p. 370.

²⁶⁷ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Ep., *Dominicae Cenaes*, n. 2: AAS 72 (1980) p. 116.

²⁶⁸ Cf. IOANNES PAULUS P.P. II, Ep. Ap., *Dies Domini*, n. 49: AAS 90 (1998) p. 744; Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 41: AAS 95 (2003) pp. 460-461; *Codex Iuris Canonici*, cann. 1246-1247.

²⁶⁹ *Codex Iuris Canonici*, can. 1248 § 2; cf. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Directorium de celebrationibus dominicalibus absente presbytero, *Christi Ecclesia*, nn. 1-2: *Notitiae* 24 (1988) p. 366.

bet, ut Episcopus dioecesanus pro posse curet celebrationem quamdam pro ipsa communitate die dominica sub eiusdem auctoritate et iuxta Ecclesiae statuta peragere. Huiusmodi tamen peculiare dominicales celebrationes semper omnino extraordinariae censendae sunt. Omnium ergo sive Diaconorum sive christifidelium laicorum, quibus pars in huiusmodi celebrationibus ab Episcopo dioecesano tribuitur, «erit cura ut vera Eucharistiae "fames" servetur, quae efficiat ut nulla Missam celebrandi amittatur occasio, adhibito etiam Sacerdote per occasionem interveniente, qui iure Ecclesiae quominus celebret non impeditur».²⁷⁰

165. Oportet sedulo vitetur quaelibet confusio inter huiusmodi conventus et celebrationem eucharisticam.²⁷¹ Episcopi dioecesani igitur prudenter discernant an in his conventibus sacra Communio distribui debeat. Res opportune ob ampliorem coordinationem in Conferentia Episcoporum determinentur, ut, actis ab Apostolica Sede per Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum recognitis, ad effectum ducatur. Praeferendum insuper erit, absentibus et Sacerdote et Diacono, varias partes inter plures fideles distribui potius quam unus solus fidelis laicus totam celebrationem dirigat. Nec convenit umquam ut dicatur aliquem fidelem laicum celebrationi «praesidere».

166. Item Episcopus dioecesanus, ad quem res solum pertinet, ne facile concedat, ut huiusmodi celebrationes, praesertim si in iis etiam sacra Communio distribuitur, fiant diebus ferialibus et imprimis in locis, ubi die dominica praecedenti vel sequenti Missa celebrari potuit vel poterit. Sacerdotes enixe rogantur, ut pro posse cotidie sanctam Missam in una ex ecclesiis ipsis commissis pro populo celebrent.

167. «Similiter nemo cogitare potest sanctam diei dominici Missam celebrationes oecumenicas Verbi substituere vel conventus precationis communis cum christianis pertinentibus ad [...] Communitates ecclesiales, vel etiam communicationem eorum liturgici ritus».²⁷² Quod si Episcopus dioecesanus, necessitate urgente, ad actum participationem catholicorum permiserit,

²⁷⁰ IOANNES PAULUS P P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 33: A A S 95 (2003) pp. 455-456.

²⁷¹ Cf. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Directorium de celebrationibus dominicalibus absente presbytero, *Christi Ecclesia*, n. 22: *Notitiae* 24 (1988) p. 371.

²⁷² IOANNES PAULUS P P. II, Litt. Enc, *Ecclesia de Eucharistia*, n. 30: A A S 95 (2003) pp., 453-454; cf etiam PONT. CONS. AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOV., Directoire pour l'application des principes et des normes sur l'oecuménisme, *La recherche de l'unité*, diei 25 martii 1993, n. 115: A A S 85 (1993) pp. 1039-1119, hic p. 1085.

pastores caveant ne inter fideles catholicos confusio de necessitate Missam de praecepto etiam his in adiunctis alia hora diei participandi oriatur.²⁷³

4. De iis, qui a statu clericali sunt dimissi

168. «Clericus qui statum clericalem ad normam iuris amittit», «potestatem ordinis exercere prohibetur».²⁷⁴ Huic igitur non licet sub ullo praetextu sacramenta celebrare, salvo tantum casu exceptionis iure statuto,²⁷⁵ nec christifidelibus ad eum celebrationis causa recurrere, cum desit iusta causa quae ad normam can. 1335 id permittat.²⁷⁶ Insuper hi viri nec homiliam teneant,²⁷⁷ nec ullum munus aut officium in sacrae Liturgiae celebratione umquam assumant, ne confusio inter christifideles oriatur et veritas obscuretur.

CAPUT VIII

DE REMEDIIS

169. Ubi abusus in sacrae Liturgiae celebratione patrat, vera deprehenditur adulteratio liturgiae catholicae. Scripsit vero S. Thomas «vitium falsitatis incurrit qui ex parte Ecclesiae cultum exhibet Deo contra modum divina auctoritate ab Ecclesia constitutum et in Ecclesia consuetum».²⁷⁸

170. Ut remedium huiusmodi abusibus detur, id «quod maxime urget, formatio biblica et liturgica est populi Dei, pastorum et fidelium»,²⁷⁹ ita ut Ecclesiae fides et disciplina quoad sacram Liturgiam recte praesententur et

²⁷³ Qf PONT CONS AD CHRISTIANORUM UNITATEM FOV., Directoire pour l'application des principes et des normes sur l'oecuménisme, *La recherche de l'unité*, n. 115: AAS 85 (1993) p. 1085.

²⁷⁴ *Codex Iuris Canonici*, can. 292; cf. PONT. CONS DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR., Declaratio de recta interpretatione can. 1335, secundae partis, C.I.C., diei 15 maii 1997, n. 3: AAS 90 (1998) p. 64

²⁷⁵ Cf *Codex Iuris Canonici*, cann. 976; 986 § 2.

²⁷⁶ Cf. PONT. CONS DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR., Declaratio de recta interpretatione can. 1335, secundae partis, C.I.C., diei 15 maii 1997, nn. 1-2: AAS 90 (1998) pp. 63-64.

²⁷⁷ Quod attinet ad sacerdotes qui a caelibatu dispensationem obtinuerunt, cf. S. CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI. Normae de dispensatione a sacerdotali caelibatu ad instantiam partis, *Normae substantiales*, diei 14 octobris 1980, art. 5; cf. etiam CONGR. PRO CLERICIS et aliae, Instr., *Ecclesiae de mysterio*, Practicae Dispositiones, art. 3 § 5: AAS 89 (1997) p. 865,

²⁷⁸ S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theol.*, II, 2, q. 93, a. 1,

²⁷⁹ Cf IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Ap., *Vicesimus quintus annus*, n. 15: AAS 81 (1989) p. 911; cf etiam CONC OECUM. VAT. II, Const. de s Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 15-19.

intellegantur. Ubi tamen abusus persistunt, oportet procedatur in tutelam patrimonii spiritualis iuriumque Ecclesiae ad normam iuris, omnibus legitimis opibus adhibitis.

171. Inter varios abusus exstant qui obiective graviora delicta vel res graves constituunt, necnon alii qui nihilominus sedulo vitandi et corrigendi sunt. Illis omnibus prae oculis habitis, quae praesertim in Capite I huius Instructionis tractantur, attendendum est ad ea, quae hic sequuntur.

1. De gravioribus delictis

172. Graviora delicta contra sanctitatem augustissimi Eucharistiae Sacrificii et sacramenti iuxta « Normas de gravioribus delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis » sunt tractanda,²⁸⁰ videlicet:

a) abductio vel retentio in sacrilegum finem aut abiectio consecratarum specierum;²⁸¹

b) attentatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis vel eiusdem simulatio;²⁸²

c) vetita eucharistici Sacrificii concelebratio una cum ministris Communitatum ecclesialium, qui successionem apostolicam non habent, nec agnoscunt ordinationis sacerdotalis sacramentalem dignitatem;²⁸³

d) consecratio in sacrilegum finem alterius materiae sine altera in eucharistica celebratione aut etiam utriusque extra eucharisticam celebrationem.²⁸⁴

✠ cf IOANNES PAULUS P.P. II, Litt Ap. motu proprio datae, *Sacramentorum sanctitatis tutela*: AAS 93 (2001) pp. 737-739; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786.

²⁸¹ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 1367; PONT. CONS. DE LEGUM TEXTIBUS INTERPR., Responso ad propositum dubium, diei 3 iulii 1999: AAS 91 (1999) p. 918; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786.

✠ cf *Codex Iuris Canonici*, can. 1378 § 2 n. 1 et 1379; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786.

✠ Qf (*j.d.*, *Juris Canonici*, can. 908 et 1365; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786,

²⁸⁴ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 927; CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Ep. ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de delictis gravioribus eidem Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis: AAS 93 (2001) p. 786.

2. De rebus gravibus

173. Quamvis iudicium de gravitate rei faciendum sit iuxta doctrinam communem Ecclesiae et normas ab ipsa statutas, inter res graves sunt semper obiective censenda quae validitatem et dignitatem sanctissimae Eucharistiae in discrimen adducunt, nempe contra illa quae supra in nn. 48-52, 56, 76-77, 79, 91-92, 94, 96, 101-102, 104, 106, 109, 111, 115, 117, 126, 131-133, 138, 153 et 168 illustrantur. Animadvertenda insuper sunt alia praescripta Codicis Iuris Canonici ac praesertim ea quae canonibus 1364, 1369, 1373, 1376, 1380, 1384, 1385, 1386 et 1398 statuuntur.

3. De aliis abusibus

174. Actiones insuper illae, quae contra ea alia patrantur, de quibus alibi hac in Instructione vel in normis iure statutis tractatur, leviter non sunt aestimandae, sed inter alios abusos sedulo vitandos et corrigendos adnumerentur.

175. Quae in hac Instructione exponuntur, ut patet, haud omnes contra Ecclesiam eiusque disciplinam referunt violationes, quae in canonibus, in legibus liturgicis atque in aliis normis Ecclesiae ob doctrinam Magisterii sanamve traditionem definiuntur. Ubi quid mali patratum est, corrigendum erit ad normam iuris.

4. De Episcopo dioecesano

176. Episcopus dioecesanus, «cum sit praecipuus mysteriorum Dei dispensator, iugiter annitatur ut christifideles suae curae commissi sacramentorum celebratione in gratia crescant utque paschale mysterium cognoscant et vivant». ²⁸⁵ Ad ipsum pertinet, «intra limites suae competentiae, normas de re liturgica dare, quibus omnes tenentur». ²⁸⁶

177. «Ecclesiae universae unitatem cum tueri debeat, Episcopus disciplinam cunctae Ecclesiae communem promovere et ideo observantiam omnium legum ecclesiasticarum urgere tenetur. Advigilet ne abusus in ecclesiasticam

Codex Iuris Canonici, can. 387.

Ibidem, can. 838 § 4.

disciplinam irreparent, praesertim circa ministerium verbi, celebrationem sacramentorum et sacramentalium, cultum Dei et Sanctorum ».²⁸⁷

178. Quoties exinde Ordinarius sive loci sive Instituti religiosi vel Societatis vitae apostolicae notitiam, saltem veri similem, habet de delicto aut abusu ad sanctissimam Eucharistiam quod attinet, caute inquirat, per se vel per alium idoneum clericum, facta et adiuncta et imputabilitatem.

179. Delicta contra fidem necnon graviora delicta in Eucharistiae ceterorumque sacramentorum celebratione commissa sine mora deferenda sunt ad Congregationem de Doctrina Fidei, quae ea « cognoscit, atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit ».²⁸⁸

180. Secus Ordinarius procedat ad normam sacrorum canonum, poenas canonicas, ubi casus fert, applicans et sibi in memoriam particulari modo statuta can. 1326 revocans. Si de rebus gravibus agitur, Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum certiore faciat.

5. De Sede Apostolica

181. Quoties Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum notitiam, saltem veri similem, habet de delicto aut abusu ad sanctissimam Eucharistiam quod attinet, Ordinarium de eo certiore facit, ut rem inquirat. Ubi res gravis evadat, exemplar actorum de inquisitione facta et, ubi casus fert, de poena lata Ordinarius ad eundem Dicasterium quam primum mittat.

182. In casibus difficilioribus Ordinarius ob bonum Ecclesiae universalis, cuius sollicitudinem et ipse vi sacrae ordinationis participat, ne omittat rem praevis collatis consiliis cum Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum agere. Ex parte sua, eadem Congregatio, vigore facultatum ipsi a Pontifice Romano tributarum, iuxta casum Ordinario aderit, ei necessarias dispensationes concedens²⁸⁹ vel instructiones seu praescripta communicans, quibus is diligenter obtemperet.

²⁸⁷ *Ibidem*, can. 392

²⁸⁸ IOANNES PAULUS P P . II, Const. Ap., *Pastor bonus*, art. 52: AAS 80 (1988) p. 874.

²⁸⁹ Cf. *ibidem*, n. 63: AAS 80 (1988) p. 876.

6. De expostulationibus circa abusus in re liturgica

183. Modo omnino particulari omnes pro viribus faciant, ut sanctissimum Sacramentum Eucharistiae ab omni irreverentia et distortionem defendatur et omnes abusus funditus corrigantur. Hoc quidem gravissimum est officium pro universis et singulis, et exclusa omni personarum acceptatione, omnes illud opus perficere teneantur.

184. Quilibet catholicus, sive Sacerdos sive Diaconus sive christifidelis laicus, ius habet querelam de abusu liturgico apud Episcopum dioecesanum vel Ordinarium competentem ei iure aequiparatum aut apud Sedem Apostolicam ob primatum Romani Pontificis deferendi.²⁹⁰ Convenit tamen, ut, in quantum fieri potest, expostulatio seu querela primum Episcopo dioecesano exponatur. Semper vero hoc fiat in veritate et caritate.

CONCLUSIO

185. «Seminibus discidii inter homines quae cotidianum experimentum tam alte insita demonstrat humana in natura propter peccatum, opponitur vis generatrix unitatis corporis Christi. Aedificans enim Ecclesiam, Eucharistia hanc ipsam ob causam conciliat inter homines communitatem».²⁹¹ Haec ideo Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum in votis habet, ut, etiam diligenti applicatione eorum, quae hac in Instructione in memoriam revocantur, fragilitas humana actioni ipsius sanctissimi Sacramenti Eucharistiae minus obstet et, quavis deformatione ablata, quovis usu reprobo submoto, per intercessionem Beatae Mariae Virginis, « mulieris eucharisticae»,²⁹² praesentia salvifica Christi in Sacramento Corporis et Sanguinis ipsius omnibus hominibus resplendat.

186. Christifideles omnes sanctissimam Eucharistiam plene, conscie et actuose pro posse participent,²⁹³ eam pietate et vitae conversatione amanter colant. Episcopi, Presbyteri et Diaconi, sacrum ministerium exercentes, conscientiam probent quoad veritatem et fidelitatem suarum actionum in nomine Christi et Ecclesiae in celebratione sacrae Liturgiae effectarum. Unusquis-

²⁹⁰ Cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 1417 § 1.

²⁹¹ IOANNES PAULUS P.P. II, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia*, n. 24: AAS 95 (2003) p. 449.

²⁹² *Ibidem*, nn. 53-58: AAS 95 (2003) pp. 469-472.

²⁹³ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. de s. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 14; cf. etiam nn. 11, 41 et 48.

que ministrorum sacrorum etiam cum severitate se interroget, an iura christifidelium laicorum observaverit, qui se suosque filios ipsi fidenter commendant, freti omnes pro fidelibus recte muneribus illis fungi, quae Ecclesia mandato Christi sacram Liturgiam celebrans explere intendit.²⁹⁴ Quisque enim semper meminerit se esse sacrae Liturgiae servitorem.²⁹⁵

Contrariis omnibus quibuslibet non obstantibus.

Hanc Instructionem, a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum de mandato Summi Pontificis Ioannis Pauli II collatis cum Congregatione pro Doctrina Fidei consiliis exaratam, idem Pontifex die 19 mensis martii, in sollemnitate sancti Ioseph, anno 2004 comprobavit, eandem edi ac statim ab universis, ad quos pertinet, observari iussit.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, Romae, die 25 mensis martii, in sollemnitate Annuntiationis Domini, anno 2004.

FRANCISCUS card. **ARINZE**

Praefectus

£8 Dominicus Sorrentino

Archiepiscopus a Secretis

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Nazarenae Majone (in saec.: Mariae), confundatricis Congregationis Filiarum Divini Zeli (1869-1939)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Ora in me, Iesu, et ego offero tibi has preces secundum voluntatem tuam peractas, ut omnium precationibus satisfaciam gloriamque ab omnibus creaturis debitam Patri reddam. Tibi, Iesu, animae meae sollicitudines tra- do... Qui nimis passus es, conquiesce: ego enim pro te patiar».

²⁹⁴ Cf. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theol.*, III, q. 64, a. 9 ad primum.

²⁹⁵ Cf. *MISSALE ROMANUM*, Institutio Generalis, n. 24.

Haec oratio, e Matris Nazarenae «Scriptis» excerpta, exprimit praecipuam ac dominantem mentem: maxima scilicet divinae voluntati deditio, qua ipsius aedificium spiritale nititur. Ea in Divina Voluntate exquirenda, aliis aperte rebus abdicans, aliis magno animo studens, diu se exercuit, ductore beato Hannibale Maria Di Francia (1851-1927), eius moderatorem spiritalibus ac Fundatore. Cui «Voluntati» ingenium ea offerebat praestantissimum, quod fide, caritatis ardore bonorumque futurorum spe transfigurabat atque incitabat. Eius inclinatio omnia ad meliora referens orationisque pabulo sustentata ex ore renidenti perpetuo cumulabatur, quod quidem eam divinae signum caritatis, virginalis nempe maternitatis imaginem exemplo Virginis Mariae, quam constanter imitabatur, efficiebat. Nata est die 21 mensis Iunii anno 1869 in pago qui dicitur *Graniti* in agro Messanensi, genere piorum colonum, a quibus imbuta est initiis christianae doctrinae; quam postea auxit adulescentula per templi frequentationem Marialiumque Puellarum sodalicii, grave profecto tirocinium virtutis. Viginti annos nata vocatione incenditur, cum Sorores, quas Pater Hannibal in pagum *Graniti* pecuniam corrogatum miserat, mense Octobri anno 1889 obiret. Nam, cum videret et audiret loquentes de Instituto quodam Messanensis illius sacerdotis ope condendo, omnem statim ab animo moram dispellit, ita ut eas paulo post secuta sit. Regio, quae dicitur *Avignone* in suburbio Messanae, visa est Mariae tamquam specimen summae illius rerum externarum animique infelicitatis, quae saepe in medii ordinis civium sententia homines a societate detrusos notat. Non ita ei, quae ilico in peculiari praestantiorum bonorum ordine ea tempora et personas extulit: pueros videlicet derelictos, viros mulieresque in tuguriis constipatos ipsumque Patrem Hannibalem solum quidem, Deo tamen in tam magno rerum discrimine adhaerentem. Primordia pro Filiabus Divini Zeli et Rogationistis a Corde Iesu in signo beatitudinum notabantur, per summam egestatem sanctamque laetitiam, per preces Domino messis adhibitae pro innumeris mundi regionibus, illius *Avignone* consimilibus, quae Dominicis Operariis carebant, per sedulam caritatem perque maerore cum ultima plebe communicatas. Quae omnia illam deprehenderunt cum primitus commercii initium fecit cum illa peculiari compage, quam ilico amare incepit. Cumque alacer existeret nec ullo modo sibi parceret, Fundator vehementer commotus est, qui iam tum in ea summas Operis spes posuit. Quam admisit ad novitiatum et vota religiosa (nomine religionis Mariae Nazarenae a SS. Virgine) praefecitque primis Filiabus Divini Zeli, quae interea in Domo a Spiritu Sancto, haud longe a regione *Avignone*, ramo virili destinata, sedem collocaverant. Is donec vixit eam sine intermissione in viis spiritalibus sustentavit, in abnegatione corroboravit, in oboedientia et humilitate servavit, Dei voluntatem ut exquireret suadendo. Cum Tauromenii anno 1902 primae

Domus additiciae initium factum est, Mater Nazarena praefuit Communitati apud Spiritum Sanctum, iam Domum Matricem, simulque Summae Moderatricis manus suscepit. Serva Dei mulier fuit mitis ac fortis, fidelis ac efficienti vi praestans, strenua ac prudens. Ipsa in novis foundationibus, quae post terrae motum anni 1908 in Sicilia, Apulia, Romae alibique increbuerunt, operam navavit, pudentissime numquam a Patris Hannibalis latere discedens, eademque mutuae necessitudinis auctrix in orbas ac populares puellas, cum porro apostola existeret illius «Rogate», charismatis quod eam misericordem erga turbas derelictas, supplicem ac sollertem de Regni Dei fortuna, reddebat. Qui stimulus, de quo quantum votum nuncupaverat, eius pietatis cultum informabat quem filiabus indicabat. Fidei repleta cum religiosam familiam sibi commissam administraret, Dei tantum voluntatem expetebat, quacum optiones quotidianas aequaret, sollicita de filiarum suarum bono cum corporis tum animi. Cum assiduae orationis mulier existeret, intima animi intentio ei tribuebat suavitatem ab omnibus agnitam, quae huius mundi transeuntis relativitatem monstrare videbatur. Elata in Domino vivebat, tanquam Sponsa amorem Sponsi effundens, Cui Uni se dedere volebat, cum tamen eodem tempore adesset pauperibus hominibus, puellabus orbis, viris ac mulieribus vocatione destitutis. Intimam sacrarum virginum, ceteris minime praestantem omnium autem ministram se profitebatur, cum tamen in ordine «Sacrae servitutis» titulo floreret «Vicariae Virginis Immaculatae», quo una Summa Operis Moderatrix legitima atque immediata significaretur. Quae publica actio, die 8 mensis Decembris anno 1904 peracta, eius iter spiritale necnon religiosam administrationem penitus notavit. Primordiis illis Instituto virtus aegre sufficebat, cum potius heroica vis postularetur: huiusmodi nempe est illud «Votum fiduciae», quo ipsa se offerebat ut omnia adversa, externa ac interna, humana ac inferna, toleraret. Onus «sperandi contra spem» eam usque ad consumptionem plenamque sui oblationem sustentavit. Haud mirum igitur si Fundator eam in munere prioris Summae Moderatricis retinuit usque ad annum 1927, quando morte correptus est, eamque voluisset confirmare in perpetuum de speciali Sanctae Sedis indulto. Quanti ille discipulam dilectissimam faceret, haec documento sunt quae moribundus professus est: «Mater Nazarena egregio animo est praedita, ipsaque simplex ut columba, nesciens quid simulatio, ambiguitas, calliditas sit».

Labores, quos ipsa diu tulerat, illius valetudini obfuerunt; nam praeter diabetem aliosque morbos, voluntarie addidit corporis afflictationes et incommoda, ita ut infima monialium videretur. In Capitulo mense Martii anno 1928 celebrato, de administratione consulto detrusa est, non sine clandestinis consiliis et malevolenza, quae eius virtuti repugnabant. Quibus cum minime indulgeret, hilaris humilisque ut agnicula Domum Tauromenitanam admini-

strandam suscepit, inde, postquam anno 1932 Romam tamquam Vicaria generalis revocata est, relegata eaque quavis parte agendi destituta habita est. A ceteris segregata vixit, magis magisque in dies a semetipsa disiuncta huiusque mundi divitias relinquens, cum tamen in modum matris lacrimis tenus particeps esset, si quando filias suas laborantes Opusque graviter concussum aspiceret. Quae cum viventis lampadis instar pro tabernaculo tempus ageret, in suo ascetico itinere usque ad mysticos tremores pervenit, quibus donantur animae ad Dei mysterium propius accedentes. Quamdiu Romae vitam degit (annis videlicet 1934-1939), quasi scandit, laetans ut Isaac, aram qua candida victima una cum ipso, qui postea eam gloria redimiturus erat, immolaretur. Filiae eam Matrem, licet moleste latentem, sentiebant tamquam reliquias historicas, eamque sanctam prope Fundatorem atque cum eo confundat ritem rami mulierum qui de «Rogate» stirpe germinaverat. Vita functa est die 25 mensis Ianuarii anno 1939, cum se pro «Victima ac Piaculo Amoris Misericordis» obtulisset. Serva Dei, quae adhuc vivens pro sancta habebatur, et post mortem fama sanctitatis circumdata est; quapropter, Filiabus Divini Zeli poscentibus, Vicariatus Urbis Causam beatificationis et canonizationis inivit. Vis iuridica Inquisitionis dioecesanæ, annis 1992-1993 celebratae, agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 14 mensis Ianuarii anno 1994 latum. Positione confecta, in eodem Dicasterio disceptatum est secundum normas utrum Famula Dei virtutes gradu heroico exercuerit. Die 9 mensis Maii anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 28 mensis Octobris eiusdem anni congregata, Exc. mo D. Salvatore Boccaccio, Episcopo Frusinateni-Verulano-Ferentino, Causae Ponente, confessi sunt Matrem Mariam Nazarenam Majone virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in gradu heroico exercuisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Nazarenae Majone (in saec.: Mariae), Confundatricis Congregationis Filiarum Divini Zeli, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. **SARAIVA MARTINS**

Praefectus

L. 88 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VISENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Ritae Amatae a Iesu (in saec.: Ritae Lopes De Almeida), fundatricis Instituti Sororum a Iesu Maria et Ioseph (1848-1913)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae a Deo donata sunt nobis» (*1 Cor 2, 12*).

A Spiritu Domini illuminata, Serva Dei Rita Amata a Iesu (cui saeculare nomen Rita Lopes De Almeida) sensit se a Christo vocari ut Ipsi se totam consecraret. Ea igitur vitae suae cursum convertit in integram donationem Divino Redemptori, quem corde indiviso dilexit; utque ad Regnum eius propagandum operam navaret, novam familiam religiosam condidit, Institutum nempe Sororum a Iesu Maria et Ioseph, cuius praecipue esset infantes parentibus orbatos mulieresque vitiosa vita rerumque angustiis sublevare. Haec sponsa Christi nata est die 5 mensis Martii anno 1848 in loco *Ribafeita*, intra fines dioecesis Visensis in Lusitania, e parentibus colonis. Septimum fere annum agens, abducta est ad familiam quandam, quae illi facultatem negabat ut diebus dominicis Augustissimo Sacrificio interesset, quapropter fuga domum revertit. Mox recepta est apud nobilem quandam familiam Visensem, ibique primas litteras didicit. Studio animas ad Christum ducendi impulsa, christianae religionis elementa in sua paroecia docebat diversosque vicos peragrabat ubi Rosarium recitandum duceret perditosque ad bonam frugem revocaret. Vitas Sanctorum legere solebat eorumque virtutes imitari conabatur. Cum tandem vocationem ad vitam consecratam secum agitasset, anno 1877 ingressa est Portugallense monasterium Sororum a Caritate; a quo postquam recessif, statuit condere opus ad recipiendos infantes mulieresque tum vitii deditas tum rerum externarum inopia laborantes. Anno 1880 igitur collegium aperuit in loco *Gumiei* intra fines paroeciae *Ribafeita*, quod tamquam primas gradus exstitit ad condendum Institutum a Iesu Maria et Io-

seph. Interea ipsa sub spiritali moderamine Patris Lapa e Societate Iesu, qui novae quoque communitatis religiosae futurus esset magister pietatis, se subiecerat. Paulo post aliae sociae eam sunt secutae in peculiari suimet Domino consecrandi ratione, quam ipsa sibi expetierat. Quae autem, dum consilium foundationis persequitur, acriter a rei publicae moderatoribus oppugnata est, nec alii defuerunt, etiam ecclesiastici viri, qui eius incepto minime indulgere viderentur. Quibus tamen difficultatibus ipsa animum submittere non tulit, confisa fore ut Dominus sibi auxilium praeberet ad propositum assequendum; quod quidem mense Maio anno 1902 iure pontificio sed in Lusitania pro Pia Unione tantum est probatum, cum inde ab anno 1834 Ordines religiosi essent ibi interdicti. Opus autem in plures dioeceses, nempe Visensem, Lamacensem, Aegitaniensem, Portugallensem et Portalegrensem, celeriter permanavit. Anno 1910 rerum perturbatio exorta effecit ut Lusitanum imperium popolare ediceretur, quod primis coeptibus abrupta adversos Ecclesiam contumacia notabatur: nam rei publicae moderatores, ubi primum magistratum inierant, omnes religiosas domos claudi iusserunt. Serva Dei, iam aetate provector, domum confugit indeque, Emmanuele Damasceno da Costa episcopo adiuvante, ad tuendam perpetuitatem Instituti, quod ipsa per tot incommoda condiderat auxeratque, nonnullas suas religiosas mulieres in Brasili am misit. Quae quidem in tanto discrimine ceterisque crebris impedimentis, eius navitati intervenientibus, subeundis fulta est fide inconcussa, quam aluit per assiduam orationem perque devotionem Eucharistiae, Cordi Iesu, Beatissimae Mariae Virgini Sanctoque Ioseph adhibitam. Voluntati Dei, quem ipsa ante omnia dilexit, semper firmo animo est assensa. Apostolico zelo flagrans, summis opibus enixa est ut propagaret revelatarum rerum cognitionem Magisteriique praecepta, cuius directoriis magno cum studio paruit. Omnibus actibus maiorem Dei gloriam animarumque salutem imprimis expetivit seque sollicitam praebuit etiam de egenorum necessitatibus; misericors porro et observans erga Sorores, liberali animo omnibus ignovit a quibus obtrectaretur. Cum denique pro certo haberet « omnia in hoc saeculo ad exitum pervenire, aeternitatem tantum numquam exigi » quemadmodum ipsa quibusdam litteris a se exaratis declaraverat, animam constanter ad bona caelestia convertit, quibus se tandem sperabat non propriis meritis, sed de infinita Dei misericordia esse potituram. Communitatem, quam ipsa fundaverat, sapienter direxit, omni tempore prudenter, iuste firmiterque agens. Ecclesiae legibus Instituti que «Regulae» obtemperaras, plurimas fidenter aggressa est difficultates, alteras nempe in Instituto condendo offensas, alteras vero ex ardua rerum hominumque complexione exorientes in qua ipsa versabatur. Iam adolescentula Sanctorum castigationes imitari cupiebat perque reliquum vitae curriculum temperantia, qua et honestis rebus frueba-

tur, eminebat. Paupera eaque humilis ad instar Sacrae Familiae Nazarethanae exstitit, iis semper contenta rebus quas sibi a Providentia praeberentur. Moderatori spiritali ecclesiasticisque auctoritatibus oboedivit. Castitatem quoque exercuit atque ab omni periculo defendit. Postquam brevi tempore aegrotavit, in paupérrima habitatiuncula, a quibusdam benefactoribus commodata, animum edidit die 6 mensis Ianuarii anno 1913, spe confirmata se praemium, cuius semper desiderio flagraverat in terris, mox tandem in caelis esse adepturam. Cum fama sanctitatis pervagata exstaret, Episcopus Visensis Causam beatificationis et canonizationis inchoavit per Inquisitionem dioecesanam annis 1991-1994 peractam, dum insuper triplex Inquisitio Rogatori alis fieret in dioecesibus Aegitaniensi, Francopolitana et Sancti Mauri. Quarum omnium validitas iuridica rata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 7 mensis Aprilis anno 1995 latum. Positione confecta, disceptatum est, secundum normas, utram Serva Dei virtutes gradu heroico exercuerit. Die 13 mensis Maii anno 2003 habitus est, positivo cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 11 mensis Novembris eiusdem anni convocata, audita relatione Exc.mi D.ni Hieronymi Grillo, Episcopi Centumcellarum-Tarquiniensis, Causae Ponentis, recognoverunt Servam Dei Ritam Amatami a Iesu virtutes théologales et cardinales iisque adnexas in gradu heroico exercuisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Ritae Amatae a Iesu (in saec.: Ritae Lopes De Almeida), Fundatricis Instituti Sororum a Iesu Maria et Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A.D. 2003.

IOSEPHUS card. **SARAIVA MARTINS**
Praefectus

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 10 Iulii 2004. — Cathedrali Ecclesiae Baghiopolitanae, noviter erectae, Exc.mum P.D. Carolum J. Cenzone, C.I.C.M., hactenus Episcopum titularem Scebatianensem et Vicarium Apostolicum Baghiopolitanum.

die 12 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctissimae Incarnationis Exc.mum P.D. Ignatium Gogorza Izaguirre, S.C.I. di Béth., hactenus Episcopum Urbis Orientalis.

— Cathedrali Ecclesiae Urbis Orientalis R.D. Rogerum Richardum Livieres Plano, e clero Praelaturae Personalis Sanctae Crucis et Operis Dei, hactenus cappellanum institutionis pro pastoralis cura iuventutis universitariae «Ykuá» eiusdem Praelaturae in civitate vulgo «Asunción».

die 13 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Villaregensi R.D. Carolum Henricum Diez, e clero dioecesis Fuldensis, ibique in Facultate Theologica professorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 17 Iulii. — Metropolitanæ Ecclesiae Huancayensi Exc.mum P.D. Petrum Richardum Barreto Jimeno, S.I., hactenus Episcopum titularem Acufidensem et Vicarium Apostolicum Giennensem in Peruvia seu Sancti Francisci Xaverii.

die 21 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Fororaphaëliensi R.D. Eduardum Mariam Taussig, hactenus Theologiae in Universitate Catholica Argentina professorem atque directorem officii pro pastoralis universitaria archidioecesis Bonaërensis.

COLLATIO DIGNITATIS ARCHIEPISCOPALIS

die 17 Iulii 2004. — Exc.mo P.D. Slawoj Leszek Glódz, Episcopo Ordinario Militari in Polonia, dignitas archiepiscopalis collata est.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il 14 e 15 agosto 2004 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Lourdes.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|----|--------|------|--|
| 31 | luglio | 2004 | S.E. mons. Mario Roberto Cassali, Arcivescovo tit. di Tronto,
<i>Nunzio Apostolico in Costa d'Avorio e in Burkina Faso.</i> |
| » | » | » | Mons. Andrés Carrascosa Coso, Arcivescovo tit. el. di Elo,
<i>Nunzio Apostolico nella Repubblica del Congo.</i> |

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- | | | | |
|----|--------|------|--|
| 21 | giugno | 2004 | Gli Em.mi Signori Cardinali: Joseph Ratzinger, Alfonso Lopez Trujillo, Eduardo Martínez Somalo, Jorge Arturo Medina Estévez, Darío Castrillón Hoyos; le LL.EE. i monsignori: Paul Josef Cordes, Joseph Serge Miot, Edmundo Luis Flavio Abastoflor Montero, Héctor Rubén Aguer, Nicolas Cotugno Fanizzi, <i>Consiglieri della Pontificia Commissione per l'America Latina «in aliud quinquennium» aut «usque ad 80^m annum ae. ».</i> |
| » | » | » | Le LL.EE. i monsignori Héctor Miguel Cabrejos Vidarte, Arcivescovo di Trujillo, José Guadalupe Martín Rábago, Vescovo di León, <i>Membri della Pontificia Commissione per l'America Latina « ad quinquennium ».</i> |
| » | » | » | Le LL.EE. i monsignori Michael Louis Fitzgerald, Stanislaw Rylko, José Dimas Cedeño Delgado, Franz Grave, <i>Membri della Pontificia Commissione per l'America Latina « in aliud quinquennium ».</i> |
| » | » | » | Mons. Romano Penna, don Alfonso C. Chacón Oreja, i padri Alfredo Simon, O.S.B., Giuseppe Phan Tan Thanh, O.P., Luigi Padovese, O.F.M., François-Marie Lethel, O.C.D., Alberto Valentini, S.M.M., Luigi Nuovo, C.M., <i>Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « ad quinquennium ».</i> |
| » | » | » | L'Em.mo Signor Cardinale Eduardo Martínez Somalo <i>«usque ad 80^m annum ae. s. »</i> e l'Ecc.mo Mons. Piergiorgio |

			Silvano Nesti « <i>in aliud quinquennium</i> », <i>Membri della Congregazione delle Cause dei Santi</i> .
21	giugno	2004	I monsignori Joaquín Alonso Pacheco, Lorenzo Dattrino e Guido Mazzotta, i padri Antolín González Fuente, O.P., Francesco Costa, O.F.M. Conv., Ubaldo Terrinoni, O.F.M. Cap., Benito Goya Echeberria, O.C.D., Carlo Laudazi, O.C.D., Manuel Ruiz Jurado, S.I., i prof. Pietro Borzomati, Gian Ludovico Masetti Zanini, <i>Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi</i> « <i>in aliud quinquennium</i> ».
28	»	»	Il padre Marian Babula, della Congregazione di San Michele Arcangelo, <i>Capo Ufficio nella Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica</i> .
18	luglio	»	Don Guido Gatti, S.D.B. e padre Giovanni Colombo, O.M.I., <i>Consiglieri della Penitenzieria Apostolica</i> « <i>ad quinquennium</i> ».
»	»	»	Le LL.EE. i monsignori Pio Vittorio Vigo, Arcivescovo-Vescovo di Acireale e Antonio Buoncristiani, Arcivescovo di Siena-Colle di Val d'Elsa-Montalcino, <i>Membri della Commissione episcopale per l'Almo Collegio Capranica</i> « <i>in aliud quinquennium</i> ».

Protonotari Apostolici soprannumerari

31	gennaio	2004.	Mons. Pedro Pascasio Estela (San Martín)
7	febbraio	»	Mons. Simeone Duca (Porto-Santa Rufina)
»	»	»	Mons. Nicolino Amedeo Merlo (Porto-Santa Rufina)
20	marzo	»	Mons. Stanislaw Jez (Tarnów)
25	»	»	Mons. Vineas Jonas Bartuska (Vilkaviskis)
30	»	»	Mons. Nicolae Lupea (Fagaras Si Alba Iulia dei Romeni)
12	aprile	»	Mons. William Victor Fuller (Ballarat)
»	»	»	Mons. Emigdio Píneros Cárdenas (Zipaquirá)
4	maggio	»	Mons. James P. Kelly (Rockville Centre)
»	»	»	Mons. Adam Stanios (Radom)
27	»	»	Mons. Josip Bandera (Krk)
»	»	»	Mons. Anatólio Brasil Pompeu (Bragança Paulista)
31	»	»	Mons. Stanislaw Feliks Strzelecki (Białystok)
»	»	»	Mons. Mieczysław Jerzy Swidziniewski (Białystok)
1	giugno	»	Mons. Ludan Lamza (Fulda)
9	»	»	Mons. James O. Barta (Dubuque)
»	»	»	Mons. W. Dean Walz (Dubuque)
»	»	»	Mons. David A. Wheeler (Dubuque)
11	»	»	Mons. Rodolfo José O'Neill (La Plata)
19	»	»	Mons. Antonio Kochanski (Elk)
»	»	»	Mons. Edmundus Stephanus Lagód (Elk)
21	»	»	Mons. Lorenzo López-Cubero Jiménez (Córdoba en Spagna)

Prelati d'onore di Sua Santità

10	gennaio	2004	Il sac. Ladislav Ceri (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Julius Koller (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Aldo Passerini (Como)
»	»	»	Il sac. Angelo Riva (Como)
»	»	»	Il sac. Carlo Spazzi (Ancona-Osimo)
»	»	»	Il sac. Hans Walter Vavrovsky (Salzburg)
16	»	»	Il sac. Alberto Atienza Huerta (Palencia)
»	»	»	Il sac. Felix Bernard (Osnabrück)
»	»	»	Il sac. Bernardus Henricus Joseph Kasteel (Lubbock)
»	»	»	Il sac. José Mariscal Arranz (Palencia)
»	»	»	Il sac. Ángel Sancho Campo (Palencia)
26	»	»	H sac. Julius Kormos (Eger)
31	»	»	Il sac. Alfredo Cantalini (17Aquila)
7	febbraio	»	Il sac. Alberto Mazzola (Porto-Santa Rufina)
21	»	»	Il sac. Gerard Maximillian Lopez (San Bernardino)
»	»	»	Il sac. Celso Rodríguez Fernández (Tui-Vigo)
4	marzo	»	Il sac. Tede Lucien Chambeny (Natitingou)
9	»	»	Il sac. José Gutiérrez Mora (Sevilla)
»	»	»	Il sac. Camilo Olivares Gutiérrez (Sevilla)
11	»	»	Il sac. Roberto Teodoro Amondarain (Zarate-Campana)
»	»	»	Il sac. Mark Ernstmann (Springfield-Cape Girardeau)
»	»	»	Il sac. Stephen Schneider (Springfield-Cape Girardeau)
12	»	»	Il sac. Matthias Hribernik (Gurk)
20	»	»	Il sac. Frantisek Kohlicek (Praha)
»	»	»	Il sac. Bernard Savourât (Troyes)
25	»	»	Mons. Stanislaw Gebka (Czestochowa)
»	»	»	Il sac. Jan Kowalski (Czestochowa)
»	»	»	Mons. Robert J. Siffrin (Youngstown)
30	»	»	Il sac. Maximilian Barna (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Augustin Ciungan (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Vasile Gherman (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Vasile Mare (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Octavian Moisin (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Mons. Celso Morga Iruzubieta (Calahorra y La Calzada Logroño)
»	»	»	Il sac. Ioan Muntean (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Ioan Popa (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Teodor Racovitan (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Ioan Rosca (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
»	»	»	Il sac. Eugen Sârbu (Fagaras si Alba Iulia dei Romeni)
4	aprile	»	Mons. Edward Bober (Legnica)
»	»	»	Il sac. Francis Vincent Cilia (San Jose in California)
»	»	»	Il sac. John J. Darcy (Providence)
»	»	»	Il sac. Robert Donnelly (Antigonish)
»	»	»	Il sac. John Hugh Aloysius Gillis (Antigonish)
»	»	»	Il sac. Conrad Polycarp Girroir (Antigonish)
»	»	»	Il sac. Joseph Heigl (Augsburg)
»	»	»	Mons. Wladyslaw Józaków (Legnica)

4	aprile	2004	Il sac. Tadeusz Jurek (Legnica)
»	»	»	Il sac. Erich Lidel (Augsburg)
»	»	»	Mons. Józef Srtrugarek (Legnica)
15	»	»	Il sac. Fabio Reynaldo Colindres Abarca (El Salvador)
»	»	»	Il sac. George Kwame Kumi (Sunyani)
»	»	»	Il sac. Seth Osei Agyemang (Sunyani)
21	»	»	Il sac. Corrado Pasquantonio (Sulmona-Valva)
1	maggio	»	Il sac. James Arumanayakam (Neyyattinkara)
»	»	»	Il sac. André Dubled (Amiens)
4	»	»	Mons. Waclaw Depo (Radom)
»	»	»	Mons. Stanislaw Pindera (Radom)
17	»	»	Mons. Vytautas Steponas Vaiciunas (Kaunas)
27	»	»	Il sac. José Herculano Arruda (Bragança Paulista)
1	giugno	»	Il sac. Artur Matuszek (Praha)
9	»	»	Il sac. Lyle Lawrence Wilgenbusch (Dubuque)
11	»	»	Mons. Felix Guàrdia i Torrents (Vic)
»	»	»	Mons. Josep Jutglà i Caralt (Vic)
14	»	»	Il sac. Joseph Masande (Dedza)
21	»	»	Il sac. Alonso García Molano (Cordoba en Spagna)
»	»	»	Il sac. Remigio Romero Mogrovejo (Azogues)
25	»	»	Mons. Franco Coppola (Otranto)
30	»	»	Mons. Marek Solczynski (Warszawa)

Cappellani di Sua Santità

3	gennaio	2004	Il sac. Józef Kania (Krakow)
»	»	»	Il sac. Stanislaw Murzyn (Krakow)
10	»	»	Il sac. László Burián (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Peter Dobos (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Marian Dragún (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Benedito Gil Claro (Taubaté)
»	»	»	Il sac. Franz Guggenberger (Salzburg)
»	»	»	Il sac. Carlos Kiesewetter (Blumenau)
»	»	»	Il sac. Giuseppe Longhini (Como)
»	»	»	Il sac. Jan Pavcír (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Frantisek Procházka (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Imrich Sisulák (Bratislava-Trnava)
»	»	»	Il sac. Francisco Vinaixa Monsonís (Valencia)
»	»	»	Il sac. Saverio Xeres (Como)
»	»	»	Il sac. Frantisek Zák (Bratislava-Trnava)
16	»	»	Il sac. Giancarlo Crovetto (Chiavari)
»	»	»	Il sac. Eugene Joseph Driscoll (Lubbock)
»	»	»	Il sac. Benito Espinola Díaz (Villarrica del Espíritu Santo)
»	»	»	Il sac. Matthias Kanyerezi (Kasana-Luweero)
»	»	»	Il sac. Tarcisio Livi etti (Milano)
»	»	»	Il sac. Eulogio Montiel Ramos (Villarrica del Espíritu Santo)
»	»	»	Il sac. Jan Piotrowski (Tarnów)
26	»	»	Il sac. Aldo de Melo Brandão (Penedo)
»	»	»	Il sac. Ladislaus Ficzek (Eger)

26	gennaio	2004	Il sac. José Antonio Neto (Penedo)
»	»	»	Il sac. Afrânio Pinheiro Bezerra (Penedo)
»	»	»	Il sac. Stephanus Szarvas (Eger)
»	»	»	Il sac. José Theisen (Penedo)
31	»	»	Il sac. José Luis Ezquerro Arana (San Martín)
»	»	»	Il sac. Isidro Farrés Vilaró (San Martín)
»	»	»	Il sac. Giuseppe Gianorio (L'Aquila)
»	»	»	Il sac. Enrique Gilabert (San Martín)
»	»	»	Il sac. Luigi Imperato (Napoli)
»	»	»	Il sac. Onorato Lorenzón (San Martín)
»	»	»	Il sac. Nestore Mattei (L'Aquila)
»	»	»	Il sac. Nello Palloni (Perugia-Città Della Pieve)
»	»	»	Il sac. Osvaldo Ludovico Tonetto (San Martín)
»	»	»	Il sac. Davide Tonti (Urbino-Urbania-Sanf Angelo in Vado)
4	febbraio	»	Il sac. Héctor Tomás Gómez Mendoza (Guadalajara)
»	»	»	Il sac. Domenico Giannandrea (Porto-Santa Rufina)
»	»	»	Il sac. Paolo Perla (Porto-Santa Rufina)
»	»	»	Il sac. Giovanni Maria Righetti (Porto-Santa Rufina)
21	»	»	Il sac. Edward John Connolly (San Bernardino)
»	»	»	Il sac. Leonardo D'Ascenzo (Velletri-Segni)
»	»	»	Il sac. Higinio González Cordova (Tepic)
»	»	»	Il sac. Johann Hörst (Eisenstadt)
»	»	»	Il sac. Angelo Mancini (Velletri-Segni)
»	»	»	Il sac. John Aloysius Ryan (San Bernardino)
1	marzo	»	Il sac. Vincas Baublys (Kaisiadorys)
»	»	»	Il sac. Hans Brabeck (Köln)
»	»	»	Il sac. Juozas Dabravolskas (Kaisiadorys)
»	»	»	Il sac. Jonas Dalinevicius (Kaisiadorys)
»	»	»	Il sac. André Desroches (Montréal)
»	»	»	Il sac. Terence F. D'Souza (Toronto)
»	»	»	Il sac. Herbert Hautmann (Bamberg)
»	»	»	Il sac. Marco Laurencio (Toronto)
»	»	»	Il sac. Anthony Robert Nusca (Toronto)
»	»	»	Il sac. Ambrose E. Sheehy (Toronto)
»	»	»	Il sac. Joseph D. Shiels (Toronto)
2	»	»	Il sac. Waldemar Stanislaw Sommertag (Pelplin già Chelmno)
9	»	»	Il sac. Ilario Bartolomei (Lucca)
»	»	»	Il sac. Michele Guidotti (Lucca)
»	»	»	Il sac. Erwin Hausladen (Monaco)
»	»	»	Il sac. Ryszard Iwan (Lublin)
»	»	»	Il sac. Eugeniusz Kazimierzak (Lublin)
»	»	»	Il sac. Sigismundus Lubieniecki (Opole)
»	»	»	Il sac. Sirio Nicolai (Lucca)
»	»	»	Il sac. Bruno Peschiera (Lucca)
»	»	»	Il sac. Samuele Tognarelli (Lucca)
»	»	»	Il sac. Fabio Unti (Lucca)
10	»	»	Il sac. Giuseppe Tonello (Roma)
11	»	»	Il sac. Ramón Antonio Ab reu Suri el (La Vega)
»	»	»	Il sac. Fredi González y González (La Vega)

11	marzo	2004	Il sac. Gino Moretti (Arezzo-Cortona-Sansepolcro)
20	»	»	Il sac. Tadeusz Brzegowy (Tarnów)
»	»	»	Il sac. Vincenzo Rmi (Cremona)
»	»	»	Il sac. Antonio Verrastro (Potenza-Muro Lucano-Marsico Nuovo)
»	»	»	Il sac. Pasquale Zuardi (Potenza-Muro Lucano-Marsico Nuovo)
»	»	»	Il sac. Antoni Zurek (Tarnów)
25	»	»	Il sac. Francis Jamieson (Arabia)
»	»	»	Il sac. Włodzimierz Kowalik (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Jerzy Kuliberda (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Marek Kundzicz (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Aleksander Kutynia (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Krzysztof Skubala (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Jarosław Sroka (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Marian Stochnialel (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Marian Wojcieszak (Częstochowa)
»	»	»	Il sac. Zdzisław Wójcik (Częstochowa)
26	»	»	Il sac. Alexander Baran (Winnipeg degli Ucraini)
»	»	»	Il sac. Ignacio Barreiro Carámbula (Anápolis)
»	»	»	Il sac. Ivônio Cassiano de Oliveira (Paraíba)
»	»	»	Il sac. Guillermo Olmos Olmos (Zipaquirá)
»	»	»	Il sac. Desiderio Orjuela Orjuela (Zipaquirá)
»	»	»	Il sac. Jorge Hermán Quinbay Rodríguez (Zipaquirá)
28	»	»	Il sac. Jaelson Alves de Andrade (Paraíba)
»	»	»	Il sac. Robson Bezena de Mello (Paraíba)
»	»	»	Il sac. Raimundo Noberto da Silva (Paraíba)
4	aprile	»	Il sac. Wiesław Brachuc (Legnica)
»	»	»	Il sac. Martin Bummele (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Franz-Reinhard Daffner (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Józef Frac (Legnica)
»	»	»	Il sac. Thomas Gerstlacher (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Franz Götz (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Bronisław Kryłowski (Legnica)
»	»	»	Il sac. Stanisław Zdzisław Ksiazek (Legnica)
»	»	»	Il sac. Karl Mair (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Ryszard Matuszak (Legnica)
»	»	»	Il sac. Salvatore Petrella (Acena)
»	»	»	Il sac. Walter Rau (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Anton Schmid (Augsburg)
»	»	»	Il sac. Andrzej Tracz (Legnica)
»	»	»	Il sac. Zbigniew Tracz (Legnica)
»	»	»	Il sac. Ryszard Uryga (Legnica)
6	»	»	Il sac. Melchor José Sánchez de Toca Y Alameda (Toledo)
12	»	»	Il sac. Elias Atehortúa Concha (Ocaña)
»	»	»	Il sac. Carlos julio Castro Lanziano (Ocaña)
15	»	»	Il sac. Francisco Alejandro Gil Zapata (Cabimas)
24	»	»	Il sac. José Osanan De Almeida Maia (Montes Claros)
»	»	»	Il sac. Franciszek Dudka (Siedlce)
»	»	»	Il sac. Stefano Gagliardi (Chiavari)

- aprile 2004
- no
- sac. Mieczyslaw Glowacki (Siedlce)
 - sac. Emilio Silvestrini (Roma)
 - sac. Robert Amey (Washington)
 - sac. Gustavo Franco Baena (Cartago)
 - sac. Patrick Michael Braukin (Tulsa)
 - sac. Patrick John Gaalaas (Tulsa)
 - sac. Vittorio Gepponi (Arezzo-Cortona-Sansepolcro)
 - sac. Gregory A. Gier (Tulsa)
 - sac. Guido Griffio (Baneiras)
 - sac. Daniel Henry Mueggenborg (Tulsa)
 - sac. Charles Pany (Washington)
 - sac. John Pennington (Washington)
 - sac. Leandro Demetrio Tagliaferro (Basel)
 - sac. Livinus Ukah (Lagos)
 - sac. Satiro Benevenuto de Araujo (Garanhuns)
 - sac. José do Patrocinio dos Santos (Garanhuns)
 - sac. Tadeusz Jedra (Radom)
 - sac. Jerzy Karbownik (Radom)
 - sac. Stanislaw Kula (Radom)
 - sac. Stanislaw Madej (Radom)
 - sac. Stanislaw Mnich (Radom)
 - sac. Jan Niziolek (Radom)
 - sac. Józef Pawlik (Radom)
 - sac. Severino Pereira da Silva (Garanhuns)
 - sac. Edward Poniewierski (Radom)
 - sac. Grzegorz Senderski (Radom)
 - sac. Otoniel Siqueira Passos (Garanhuns)
 - sac. Adam Socha (Radom)
 - sac. Stanislaw Suwala (Radom)
 - sac. Wojciech Szary (Radom)
 - sac. Wieslaw Taraska (Radom)
 - sac. Juan Fernando Usma Gómez (Medellín)
 - sac. Bruno Vercesi (Roma)
 - sac. Jan Wojtan (Radom)
 - sac. Walter Robert Rossi (Scranton)
 - sac. Adolfas Grusas (Kaunas)
 - sac. Arfaras Jagelavicius (Kaunas)
 - sac. Rosario Bacile (Monreale)
 - sac. Vincenzo Canelli (Cerreto Sannita-Telese-Sant'Agata de' Goti)
 - sac. José Correa (Bragança Paulista)
 - sac. José Antonio De Carvalho (Bragança Paulista)
 - sac. Miguel Delgado Galindo (Opus Dei)
 - sac. Antonino Dolce (Monreale)
 - sac. Francis Kohn (Paris)
 - sac. Luigi Marrucci (Volterra)
 - sac. Heinrich Peters (Essen)
 - sac. Benigno Sáenz Rabiza (Coro)
 - sac. Girolamo Soresi (Monreale)

27	maggio	2004	Il sac. Peter Walbrunn (Essen)
28	»	»	Il sac. Marian Fedus (Rozňava)
»	»	»	Il sac. Vendelín Pleva (Rozňava)
29	»	»	Il sac. Mauro Belletti (Gorizia)
31	»	»	Il sac. Józef Zabielski (Bialystok)
3	giugno	»	Il sac. Christophe-Zakhia El-Kassis (Bahut dei Maroniti)
9	»	»	Il sac. Herbert Kugistatter (München und Freising)
»	»	»	Il sac. Hans Georg Lindenberger (München und Freising)
»	»	»	Il sac. Silvano Mantovani (Verona)
11	»	»	Il sac. Dominio Vincent Adama (Idah)
»	»	»	Il sac. Abel Shigiri Bida (Idah)
»	»	»	Il sac. John Imhoghemhe Iyere (Idah)
»	»	»	Il sac. Ivo Mancini (San Marino-Montefeltro)
»	»	»	Il sac. Francesco Pisciotta (Patti)
»	»	»	Il sac. Antonio Segatto (Treviso)
»	»	»	Il sac. James Uzonwanne (Idah)
14	»	»	Il sac. Tony Anatrella (Paris)
19	»	»	Il sac. Emmanuel Okon Idem (Calabar)
»	»	»	Il sac. Michael Offiong (Calabar)
»	»	»	Il sac. Patrick Akan Inyene Basii Okure (Calabar)
»	»	»	Il sac. Emmanuel Okon Umoetok (Calabar)
»	»	»	Il sac. Gregory Joseph van Dyk (Bethlehem)
21	»	»	Il sac. Antonio Evans Martos (Cordoba en Spagna)
»	»	»	Il sac. Pedro Gómez Camillo (Cordoba en Spagna)
»	»	»	Il sac. Rainer Hintzen (Köln)
»	»	»	Il sac. Antonio Jurado Torrero (Cordoba en Spagna)
»	»	»	Il sac. Carlos Linares Delgado (Cordoba en Spagna)
»	»	»	Il sac. Frantisek Polásek (Olomouc)
»	»	»	Il sac. Vojtech Sima (Olomouc)
22	»	»	Il sac. Cormac Burke (Opus Dei)
25	»	»	Il sac. Giovanni Gaspari (Pescara-Penne)

Si rende noto che mons. Vittorio Gepponi è stato nominato Vicario giudiziale aggiunto del Tribunale d'Appello eretto presso il Vicariato di Roma, a norma delle vigenti disposizioni.

NECROLOGIO

30	giugno	2004	Mons. Paul Nordhues, Vescovo tit. di Cos.
4	luglio	»	Mons. Henri Derouet, Vescovo em. di Arras (<i>Francia</i>).
2	»	»	Mons. Marcel Chauvin, Vescovo em. di Fada N'Gouma (<i>Burkina Faso</i>).
16	»	»	Mons. Edmund J. Fernando, Vescovo em. di Badulla (<i>Sri Lanka</i>).
»	»	»	Mons. Antonio V. Bommarco, Arcivescovo em. di Gorizia (<i>Italia</i>).
17	»	»	Mons. Johannes Georg Braun, Vescovo tit. di Puzia di Bizacena.
19	»	»	Mons. Henri Legare, Arcivescovo em. di Grouard-McLennan (<i>Canada</i>).
21	»	»	Mons. Adrien A. Cimichella, Vescovo tit. di Quiza.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beato Arnoldo Janssen sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini currat et glorificetur sicut et apud vos» (2 *Thess* 3, 1).

Praeclaro Verbi Dei famulo hae apostoli Pauli bene aptantur voces, qui sacerdos fuit et Ordinis religiosi conditor Arnoldus Janssen, cuius tota illuc spectabat ardentem vitam ut Verbum Dei disseminaretur et Christus ipse cognosceretur. Parvulo ortus is est in oppido *Goch* Rhenaniae inferioris die v mensis Novembris anno **MDCCCXXXVII**, decem fratrum ipse secundus qui domi suae amorem percepit Incarnati Verbi et Sacratissimi Cordis nec non Spiritus Sancti et Mariae Iesu Matris, cuius futurus erat Rosarii indefessus apostolus. Peculiaribus ornatus dotibus scholam primariam et paroecialem adiit atque in seminario gymnasium absolvit indeque sacerdos creatus est die xv mensis Augusti anno **MDCCCLXI** ac continuo munus accepit scientias naturales et mathesim in schola secundaria *Bocholt* tradendi, ubi magistri asperi at aequi famam est adeptus. Eodem autem tempore initium fecit operum illorum apostolatus multiplicium quibus aliarum etiam confessionum christianis sese aperire conabatur. Ecclesiae in Germania accidebant tunc tempora difficilia, quandoquidem per culturarum pugnam tota natio reddi laica debebat. His in adiunctis impellebatur Arnoldus sollicitudine magna ut apostolatum precatationis et Sacratissimi Cordis cultus variis etiam typographicae operae inceptis propagaret, quae suis sustinebat sumptibus, unde etiam anno **MDCCCLXXIV**

condidit «Parvum Cordis Iesu Nuntium». His mensibus commentariis notitias diffundebat et cognitiones de opere suo catholicosque linguae Germanicae incitabat quo studiosius se missionibus sacris devoverent. Exactis sic duodecem annis deserere statuit docendi opus ut hisce missionum sacrarum inceptis sese dedere posset. Rem intellexit postulare studium missionale contenditque proinde propositum missionarium praedicare sed ad nihilum reciderunt eius conatus. Etiam si eum complures non iudicabant idoneum ad Episcoporum impetrandum favorem tamen opes iam ille colligebat ac locum aptum conquirebat ubi missionum exstrueretur domus. Politicae in Germania conversiones coegerunt eum ut aedificationem apud *Steyl* in Batavia non longe a Germaniae finibus emeret. Haec missionaria domus die **VIII** mensis Septembris anno **MDCCLXXV** est inaugurata, quae vetusta erat caupona ubi vitae condiciones revera pauperes erant, tamen missionariorum iam initium ceperat praeparatio. Martii mensis altero die anno **MDCCLXXIX** sunt in Sinas duo profecti missionarii atque anno **MDCCLXXXV** missionalis Germanica domus in Congregationem transiit internationalem cui nomen indiderunt «Societatis Verbi Divini». Cum probe intellexisset quantum haberent momentum libelli typis editi ad vocationes excitandas et opes corrogandas, iam tabernam typographicam quattuor solum mensibus post domum apertam constituit. Milleni deinde laici liberaliter suum tempus ac vires missionariae operae impenderunt in linguae Germanicae nationibus commentarios *Steyl* diffundentes. Haec industria nec non ministerium fidele et conscientia de mulieris dignitate in missionario opere permoverunt Arnoldum ut Congregationem «Servarum Spiritus Sancti» die **VIII** mensis Decembris anno **MDCCLXXXIX** excitaret cuius primae sorores in Argentinam anno **MDCCLXXXV** sunt progressae. Postero autem anno Congregationem clausurae etiam instituit «Servarum Spiritus Sancti a Perpetua Adoratione», quae Sanctissimum Sacramentum sine interruptione adorantes spiritali adiumento missionalia opera ceterarum Congregationum sustinerent. Die xv mensis Ianuarii anno **MCMIX** obiit Arnoldus cuius vita transacta est in voluntate Dei quaerenda, in divina Providentia accipienda atque in arduo pro Ecclesia et missionibus explendo opere. «Missionarii - aiebat - sunt Dei amoris legati. Magna Dei opera necesse est ii patefaciant Regnumque Dei stabiliant».

Beatificationis et canonizationis causa ab Episcopo Ruremundensi anno **MCMXXXV** est inchoata. Decessor autem Noster Paulus VI rec. mem. die xix mensis Octobris anno **MCMLXXV** inter beatos hunc Servum Dei recenseri voluit. Feliciter est investigata etiam sanatio ulterior ad canonizationem in Insulis Philippinis puellae Pamelae Avellanosa. Idcirco Nobis coram Decretum super

In questa prospettiva si comprende anche come il fatto che l'ordinazione sacerdotale sia esclusivamente riservata agli uomini²² non impedisca affatto alle donne di accedere al cuore della vita cristiana. Esse sono chiamate ad essere modelli e testimoni insostituibili per tutti i cristiani di come la Sposa deve rispondere con l'amore all'amore dello Sposo.

CONCLUSIONE

17. In Gesù Cristo tutte le cose sono state fatte nuove (cfr *Ap* 21,5). Il rinnovamento nella grazia tuttavia non è possibile senza la conversione dei cuori. Guardando a Gesù e confessandolo come Signore, si tratta di riconoscere la via dell'amore vincitore del peccato che egli propone ai suoi discepoli.

In tal modo la relazione dell'uomo con la donna si trasforma e la triplice concupiscenza di cui parla la prima Lettera di Giovanni (cfr *I Gv* 2,16) cessa di avere il sopravvento. Si deve accogliere la testimonianza resa dalla vita delle donne come rivelazione di valori senza i quali l'umanità si chiuderebbe nell'autosufficienza, nei sogni di potere e nel dramma della violenza. Anche la donna, da parte sua, deve lasciarsi convertire e riconoscere i valori singolari e di grande efficacia di amore per l'altro, di cui la sua femminilità è portatrice. In entrambi i casi si tratta della conversione dell'umanità a Dio, di modo che sia l'uomo che la donna conoscano Dio come il loro « aiuto », come il Creatore pieno di tenerezza, come il Redentore che « ha tanto amato il mondo da dare il suo Figlio unigenito » (*Gv* 3,16).

Una tale conversione non può compiersi senza l'umile preghiera per ricevere da Dio quella trasparenza di sguardo che riconosce il proprio peccato e al tempo stesso la grazia che lo guarisce. In modo particolare si deve implorare la Vergine Maria, donna secondo il cuore di Dio, « benedetta fra le donne » (cfr *Lc* 1,42), scelta per rivelare all'umanità, uomini e donne, quale è la via dell'amore. Solamente così può emergere in ogni uomo ed in ogni donna, in ciascuno secondo la sua grazia propria, quella « immagine di Dio » che è l'effigie santa con cui sono contrassegnati (cfr *Gn* 1,27). Solamente così può essere ritrovata la strada della pace e della meraviglia di cui è testimone la tradizione biblica attraverso i versetti del Cantico dei Cantici in cui corpi e cuori celebrano lo stesso giubilo.

²² Cfr GIOVANNI PAOLO II, Lett. ap. *Ordinatio sacerdotalis* (22 maggio 1994): AAS 86 (1994), 545-548; CONGREGAZIONE PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Risposta al dubbio circa la dottrina della Lettera apostolica *Ordinatio sacerdotalis* (28 ottobre 1995): AAS 87 (1995), 1114.

La Chiesa certamente conosce la forza del peccato che opera negli individui e nelle società e che talvolta porterebbe a far disperare della bontà della coppia. Ma per la sua fede nel Cristo crocifisso e risorto, essa conosce ancor più la forza del perdono e del dono di sé malgrado ogni ferita e ogni ingiustizia. La pace e la meraviglia che essa indica con fiducia agli uomini e alle donne di oggi sono la pace e la meraviglia del giardino della risurrezione, che ha illuminato il nostro mondo e tutta la sua storia con la rivelazione che « Dio è amore» (*1 Gv 4,8.16*).

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nel corso dell'Udienza concessa al sottoscritto Cardinale Prefetto, ha approvato la presente Lettera, decisa nella riunione ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla Sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 31 maggio 2004, Festa della Visitazione della Beata Vergine Maria.

✠ IOSEPH card. RATZINGER

Prefetto

✠ Angelo Amato, S.D.B.

Arcivescovo tit. di Sila

Segretario

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BARCINONENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Teresiae a Corde Immaculato Mariae (in saec.: Teresiae Guasch y Toda), confundatricis Congregationis Carmelitarum Teresianarum a S. Ioseph (1848-1917)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Ut igitur sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deserviant actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet» (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis*, 8).

Perenne Ecclesiae magisterium excipiens, Soror Teresia a Corde Immaculato Mariae (in saec.: Teresia Guasch y Toda), contuens Iesum, auctorem fidei et consummatorem (cfr. *Heb 12, 2*), intimam cum Deo unionem excoluit, unde hausit spiritale nutrimentum necessarium ad amplam caritatis explicandam actionem praesertim inter pueros et iuvenes derelictos. Haec sponsa Christi a parentibus Antonio Guasch Doménech et Teresia Toda Juncosa, mercatoribus, nata est in oppido *Riudecañas*, intra fines archidioecesis Tarraconensis in Hispania, die 28 mensis Maii anno 1848. Patre e vivis erepto, humanam christianamque Teresiae institutionem mater curavit. Serva Dei Tarracone apud Collegium «Sororum Magistrarum» suam perfecit formationem. Crebro accedebat ad sacramenta et, ab eximiis spiritus moderatoribus ducta, vitam spiritualem ardentem excolere nitebatur. Suum dedit nomen Associationi Filiarum Mariae et Sanctae Teresiae, ex paroecia Sancti Ioseph a Gratia (Barcinone), quae pauperum familiarum puerorumque orphanorum necessitatibus subveniebat. Adiutricem actionem praebuit matri, iam viduae, tam in operibus caritatis agendis quam in novo condendo Instituto, destinato ad christianam iuventutis ac praecipue puerorum orphanorum institutionem. Ut ad institutoriam operam se pararet, cursum magisterii frequentavit, quo expleto magistrae titulo est decorata. De licentia moderatoris spiritualis, interea nominati Episcopi Urgellensis, simul cum matre Barcinonem se contulit, ubi, innumeras patiens tribulationes, anno 1877 primum Collegium gratuitum pro puellis pauperibus et orphanis aperuit. Mense Aprili insequentis anni Serva Dei religiosam induit vestem, nomen sibi assumens Teresiam a Corde

Immaculato Mariae. Anno 1883 religiosam emisit professionem simul cum matre, Serva Dei Teresia a Sancto Ioseph, Conditrice et prima novi Instituti suprema Moderatrice. Statim magistra noviciarum nominata est, quod munus humilitate, deditone et amore exercuit donec, matre mortua anno 1898, in Capitulo paulo post celebrato Moderatrix suprema electa est. Mense Ianuario anno 1902 ipsa dioecesanam definitive obtinuit approbationem Instituti, quod interea paulatim confirmabatur et extra fines Barcinonis diffundebatur, sub nomine Congregationis Carmelitarum Teresianarum a Sancto Ioseph. Serva Dei familiae suae religiosae progressionem provexit prudenti et sollicite regimine atque exemplo suae vitae, christianis religiosisque virtutibus clarae. Etenim, inde a iuventute, unanimi nisu cum matre, viam perfectionis evangelicae perseveranter percurrit, scandens sanctitatis fastigium. Magnalia Domini pro hominibus per orationem contemplanis, magis in dies erga Ipsum amore aestuabat et, ut in omnibus Ei placeret, voluntati eius obtemperavit, licet hoc agendi modo proprias optationes respuere cogeretur, uti, v. gr. desiderium vitam monachicam amplectendi. Vixit et operata est sub lumine fidei, quam nutrit per Eucharistiam, meditationem Sacrarum Scripturarum, fidelitatem magisterio Ecclesiae et orationem. Ecce eius sententiola: « Orate, orate multum et bene! ». Singularem eminuit devotione erga Sanctissimam Trinitatem, Sacratissimum Cor Iesu, Virginem Mariam et Sanctum Ioseph. Tribulationibus vexata fulcrum reperiebat in Deo et omnibus se adeuntibus ad solacium quaerendum fiduciam spemque iniciebat. Materna sollicitudine et caritate succurrebat puellis orphanis et indigentibus, consorioribus et familiis in difficultate versantibus. Culpam ex animo remisit cuidam aggressori, qui eam visus amissione ex parte affecerat, sicut etiam ignoscebat omnibus qui aliquo modo eius operae obstiterant. Aeque prudenti que animo, fortitudine et mansuetudine Institutum rexit. Omnes hortabatur ad Regulam observandam, et, cum id necessarium videbatur, correctionem adhibebat, semper tamen utens *Gomitate*. Humiliter cum aliis conveniebat ad consilium petendum. Bona Congregationis sapienter administravit et gratum animum benefactoribus significavit. Fortiter ac serene se gerebat in tribulationibus et, casu quoque dato dimissionis vel obitus aliquot Sororum in quibus ipsa magnam spem posuerat, minime ob rem animo defecit. Miro labore ascetico suiipsius dominium est assecuta et temperantiam servavit. Paupertatem dilexit et, quamvis nata e familia summo instructa impendio, parce victitavit et, tamquam anima consecrata, a terrenis commodatibus mundique vanitatibus mirabiliter disiunctam se ostendit. Consilia moderatoris spiritualis secuta est, matri oboedivit, prius uti filia deinde uti

religiosa. Exemplar exstitit castitatis et, tam verbo quam opere, puellas sui Instituti harum virtutum venustatem docuit. Intra communitatem officia quoque infima libenter exercuit. Usque ad extremum suae vitae, vires insumpsit pro gloria Dei et Ecclesiae utilitate. Meritis abundans, et opinione sanctitatis circumfusa, die 15 mensis Decembris anno 1917 in domum Patris vocata est.

Archiepiscopus Barcinonensis Causam beatificationis et canonizationis incepit, instruens Processum Ordinarium annis 1959-1964, quem secutus est Processus Cognitionalis annis 1980-1982. Iuridicam horum Processuum auctoritatem adprobavit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 1 mensis Februarii anno 1985. Apparata *Positione*, ex consuetudine disceptatum est num Serva Dei virtutes heroico in gradu exercuerit. Felici cum exitu die 28 mensis Novembris anno 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Purpurati Patres et Episcopi, congregati in Sessione Ordinaria die 9 mensis Martii anno 2004, audita Relatione Ponentis Causae, Em.mi Augustini Cardinalis Cacciavillan, declaraverunt Servam Dei in theologalibus, cardinalibus eisque adnexis virtutibus exsequendis fastigium heroicis attingisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur. Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Teresiae a Corde Immaculato Mariae (in saec.: Teresiae Guasch y Toda), Cofundatricis Congregationis Carmelitarum Teresianarum a S. Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Aprilis A. D. 2004.

IOSEPHUS card. S ARAI VA MARTINS
Praefectus

L. £8 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, a Secretis

CARACENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Candelariae a Sancto Ioseph (in saec.: Susannae Paz Castillo Ramírez), fundatricis Congregationis Sororum Carmelitarum Tertii ordinis regularis (1863-1940)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet» (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis*, 5).

Adhortatio conciliaris fideliter adimpletur in vita Servae Dei Candelariae a Sancto Ioseph (in saec.: Susannae Paz Castillo Ramírez). Ipsa enim, bene sciens fidem sine operibus mortuam esse in semetipsa (cfr. *lac 2, 17*), a iuvenili aetate in propriam sanctificationem maxime incubuit et interdum, caritatis virtute ducta, populi sui necessitatibus subvenit, omnimoda deditioe et in spiritu evangelicae paupertatis apostolatui consulens et dolentium servitio. Haec sponsa Domini die **11** mensis Augusti anno **1863** in Venetiolo oppido vulgo *Altagracia de Orituco*, intra fines Archidioecesis Caracensis, a christiana familia ortum habuit. Septem annos nata patre est orbata. Rudimentis litterarum est initiata apud scholam quam quaedam eiusdem loci persona regebat; deinde plumare et consuere didicit. Adhuc iuvenis pastoralia opera actuose participavit et ad familiam sustentandam vestificis officio iuncta est. Anno **1885**, peste quadam grassante, caritatis actionem incepit duabus orphanis consobrinis serviendo. Duos post annos, eveniente obitu matris, de suis quoque fratribus curam assumpsit. Tunc temporis socialis condicio Venetiolanae nationis, ob quendam ingentem terrae motum et ob politicam rerum eversionem tunc exortam, difficilior in dies reddebatur. Serva Dei infirmorum curationi alacriter prospexit parvum erigens nosocomium. Postea se submisit spirituali moderamini parochi localis, presbyteri Xysti Sosa Díaz, qui subsequenter episcopus nominatus est dioecesis Cumanensis. Cum ipso novum proposuit aedificare valetudinarium, quod, aliquot benefactoribus operi reapse faventibus, inauguratum est die **13** mensis Septembris anno **1903** et Deo in honorem Sancti Antonii dicatum. Regimen huius institutionis concreditum est Servae Dei. Brevi tempore quaedam mulieres, quae tamquam administrae infirmorum iuvabant eam, adsociatae sunt ei propositum

quoque participantes sese Domino consecrandi. Itaque, hoc mulierum agmine fulti, Serva Dei et parochus in loco *Altagracia* condiderunt Congregationem pro Sororibus Pauperum. Mense Septembri anno 1906 Serva Dei, simul cum ceteris Sororibus, religiosum induit habitum et anno 1910 temporariam emisit professionem, quam post sex annos perpetua secuta est. Interdum Institutum diffundebatur varia aperiens valetudinaria. Mense Martio anno 1925 nova Congregatio in Carmelitarum Ordinem est cooptata, cuius sodales nomen assumpserunt Sorores Carmelitas Tertii Ordinis Regularis, quae nunc vulgariter *Hermanas Carmelitas de la Madre Candelaria* appellatae sunt. Serva Dei, ab Episcopo Cumanensi suprema Moderatrix nominata et Magistra noviciarum, adlaboravit ut nova centra conderet pauperibus curandis eodemque tempore operam dedit suis filiabus spiritualibus formandis exemplo constantis laetique exercitii christianarum et religiosarum virtutum, quas ipsa studio, perseverantia et spirituali delectamento ad effectum deduxit. Mulier haec firma fide instructa, conscia adhaesit veritatibus revelatis et per continuam orationem eximiam attigit communionem cum Domino, quem prae omnibus et indiviso corde eo ardoris dilexit ut omnem suam vitam in laudem Altissimi mutaret. Maiorem Eius gloriam cupiens, summopere contendit ut Ipse ab omnibus cognosceretur et adoraretur. Vitam suam spiritualem roboravit cultum tribuens Sanctissimae Trinitati, Eucharistiae, Passioni Domini et Virgini Mariae. Ita scribebat: «Cum quodam in discrimine versor, coram Sanctissimo genua flecto ut doceat me, et loquor Beatissimae Virgini Mariae ut in meum intendat auxilium; et eo quod ab Exc.mo Episcopo nominata est Mater et Magistra, ad illius opem confugio ut ad me veniat ad munus suum implendum, quemadmodum ego uti ancilla offero me ad ipsam iuvandam in omnibus quae me docere velit; sic in vita solamine recreor eam vocans, eam deprecans». Leges Ecclesiae servavit et Regulas Instituti. Romanum Pontificem et ecclesiasticas auctoritates summa prosecuta est veneratione filiali-que obsequio. Fiduciam posuit in Providentia atque aegrotos hortabatur et inopes ad spem in misericordia Domini reponendam. Cum accideret ut aliquis aegrotus peccata confiteri renueret, Serva Dei preces fundebat et sacrificiis paenitentis se subiciebat ut Dominus animam illius converteret. Omnibus viribus curam gessit pro aegrotis, tabe affectis, indigentibus, captivis et omnibus diversimode afflictis. Indulgentia et firmitudine materna filiabus suis inservit, studens ut mutua caritate invicem se iungerent et intra muros [commv.nita.is](http://www.nita.is) Spiritus unionis iugiter vigeret « ut omnes coniunctim — aiebat — pacem exquiramus ». Prudenter ac sapienter rexit Institutum. Nullo umquam tempore honores concupivit vel condiciones privilegii, et consorioribus

opem tulit ad infima exercenda officia. Benefactorum largitatem agnovit et aequum animum exhibuit. Firmiter sustinuit tribulationes, iudicans patientiam «iucundam esse musicam» animabus consecratis, quoniam propius admovet eas ad Dominum. Inde a iuventute abhorruit commoda et paenitentiam excoluit. A bonis terrenis seiuncta, tantummodo vix necessarium quaesivit ad suam missionem implendam. Virginalem servavit puritatem et ad castitatis exercitium tam puellas quam sorores perduxit. Anno 1937 Capitulum Generale novam elegit Moderatricem, cui Serva Dei, in spiritu humilitatis, statim promisit oboedientiam. Post unius anni spatium graviter aegrotavit et mira serenitate morbum pertulit, spem nutriens quam primum domum Patris attingendi, quo pervenit die 31 mensis Ianuarii anno 1940. Perpensa eius sanctitatis fama, Archiepiscopus Caracensis beatificationis et canonizationis Causam inchoavit, Ordinarium celebrans Processum annis 1969-1974, quem secutus est postea Processus Cognitionalis annis 1981-1982. Praeterea instructi sunt Processus Rogatoriales apud Curias Cumanensem, Margaritensem, Civitatis Bolivarensis. Iuridicam horum Processuum validitatem confirmavit Congregatio de Causis Sanctorum decretum vulgans die 15 mensis Ianuarii anno 1988. Scripta *Positione*, discussio ut de more habita est num Serva Dei heroum in modum virtutes exercuerit. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 7 mensis Octobris anno 2003 affirmativum tulit responsum. Patres Cardinales et Episcopi die 3 mensis Februarii anno 2004 in Sessione Ordinaria congregati, audita Relatione Ponentis Causae, Exc.mi D.ni Laurentii Chiarinelli, Episcopi Viterbiensis, agnoverunt Servam Dei virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroico in gradu exsecutam esse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur. Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Candelariae a Sancto Ioseph (in saec.: Susannae Paz, Castillo Ramírez), Fundatricis Congregationis Sororum Carmelitarum Tertii Ordinis Regularis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Aprilis A.D. 2004.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS

Praefectus

L. m s.

✠ Eduardus Nowak

archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CORDUBENSIS IN ARGENTINA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Gabrielis a Rosario Brochero, sacerdotis dioecesanis (1840-1914)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Finis igitur quem ministerio atque vita persequuntur presbyteri est gloria Dei Patris in Christo procuranda » (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, 2).

Tamquam mite instrumentum in manibus Domini, Servus Dei Iosephus Gabriel a Rosario Brochero, presbyter archidioecesis Cordubensis in Argentina, pro Regno Christi aedificando ad gloriam Domini et salutem animarum enixe operam navavit, humanum et christianum illius partis populi Dei ipsi commissae progressum fovens. Caritatis pastoralis eximium praebuit documentum, per ministerii pastoralis munera fideliter expleta perfectionem evangelicam attingens. Sedulus hic Boni Pastoris aemulus in civitate *Sanctae Rosae Fluminis Primeri* in provincia Cordubensi die 16 mensis Martii anno 1840 natus, iam inde a iuventute vocationem ad sacerdotium animadvertit et anno 1856 Seminarium Cordubense Dominae Nostrae Lauretanae ingressus est. Tempore institutionis, spiritualitatem Sancti Ignatii de Loyola coluit exercitiorum spiritualium ope, quae ipse vocavit «lavacrum animae», «palaestram omnium virtutum » et « vitiorum mortem ». Studiis philosophiae ac theologiae perfectis, die 4 mensis Novembris anno 1866 presbyteratu auctus est. Die 26 mensis Augusti eiusdem anni postulaverat, ut in Tertium Ordinem Sancti Dominici admitteretur. Cappellanus dein chori Ecclesiae cathedralis Cordubensis nominatus est et, cholerae tabe ingruente, etsi periculi contagionis conscius esset, in civitate tamen substitit, ut aegrotis assideret. Anno 1869 praefecti

studiorum in Seminario maiore Cordubensi et Administratoris in circumscriptione Sancti Alberti sumpsit officia, ubi usque ad annum 1885 mansit, cum vocatus est, ut munere parochi in paroecia nuper erecta Domini Nostri Transiti dicata fungeretur. Ut rationem vitae christianae fidelium honestaret, usum Exercitiorum Spiritualium iuxta modum Sancti Ignatii diffudit. Domum pro exercitiis spiritualibus explicandis in Villa Transitus exstruxit et, opibus suis, omnibus subvenit, qui sumptus commorationis sustinere nequibant. Collegium praeterea pro puellis educandis fundavit, sedem quamdam pro sacerdotibus accipiendis promovit exstruendam, aquarum ductum pluriusque alia opera summae omnium utilitatis perficienda studuit, prudenter etiam quaeritans, ut haec admodum assequeretur proposita, civilium auctoritatum auxilium. Anno 1898 Canonicus quoque cathedralis Cordubensis tenuit officium, ubi usque ad annum 1902 mansit, magnum evangelizationis opus aggrediens. Ab anno 1902 tandem usque ad 1908 iterum vocatus est ad paroeciam Transitus regendam. Optimus fuit praeco Evangelii et verba sua exemplari conversatione vitae firmabat, quam eminens ac laetus virtutum sacerdotalium christianarumque usus et constans anhelitus ad sanctitatem denotaverunt. Testimonium semper dedit fidei, quae ipsius illuminavit viam. Alimentum spirituale ex Missa et Liturgia Horarum, ex pietate erga Sanctissimum Sacramentum et Beatam Virginem Mariam, quam crebro Rosarii precatione invocabat, ex assidua oratione et ipsis apostolatus operibus trahebat. Legebat, meditabatur, verbum Domini proclamabat. Ut Christum omnes dignoscerent ac glorificarent, summa sedulitate eo ad catechesim incubuit, ut « ei doctrinero », scilicet « Magister ille christianae doctrinae », nominaretur.

Praecepta Ecclesiae servavit, cuius iura ac libertatem defendit contra impetus eorum qui perperam libere de moribus sentiebant iuxta doctrinas fidei infensas, quae eius tempore valde societatem Argentinam pervagabantur. Etiam inter aerumnas semper laetum ac aequum se ostendit, ac conscius Dominum eum derelicturum non esse. Egenos, ut paterna sollertia eorum necessitatibus subveniret, quaeritabat et omni studio se impendit, ut condiciones vitae fidelium in melius mutaret. Octavo quoque die ingentia milia peragrabat, ut pauperibus, infirmis et captivis opem ferret. Plenus consilii fuit spiritualis moderator et, ut proposita assequeretur, summa prudentia usus est. Simplicitatem, spontaneitatem et sobrietatem adhibuit. Impedimenta difficillima fortitudine superavit, iustitiam coluit et egenorum iura defendit. Auctoritatibus ecclesiasticis fuit oboediens, paupertatem exemplari modo secutus est et castitatem exercuit ac servavit. In extremis annis vitae, cum lepra correptus esset, modus ministerio ei fuit imponendus, ne periculo contagionis

incolas paroeciae exponeret. Animi fortitudine et hanc infirmitatem obiit et Christo patienti se sociavit, ut eius operi redemptionis cooperaretur. Numquam iucunditate animi defecit, sed ardentius in oratione ac meditatione enisus est, ut se ad occursum Patris compararet, qui die 26 mensis Ianuarii anno 1914 eum vocavit.

Ob celebratam eius sanctitatis famam Archiepiscopus Cordubensis in Argentina annis 1968-1974 beatificationis et canonizationis Causam inivit per celebrationem Processus Ordinarii Informativi. Annis 1970-1972 Processus Rogatorialis instructus est in Curia Crucis Axeatae et anno 1989 Inquisitio Suppletiva Cordubae instituta, quorum auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 10 mensis Maii anno 1996 probatae sunt. *Positione* confecta, disceptatum est ex consueta norma an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 3 mensis Februarii anno 2004, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 2 insequentis mensis Aprilis, audita relatione Excellentissimi Domini Lini Fumagalli, Episcopi Sabinensis-Mandelensis, Causae Ponentis, professi sunt Servum Dei Iosephum Gabrielem a Rosario Brochero virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur. Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Gabrielis a Rosario Brochero, Sacerdotis dioecesanis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Aprilis A.D. 2004.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. E8 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIIS

PROVISIO ECCLESiarUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 30 Iulii 2004. — Archiepiscopum Coadiutorem Ecclesiae Senonensi Exc.mum P.D. Ivonem Patenôtre, hactenus Episcopum Sancti Claudii.

— Archiepiscopum Coadiutorem Praelaturae territoriali Missionis Galliae seu Pontiniacensi Exc.mum P.D. Ivonem Patenôtre, Archiepiscopum Coadiutorem Senonensem.

die 4 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Crucismogiensi Exc.mum P.D. Airtton Iosephum dos Santos, hactenus Episcopum titularem Phelbesianum et Auxiliarem dioecesis Sancti Andreae in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hierpinianensi R.P. Severinum Batista de Franca, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hactenus coenobii «Sagrado Coração de Jesus» in archidioecesi Maceiensi moderatorem, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Santaremensis.

die 12 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Buffalensi, Exc.mum P.D. Eduardum Urbanum Kmiec, hactenus Episcopum Nashvillensem.

die 14 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Tadduensi R.D. Ioannem Zaja_c, e clero archidioecesis Cracoviensis ibique Sanctuarii Divinae Misericordiae in urbe vulgo Lagiewniki rectorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Trebanae R.D. Iosephum Guzdek, e clero archidioecesis Cracoviensis ibique Seminarii maioris rectorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 27 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Varsaviensi-Pragensi Exc.mum P.D. Slawoj Leszek Glódz, hactenus Ordinarium Militarem Poloniae.

die 7 Septembris. — Titulari Episcopali Ecclesiae Nesqualiensi, R.D. Alexandrum Salazar, e clero archidioecesis Angelorum in California, ibique cu-

rionem paroeciae «Saint Theresa of Avila» et Vice-Cancellarium, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 11 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Tuxtleni, Exc.mum P.D. Rogerum Cabrera López, hactenus Episcopum Tapacolensem.

die 14 Septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Turritanae, Exc.mum P. D. Paulum Marium Vergilium Atzei, O.F.M. Conv., hactenus Episcopum Templensem-Ampuriensem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESiarUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 23 Ianuarii 2004. — Metropolitanae Ecclesiae Regiopolitanae in Iamaica Exc.mum P.D. Laurentium Burke, S.I., hactenus Archiepiscopum Nassaviensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Nassaviensi Exc.mum P.D. Patricium Pinder, hactenus Episcopum titularem Casensem Calanensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 27 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Diliensi R.D. Albertum Richardum da Silva, hactenus Seminarii maioris Diliensis rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Baucanae Exc.mum P.D. Basilium do Nascimento, hactenus Episcopum titulo Septimuniensem atque Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem dioecesis.

— Episcopum coadiutorem Vicariatus Apostolici Requenaënsis in Peruvia R.D. Ioannem Thomam Oliver Climont, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, hactenus Moderatorem Provinciae S. Ioseph in Hispania, tituloque ornatum episcopalis sedis Legis Volumnensis.

die 27 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Raipurensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Iosephum Augustinum Charanakunnel, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gigthensi R.D. Marcellum Madila, rectorem Seminarii Universitarii «Ioannes Paulus II» Kinshasana in urbe, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Kananganæ.

die 19 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Bossangoënsi Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Yombandje, hactenus Episcopum Kagiensem-Bandorensis et Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vagrautensi R.D. Cornelium Galleo Wigwigan, quem constituit Vicarium Apostolicum Bontocensem-Lagawensem.

— Cathedrali Ecclesiae Katiolaënsi R.D. Ignatium Bessi Dogbo, Vicarium hactenus generalem dioecesis Yopugonensis et parochum cathedralis templi.

— Metropolitanae Ecclesiae Korhogoënsi Exc.mum P.D. Mariam-Daniellem Dadiet, hactenus Episcopum dioecesis Katiolaënsis.

die 7 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Huambensi Exc.mum P.D. Iosephum de Queiros Alves, C.S.S.R., hactenus Episcopum Menonguensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Meraukensi Exc.mum P.D. Nicolaum Adi Septura, Missionariorum Sacratissimi Cordis Jesu sodalem, hactenus Vicarium generalem eiusdem archidioecesis et parochum cathedralis templi.

— Cathedrali Ecclesiae Sakaniensi-Kipushiensi R.D. Gastonem Kasha Ruwezi, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, Vicarium Inspectoriae Africae Centralis.

die 29 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Niigataënsi R.P. Tarcisium Isao Kikuchi, hactenus Societatis Verbi Divini Provinciale Moderatorem.

— Cathedrali Ecclesiae Takamatsuensi Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Osdamu Mizobe, S.D.B., hactenus Episcopum dioecesis Sendaiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Bonaventurensi R.P. Hectorem Epalza Quintero, sodalem Societatis Presbyterorum a S. Sulpitio, hactenus rectorem Seminarii maioris in archidioecesi Manizalensi.

— Cathedrali Ecclesiae Dunedinensi R.D. Colin Campbell, hactenus rectorem Seminarii nationalis in dioecesi Aucopolitana.

die 29 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Vellingtonensi Exc.mum P.D. Ioannem Atcherley Dew, hactenus Episcopum titularem Privatensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 21 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Hararensi in Zimbabwe Exc.mum P.D. Robertum Christophorum Ndlovu, hactenus Episcopum dioecesis Huangensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Pondicheriensi et Cuddalorensi Exc.mum P.D. Antonium Anandarayar, hactenus Episcopum dioecesis Ootacamundensis.

— Cathedrali Ecclesiae de Thanh Hoa R.D. Iosephum Nguyen Chi Linh, hactenus rectorem Seminarii maioris in dioecesi Nhatrangensi

— Titulari episcopali Ecclesiae Succubensi R.D. Gabrielem Penate Rodríguez e clero dioecesano Ialapensi in Guatemala et curionem hactenus parociae Sancti Ioseph quem constituit Vicarium Apostolicum Izabalensem.

die 25 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Mandevillensi Exc.mum P.D. Gordon Dunlap Bennet, S.I., hactenus Episcopum titularem Nesqualiensem et Auxiliarem archidioecesis Baltimorensis.

die 3 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Munduensi R.D. Ioachimum Kourleyo Tarounga thactenus rectorem Seminarii maioris in archidioecesi Ndiamenana.

— Metropolitanae Ecclesiae Trivandrensi Latinorum, noviter erectae, Exc.mum P.D. Mariam Callistum Soosa Pakiam, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Episcopum coadiutorem Turanum R.D. Andream Marak, hactenus parochum in oppido vulgo Dadengre.

— Cathedrali Ecclesiae Caiennensi R.D. Emmanuelem Lafont, e clero dioecesis Turonensis.

die 24 Iunii. — Episcopum coadiutorem Kaohsiungensem Exc.mum P.D. Petrum Liu Cheng-Chung, hactenus Episcopum Kiayiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Uiiongbuensi, noviter conditae in Corea, Exc.mum P.D. Iosephum Lee Han-Taek, S.I., hactenus Episcopum titularem Thibuzabatensem et Auxiliarem archidioecesis Seulensis.

— Cathedrali Ecclesiae Pembanae R.D. Ernestum Maguengue, e clero archidioecesis Maputensis et rectorem Seminarii Theologici interdioecesani «S. Pius X».

die 24 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Xai-Xaiensi R.D. Lucium Andrice Muandula, parochum cathedralis templi Xai-Xaiensis et professorem Seminarii Theologici interdioecesani «S. Pius X».

— Cathedrali Ecclesiae Baghiopolitanae, noviter conditae in Philippinis, Exc.mum P.D. Carolum J. Cenzone, C.I.C.M., hactenus Episcopum titulo Scebatianensem et Vicarium Apostolicum Baghiopolitanum.

— Metropolitanæ Ecclesiae Bangalorensi Exc.mum P.D. Bernardum Moras, hactenus Episcopum Belgaumensem.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 21 Februarii 2004. — Exc.mum P.D. Ioannem Franciscum Sarasti Jaramillo, C.I.M., Archiepiscopum Caliensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Bonaventurensis.

die 15 Aprilis. — Exc.mum P.D. Franciscum F. Claver, S.I., Vicarium Apostolicum emeritum Bontocensem-Lagavensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem Vicariatus Apostolici.

die 29 Aprilis. — Exc.mum P.D. Osvaldum Georgium Hirmer, Episcopum Umtatanum, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Alivalensis.

die 5 Maii. — R.P. Michaellem Larburu, M. Afr., Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Laghuatensis.

die 14 Maii. — Exc.mum P.D. Ioannem Georgium Yod Phimpisan, C.S.S.R., Episcopum Udonthaniensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Tharensis et Nonsengensis.

die 12 Iunii. — Exc.mum P.D. Petrum Richardum Barreto Jimeno, S.I., Vicarium Apostolicum emeritum Giennesem in Peruvia, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem Vicariatus Apostolici.

— Exc.mum P.D. Aloisium Mariam Estrada Paetau, O.P., Vicarium Apostolicum emeritum Izabalensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem Vicariatus Apostolici.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 2 Settembre 2004, S.E. il Signor **JUAN GAVARRÊTE SOBERON**, Ambasciatore del Guatemala presso la Santa Sede.

Sabato, 4 Settembre 2004, S.E. il Signor **DONALD SMITH**, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Sabato, 4 Settembre 2004, S.E. il Signor **PHILIP MCDONAGH**, Ambasciatore d'Irlanda presso la Santa Sede.

Sabato, 18 Settembre 2004, S.E. la Signora **NEVINE SIMAIKA HALIM ABDALLA**, Ambasciatore della Repubblica Araba d'Egitto presso la Santa Sede.

Martedì, 21 Settembre 2004, S.E. il Signor JoĂo **ALBERTO BACELAR DA ROCHA PARIS**, Ambasciatore del Portogallo presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 9 Settembre 2004, S.E. il Signor **VUK DRASKOVIC**, Ministro degli Affari Esteri di Serbia e Montenegro.

Martedì, 14 Settembre 2004, S.E. il Signor **AVRAHAM PORAZ**, Ministro degli Affari Esteri di Israele.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26	agosto	2004	S.E. mons. Andrés Carrascosa Coso, Arcivescovo tit. di Elo, <i>Nunzio Apostolico nella Repubblica del Congo.</i>
8	settembre	»	S.E. mons. Mario Roberto Cassali, Arcivescovo tit. di Tronto, <i>Nunzio Apostolico in Costa d'Avorio e in Burkina Faso.</i>
»	»	»	S.E. mons. Francesco Canalini, Arcivescovo tit. di Valeria, <i>Nunzio Apostolico in Svizzera ed in Liechtenstein.</i>

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

- 18 luglio 2004 Gli Em.mi Signori Cardinali James Francis Stafford, Julian Herranz; le LL.EE. i monsignori Carlo Caffarra, Arcivescovo di Bologna, Andreas Choi Chang-mou, Arcivescovo di Kwangju; i rev.mi padri José Rodríguez Carballo, Ministro generale dell'Ordine Francescano dei Frati Minori e Antonio José da Rocha Couto, Superiore generale della Società Portoghese per le Missioni, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli «ad quinquennium»*.
- » » » Gli Em.mi Signori Cardinali Joseph Ratzinger, Alfonso López Trujillo, Franciszek Macharski, Michael Michai Kitbunchu, Godfriend Danneels, Thomas Stafford Williams, Ricardo J. Vidal, Eduardo Martínez Somalo, Christian Wiyghan Turni, Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwabi, Francis Eugene George ed il reverendissimo P. Peter-Hans Kolvenbach, S.I., *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli «in aliud quinquennium aut usque ad 80^m annum ae. s.»*
- » » » Il Commodoro Christopher York, i signori John Lloyd Sackey, José Roberto Zepeda, le signore Margret Bretzel, Alzbeta Koválová, Brigitte Proksch, la dott.ssa Chiara Amirante, il dott. Rolando G. Suárez Cobián, *Consultori del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti «ad quinquennium»*.
- 2 agosto » Gli ill.mi e rev.mi monsignori Kenneth E. Boccafolo e Josef Huber, Uditori di Rota e il rev.do padre Giuseppe Urru, O.P., *Giudici della Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano «ad quinquennium»*.
- 7 agosto » Mons. Pius Eheobu Ekpalo, *Difensore del Vincolo presso il Tribunale della Rota Romana*.
- 28 agosto » S.E. mons. Mauro Piacenza, Vescovo tit. di Vittoriana, Presidente della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa, *Presidente della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra «ad quinquennium»*.
- » » » S.E. mons. Josef Clemens, Vescovo tit. di Segerme, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia «ad quinquennium»*.
- » » » Gli Em.mi Signori Cardinali Ricardo J. Vidal, Bernard Francis Law, Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwabi; le LL.EE. i monsignori Eiden Francis Curtiss, Gregory Ebo Kpiebaya, Carlo Caffarra, Nicholas Cheong Jinsuk, Béchara Rai, Youssef Ibrahim Sarraf, Stanislaw Stefanek, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia «in aliud quinquennium»*.

- 28 agosto 2004 I dottori Alberto e Anna Friso; gli avvocati Simão Cirineu dos Santos e Ana Maria Duarte dos Santos, Guillermo Aduriz Salgado e Graciela Berro Quartino; gli ingegneri Enrique Gómez Serrano e Marta Olavarrieta, André Belzile e Guylaine Morin, Bienvenu Pitta e Nelly Mayimbi; i professori Stefano Stampacchia e Oriana Maria Bianchi Stampacchia, Richard e Patricia Lahood, *Membri del Pontificio Consiglio per la Famiglia* « ad quinquennium ».
- » » » I signori Aurelio Ignacio e Gloria Cadavid, Leonardo e Martha Lorena Casco, Losé Luis e Monserrat Gutiérrez García, Norbert e Renate Martin, Jean Marie e Anouk Meyer, Mario e Ana María Münzenmayer, Ron e Mavis Piróla, Giovanni e Annamaria Stirati, *Membri del Pontificio Consiglio per la Famiglia* « in aliud quinquennium »..
- » » » I signori Jerry Coniker, José Luis Mendoza Pérez, John Michael Klink, Andrzej Póltawski e Wanda Póltawska; il reverendo Santiago Martin, *Consultori del Pontificio Consiglio per la Famiglia* « ad quinquennium ».
- » » » I reverendi mons. Michel Schooyans, R. Abelardo Lobato, O.P.; i professori Herbert Schambeck, Francesco d'Agostino; il dott. David F. Forte; le sig.re Maria Teresa da Costa Macedo e Marina Fara; le professoressa Alicja Grzeskowiak, Mary Ann Glendon; le dottoresse Lydia Jiménez, Janne Haaland Matlary, Alicia Romo Román, Ina Siviglia, *Consultori del Pontificio Consiglio per la Famiglia* « in aliud quinquennium ».
- 21 settembre » Mons. Dennis Kuruppasery, Segretario della Nunziatura Apostolica nella Repubblica Araba di Egitto, *Delegato Aggiunto della Santa Sede presso l'Organizzazione della Lega degli Stati Arabi*.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

Il Collare dell'Ordine Piano

6 marzo 2004 Al sig. Johannes Rau (*Germania*)

La Gran Croce dell'Ordine Piano

9 gennaio 2004 Al sig. Francisco A. Alba (*Filippine*)
 14 febbraio » Al sig. Alfonso Ortega Urbina (*Nicaragua*)
 23 » » Al sig. Peter Lawler (*Australia*)
 » giugno » Al sig. Vitaly Litvin (*Russia Europea*)

La Croce di Dama di Gran Croce dell'Ordine Piano

- 9 gennaio 2004 Alla sig.ra Filiz Dinçmen (*Turchia*)
 24 aprile » Alla sig.ra Maria Eugenia Brizuela de Avila (*San Salvador*)

La Croce di Dama di Commenda dell'Ordine Piano

- 21 gennaio 2004 Alla sig.ra Ana Botella Aznar (*Madrid*)

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno

- 14 febbraio 2004 Al sig. José Maria Alvarez del Manzano y López c
 (*Madrid*)
 5 aprile » Al sig. Ezio Benagiano (*Roma*)
 13 maggio » Al sig. Heinrich Schneider (*Wien*)
 23 giugno Al sig. Hansrudolf Hoffmann (*Svizzera*)

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

- 15 gennaio 2004 Al sig. Sergio Vaici (*Roma*)
 14 febbraio » Al sig. Fernando Giménez Barriocanal (*Madrid*)
 » » » Al sig. Manuel Pizarro Moreno (*Madrid*)
 » » » Al sig. Carlo Emanuele Rùspoli y Soler (*Madrid*)
 » » » Al sig. Roberto Semprini (*Roma*)
 25 marzo » Al sig. Pier Giuseppe Magnani (*Roma*)
 31 » » Al sig. Yoshiharu Kamijo (*Giappone*)
 1 aprile » Al sig. Marek Smid (*Slovacchia*)
 5 » » Al sig. Corrado Colagrande (*Roma*)
 » » » Al sig. Pietro Tonali (*Roma*)
 » » » Al sig. Amorino Vecchioli Scaldazza (*Roma*)
 6 » » Al sig. Fabrizio Santurro (*Italia*)
 17 » » Al sig. Eliodoro Matte Larrain (*Santiago de Chile*)
 21 » » Al sig. Giovanni Quaglia (*Cuneo*)
 14 maggio » Al sig. Thomas Foran (*Mechelen-Brussel*)
 15 » » Al sig. Bernard Ducamin (*Francia*)
 1 giugno » Al sig. José Sánchez Faba (*Madrid*)
 14 » » Al sig. Lawrence Burns (*Leeds*)
 22 » Al sig. Dimytro Tabachnyk (*Lviv dei Latini*)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

- 16 gennaio 2004 Al sig. Ottavio Banti (*Pisa*)
 » » » Al sig. Franco Giuseppe Bassani (*Pisa*)
 » » » Al sig. Philippe Bastide (*Lyon*)
 » » » Al sig. Sergio Dugo (*Buenos Aires*)
 » » » Al sig. Piero Floriani (*Pisa*)
 » » » Al sig. Antonio Lazzarini (*Pisa*)
 » » » Al sig. Giuseppe Parolini (*Milano*)
 » » » Al sig. Horacio Sergio Rozanski (*Buenos Aires*)
 31 » » Al sig. Antonio Rubbi (*Bologna*)
 4 febbraio » Al sig. Fausto Terzi (*Bergamo*)

13	febbraio	2004	Al sig. Jesús Augusto Esté vez Soto [<i>Repubblica Dominicana</i>])
14	»	»	Al sig. Giuseppe Montalbotti (Roma)
1	marzo	»	Al sig. Arturo De Felice (Perugia-Città della Pieve)
»	»	»	Al sig. Antoine Elias Hakim (Bairut dei Caldei)
9	»	»	Al sig. Mamdouh Alphonse Tewfik Stefanos (Alessandria dei Copti)
11	»	»	Al sig. Vittorio Adolfo (Albenga-Imperia)
»	»	»	Al sig. German Despradel (La Vega)
»	»	»	Al sig. Emiliano González y González (La Vega)
12	»	»	Al sig. Pierantonio Costa (<i>Italia</i>)
»	»	»	Al sig. Nico A.J. Hooijmaaijer (Antwerpen)
17	»	»	Al sig. Sebastiano Fallo [<i>Ordinariato Militare d'Italia</i>])
18	»	»	Al sig. Ivan Ruggiero (Roma)
25	»	»	Al sig. Urs Koppel (Basel)
27	»	»	Al sig. Henri Castoun (<i>Libano</i>)
30	»	»	Al sig. Dario Pompili (Spoleto-Norcia)
5	aprile	»	Al sig. Giuseppe Penso (Treviso)
19	»	»	Al sig. Toshikazu Kobayashi (<i>Giappone</i>)
21	»	»	Al sig. Carlo Panigada (Bergamo)
24	»	»	Al sig. Humberto Benzaquem da Silva Gomes (<i>Brasile</i>)
27	»	»	Al sig. Undin Suwarman (<i>Indonesia</i>)
6	maggio	»	Al sig. Jean-Daniel Pitteloud (<i>Città del Vaticano</i>)
12	»	»	Al sig. Andreas Clemenz (<i>Città del Vaticano</i>)
17	»	»	Al sig. Franz Graf Hamoncourt-Unverzagt (<i>Sovrano Ordine Militare di Malta</i>)
»	giugno	»	Al sig. Thomas Lorsung (Baltimore)
19	»	»	Al sig. Brio Amidei (Modena-Nonantola)
»	»	»	Al sig. Michele De Meo (Roma)
»	»	»	Al sig. Carlo Rovatti (Modena-Nonantola)
21	»	»	Al sig. Peter Merz (Köln)
22	»	»	Al sig. Yurii Bohutsky (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Viktor Bondarenko (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Oleksander Boriak (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Valerii Kelestyn (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Yurii Kelestyn (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Leonid Shkolnyk (Lviv dei Latini)
»	»	»	Al sig. Sergii Shydlovskyi (Lviv dei Latini)
23	»	»	Al sig. Kenneth Hackett (Baltimore)

II Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

11	marzo	2002	Al sig. Antonio Caputo (Parma)
10	gennaio	2004	Al sig. Ward M. Bellard (Lafayette)
»	»	»	Al sig. Raymond Biancheri (Monaco)
»	»	»	Al sig. Peter Hendrikus Antonius Ignatius Jonkers (Mechelen-Brussel)
»	»	»	Al sig. François Mantica (Monaco)
15	»	»	Al sig. Alfred Pognon (Cotonou)
16	»	»	Al sig. Rafie Abi Nasr (Joubbé, Sarba e Jounieh dei Maroniti)
»	»	»	Al sig. Lionel Wentworth Barker (Saint John's-Basseterre)
»	»	»	Al sig. Edgar Alian Hewlett (Saint John's-Basseterre)

16	gennaio	2004	Al sig. Dmytro Melnyk (Stryj degli Ucraini)
»	»	»	Al sig. Giannatale Monti (Milano)
»	»	»	Al sig. Angelo Pria (Milano)
»	»	»	Al sig. Massimino Santo (Acireale)
»	»	»	Al sig. Goffredo Teodori (Macerata-Tolentino-Recanati-Cingoli-Treia)
26	»	»	Al sig. David Fuseini Abdulai (Tamale)
»	»	»	Al sig. Vincent Coiffet (Lyon)
»	»	»	Al sig. Louis van Beneden (Mechelen-Brussel)
4	febbraio	»	Al sig. Giovanni Boccacci (Brescia)
21	»	»	Al sig. Luigi Vari (Velletri-Segni)
1	marzo	»	Al sig. Wilhelm Janssen (Köln)
»	»	»	Al sig. Frank Redmond (Birmingham)
9	»	»	Al sig. Michel Guillaume (Bordeaux)
10	»	»	Al sig. Enzo Defrancisci (Casale Monferrato)
17	»	»	Al sig. Aldo Iacobelli [<i>Ordinariato Militare d'Italia</i>]
25	»	»	Al sig. Pasquale Angelino (Acerra)
»	»	»	Al sig. Raffaele Cerqua (Acerra)
»	»	»	Al sig. Marc Fulachier (Viviers)
30	»	»	Al sig. Thomas M. May (Galway and Kilmacduagh)
4	aprile	»	Al sig. Angelo Agostinis (Padova)
»	»	»	Al sig. John Higgins (Westminster)
»	»	»	Al sig. Janis Kuksa (Jelgava)
»	»	»	Al sig. Donald McEwen (Westminster)
»	»	»	Al sig. John Rourke (Westminster)
12	»	»	Al sig. Arthur Meredith (Menevia)
»	»	»	Al sig. Joël Thoraval (Paris)
21	»	»	Al sig. Carlo Manzoni (Bergamo)
»	»	»	Al sig. Valeriano Mazzoleni (Bergamo)
4	maggio	»	Al sig. Peter Hutley (Arundel and Brighton)
»	»	»	Al sig. Eldar Rzayev (<i>Azerbaijn</i>)
17	»	»	Al sig. Olivier Freiherr von Loudon-Vorst-Gudenau (<i>Sovrano Ordine Militare di Malta</i>)
»	»	»	Al sig. Richard Freiherr von Steeb (<i>Sovrano Ordine Militare di Malta</i>)
»	»	»	Al sig. Maximiliani Graf Deym (<i>Sovrano Ordine Militare di Malta</i>)
27	»	»	Al sig. Kurt Alberts (Essen)
»	»	»	Al sig. Heiner Marré (Essen)
31	»	»	Al sig. Aldo Antici (Senigallia)
»	»	»	Al sig. Joseph Yacoub Boghos (Cilicia degli Armeni)
»	»	»	Al sig. Haroutioun Boyadjian (Cilicia degli Armeni)
»	»	»	Al sig. Giuseppe Cacciavillan (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Paul Couëffé (Lyon)
»	»	»	Al sig. Antonio Donazzolo (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Silvano Maggio (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Giorgio Ometto (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Bernard Rouvier (Chambéry, Saint-Jean-dé Maurienne et Tarentaise)
»	»	»	Al sig. Germano Rudella (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Pietro Sprega (Roma)

31	maggio	2004	Al sig. Ruggero Zambón (Vicenza)
3	giugno	»	Al sig. Franco Fabbri (Vercelli)
»	»	»	Al sig. Alberto Rosso (Grosseto)
8	»	»	Al sig. Michael Bacovcin (Van Nuys dei Ruteni)
»	»	»	Al sig. Georges Nicolaas Frederik Maria Disch (Rotterdam)
»	»	»	Al sig. Giovanni Fain Binda (Verona)
11	»	»	Al sig. John Donovan (Arundel and Brighton)
14	»	»	Al sig. Luiz Humberto de Souza Carvalho (Feira de Santana)
19	»	»	Al sig. Giuseppe Amidei (Modena-Nonantola)
»	»	»	Al sig. Fausto Badaracco (Roma)
»	»	»	Al sig. Antonio Maria Desideri (Roma)
»	»	»	Al sig. Enzo Dominici (Civita Castellana)
»	»	»	Al sig. Joseph T. McMahon (Arlington)
»	»	»	Al sig. James Whiston (Middlesbrough)
21	»	»	Al sig. Julius Binder (Bratislava-Trnava)
23	»	»	Al sig. Thomas Baldwin (Baltimore)
»	»	»	Al sig. J.P. Biase Cooke (Baltimore)
»	»	»	Al sig. George Milly (Baltimore)
»	»	»	Al sig. Casper R. Taylor (Baltimore)

La Croce di Dama di Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

5 aprile 2004 Alla sig.ra Giulia Marasca (Roma)

La Croce di Dama di Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

21 febbraio 2004 Alla Principessa Anastasia di Löwenstein (Würzburg)
 23 giugno » Alla sig.ra Mary Branch (Baltimore)

La Croce di Dama dell'Ordine di San Gregorio Magno

16 gennaio 2004 Alla sig.ra Teresa Salzano de Zaknik (Buenos Aires)
 » » » Alla sig.ra Glenda Stick O'Grady (San Diego)
 » » » Alla sig.ra Guglielmina Vigo (Milano)
 26 » » » Alla sig.ra Doris Dovie Hlorgbe Abdulai (Tamale)
 » » » Alla sig.ra Carmem Santana de Pauli (Campo Mourão)
 20 marzo » » » Alla sig.ra Maria Eschbach (Köln)
 15 aprile » » » Alla sig.ra Elsie Marie Wooden (Maitland-Newcastle)
 16 » » » Alla sig.ra Pilar de Arfstegui de Abella (*Spagna*)
 27 » » » Alla sig.ra Helga Dworschak Arantes (*Brasile*)
 4 maggio » » » Alla sig.ra Ann Hutley (Arundel and Brighton)
 22 » » » Alla sig.ra Graziella Dubra (*Uruguay*)
 31 » » » Alla sig.ra Maria Teresa Cifaldi (Frana)
 11 giugno » » » Alla sig.ra Madlyn Ackal Bou^tany (Lafayette)
 14 » » » Alla sig.ra Maureen Carlton (Leeds)
 » * » » Alla sig.ra Vi vienne dAndria (Leeds)
 17 » » » Alla sig.ra Ingrid Elizabeth Gräff (Germania)
 23 » » » Alla sig.ra Mary Pat Seurkamp (Baltimore)
 » » » Alla sig.ra Margaret Stine (Baltimore)

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa

11	marzo	2004	Al sig. Julio Francisco Ogando Vázquez (Orense)
17	»	»	Al sig. Mario Prato di Pamparato (<i>Sovrano Ordine MHitare di Malta</i>)

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa

14	febbraio	2004	Al sig. Anton Giulio Ciocci (Roma)
10	marzo	»	Al sig. Piero Grignolio (Casale Monferrato)
25	»	»	Al sig. Albin Néés (Dresden-Meissen)
9	giugno	»	Al sig. Francesco Avossa (Novara)
19	»	»	Al sig. Jean-Dominique Durand (<i>Francia</i>)
»	»	»	Al sig. Philippe G. B Levillain (<i>Francia</i>)

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa

10	gennaio	2004	Al sig. Giuseppe Luconi (Jesi)
»	»	»	Al sig. Marcello Pentericci (Jesi)
16	»	»	Al sig. Pedro Fausto Arieta Vega (San Miguel)
»	»	»	Al sig. Santino Bonfiglio (Milano)
»	»	»	Al sig. Fernand Criel (Gent)
»	»	»	Al sig. Jan Scheerlinck (Gent)
»	»	»	Al sig. Eric T'Hooft (Gent)
»	»	»	Al sig. Paul Van Beveren (Gent)
26	»	»	Al sig. Andrea Bufalo (Arezzo-Cortona-Sansepolcro)
21	febbraio	»	Al sig. Domingo Albino Vélez (Arecibo)
»	»	»	Al sig. Regalado Pérez Rosado (Arecibo)
»	»	»	Al sig. Manuel Plumey Torres (Arecibo)
»	»	»	Al sig. Ilario Testa (Bergamo)
11	marzo	»	Al sig. Gerardus Johannes Marinus Bartelink ('s-Hertogenbosch)
12	»	»	Al sig. Kazimierz Cybulski (Los Angeles)
»	»	»	Al sig. Francesco Gervasio (Savona-Noli)
20	»	»	Al sig. Albino Giusti (Concordia-Pordenone)
25	»	»	Al sig. Francesco Alfieri (Livorno)
12	aprile	»	Al sig. Jan Willem Koch (Utrecht)
15	»	»	Al sig. E vert Heijblok (Breda)
4	maggio	»	Al sig. Nicola Casu (Roma)
17	»	»	Al sig. Vytautas Kaniinskas (Kaunas)
1	giugno	»	Al sig. Aldo Del Sordo (Sabina-Poggio Mirteto)
9	»	»	Al sig. Arnold Backx (<i>Paesi Bassi</i>)
»	»	»	Al sig. Michael Emm (Birmingham)
»	»	»	Al sig. Raimund Schittenhelm (<i>Austria</i>)
»	»	»	Al sig. Norbert Sinn (<i>Austria</i>)
15	»	»	Al sig. Christophe Graf (<i>Città del Vaticano</i>)
19	»	»	Al sig. Rino Bellori (Modena-Nonantola)
»	»	»	Al sig. Giorgio Herzog (Roma)
»	»	»	Al sig. Giovanni Ulrici (Modena-Nonantola)
22	»	»	Al sig. Anthony John James Bailey (Westminster)
»	»	»	Al sig. John Joseph Studzinski (Westminster)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa

10	gennaio	2004	Al sig	Gerardus Franciscus Maes (Roermond)
»	»	»	Ai sig	Richard Shanahan (Kerry)
16	»	»	Al sig.	Kenneth Adamson (Saint John's-Basseterre)
»	»	»	Al sig	Antonio Barchetti (Macerata-Tolentino-Recanati-Cingoli-Treia)
»	»	»	Al sig	Francis Osborne Elizee (Saint John's-Basseterre)
»	»	»	Al sig.	Chrizestom Kayise (Kasana-Luweero)
»	»	»	Al sig	Ricardo Meléndez Mazzino (San Salvador)
»	»	»	Al sig.	Davide Querci (Civita Castellana)
26	»	»	Al sig	Ugo Bonelli (Arezzo-Cortona-Sansepolcro)
»	»	»	Al sig	Fernando Bottacchiari (Velletri-Segni)
»	»	»	Al sig	Jacques Breckpot (Mechelen-Brussel)
»	»	»	Al sig	Giuseppe Luciani (L'Aquila)
»	»	»	Al sig	Vincenzo Salvati (L'Aquila)
»	»	»	Al sig	Mario Valente (L'Aquila)
31	»	»	Al sig	Leonardo Audino (Rieti)
»	»	»	Al sig	Domenico Cipollone (Rieti)
»	»	»	Al sig	Romeo Leonardi (Rieti)
»	»	»	Al sig	Paolo Stefano Vannozzi (Rieti)
»	»	»	Al sig	Giancarlo Zedda (Acqui)
4	febbraio	»	Al sig	Pasquale Ferrari (Bergamo)
7	»	»	Al sig	Franco Menegotto (Porto-Santa Rufina)
14	»	»	Al sig	Luigi Campana (Roma)
»	»	»	Al sig	Ottorino Cielo (Roma)
»	»	»	Al sig	Giuseppe Minutoli (Roma)
21	»	»	Al sig	Claudio Andreoli (Mercedes-Luján)
»	»	»	Al sig	Tomaso Ghisetti (Bergamo)
»	»	»	Al sig	Franco Maggiani (Roma)
»	»	»	Al sig	José Marun (Mercedes-Luján)
»	»	»	Al sig	Vito Vardanega (Bergamo)
1	marzo	»	Al sig	Miguel Fai con García (<i>Ordinariato Militare di Spagna</i>)
»	»	»	Al sig	Philip Jackson (Mandeville)
»	»	»	Al sig	Herbert Ottersbach (Köln)
»	»	»	Al sig	Ciro Perna (Roma)
»	»	»	Al sig	Cosimo Rosati (Velletri-Segni)
9	»	»	Al sig	Massimo Perrone (Civita Castellana)
10	»	»	Al sig	Angelo Governato (Casale Monferrato)
»	»	»	Al sig	Mario Olivero (Casale Monferrato)
»	»	»	Al sig	Paolo Palla (Roma)
»	»	»	Al sig	John Plunkett (Lismore)
12	»	»	Al sig	Francesco Fraioli (Napoli)
17	»	»	Al sig	Antonio Massaro (<i>Ordinariato Militare d'Italia</i>)
20	»	»	Al sig	Ignazio Bastasin (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig	Jan Komorovsky (Presov)
»	»	»	Al sig	Oliviero Stella (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig	Giancarlo Venturi (Concordia-Pordenone)
25	»	»	Al sig	Friedrich Mertel (Salzburg)
»	»	»	Al sig	Erwin Schieberger (Münster)
4	aprile	»	Al sig	Godfrey S. Bachevie (Wa)

4	aprile	2004	Al sig. Hubert Gindert (Augsburg)
»	»	»	Al sig. Edward Ngminyour Gyader (Wa)
»	»	»	Al sig. Peter Tenganabang Nanfuri (Wa)
»	»	»	Al sig. Roberto Scacchi (Roma)
»	»	»	Al sig. Günther Theodor Schulte (Paderborn)
12	»	»	Al sig. Dino Luzi (Assisi-Nocera Umbra-Gualdo Tadino)
15	»	»	Al sig. Karl Heinz Lampert (Bamberg)
»	»	»	Al sig. Valentino Massaro (Cerreto Sannita-Telese-Sant'Agata dei Goti)
»	»	»	Al sig. Riccardo Pan ci (<i>Italia</i>)
»	»	»	Al sig. Mauro Tongiorgi (<i>Italia</i>)
21	»	»	Ai sig. Giuseppe Afrune (Nardo-Gallipoli)
»	»	»	Al sig. Tommaso Camerucci (Roma)
»	»	»	Al sig. Glauco Clementi (Roma)
»	»	»	Al sig. Franz Guns (Mechelen-Brussel)
»	»	»	Al sig. Andrea Rimo (Nardo-Gallipoli)
4	maggio	»	Al sig. Johannes Bouwens (Breda)
»	»	»	Al sig. Luigi Ceffa (Novara)
»	»	»	Al sig. Georg Kröppelt (Bamberg)
»	»	»	Al sig. Roberto Morabito (Roma)
6	»	»	Al sig. Meinrad Baumgartner (<i>Svizzera</i>)
27	»	»	Al sig. Alberto Neri (Bologna)
31	»	»	Al sig. Angelo Litanie (Vigevano)
»	»	»	Al sig. Antonius Josephus Elizabeth Mutsaers ('s-Hertogenbosch)
»	»	»	Al sig. Robertus Franciscus Bartholomeus Waltmans (Roermond)
1	giugno	»	Al sig. Antonius Marinus Herbrink ('s-Hertogenbosch)
3	»	»	Al sig. Marino Bertocci (Amalfi-Cava de' Tirreni).
»	»	»	Al sig. Antonio Russo (<i>Ordinariato Militare d'Italia</i>)
»	»	»	Al sig. Corrado Scattarettico (<i>Ordinariato Militare d'Italia</i>)
8	»	»	Al sig. Tobias Angert (Fulda)
14	»	»	Al sig. Licinie Cantuti (Carpi)
»	»	»	Al sig. Franco Gover (Udine)
»	»	»	Al sig. Olinto Lugli (Carpi)
»	»	»	Al sig. Giuseppe Spina (L'Aquila)
»	»	»	Al sig. Graziano Vatri (Udine)
19	»	»	Al sig. Renato Alviti (Roma)
»	»	»	Al sig. Francesco Arri (Roma)
»	»	»	Al sig. Roberto Blonda (Roma)
»	»	»	Al sig. Roberto Consorzi (Roma)
»	»	»	Al sig. Luigi Fioravanti (Roma)
»	»	»	Al sig. Domenico Gregori (Roma)
»	»	»	Al sig. Fabrizio Michielan (Roma)
»	»	»	Al sig. Luigino Moroni (Roma)
»	»	»	Al sig. Antonio Panebianco (Roma)
»	»	»	Al sig. Massimo Parisini (Roma)
»	»	»	Al sig. Marco Tinari (Roma)
»	»	»	Al sig. Dante Venanzi (Roma)
21	»	»	Al sig. Manfred Maus (Köln)
»	»	»	Al sig. Karl-Heinz Ohly (Köln)

21	giugno	2004	Al sig	Hans-Josef Rüber (Köln)
22	»	»	Al sig	Nadhmi Auchi (<i>Gran Bretagna</i>)
»	»	»	Al sig	Nasser David Khalili (<i>Gran Bretagna</i>)
»	»	»	Al sig	Mahmoud Khayami (<i>Gran Bretagna</i>)
»	»	»	Al sig	Peter Werner Maria Low (Westminster)
»	»	»	Al sig	Eitan Wertheimer (<i>Gran Bretagna</i>)
»	»	»	Al sig	Steven Kurt Nairn Wilkinson (<i>Gran Bretagna</i>)

La Croce di Dama di Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa

19	giugno	2004	Alla sig.	ra Stefania Tiberti (Modena-Nonantola)
----	--------	------	-----------	--

La Croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro Papa

16	gennaio	2004	Alla sig.	ra Italina Righi (Carpi)
4	febbraio	»	Alla sig.	ra Marialuisa Villa (Milano)
1	marzo	»	Alla sig.	ra Alma Clair Chung (Mandeville)
»	»	»	Alla sig.	ra Davan Leonie Chung (Mandeville)
»	»	»	Alla sig.	ra Clara De Godfrey (Mandeville)
»	»	»	Alla sig.	ra Marthe Pink (Mandeville)
»	»	»	Alla sig.	ra Marcia Coleen Tai Chun (Mandeville)
12	»	»	Alla sig.	ra Zofia Danuta Warszawska (Toronto)
25	»	»	Alla sig.	ra Giovanna Vannini (Bologna)
21	aprile	»	Alla sig.	ra Walburga Kohlhaas (Aachen)
4	maggio	»	Alla sig.	ra Ursula Utz (Rottenburg-Stuttgart)
21	giugno	»	Alla sig.	ra Ortrud Meinen (Köln)

Si rende noto che l'avv. prof. Pierfrancesco Grossi è stato nominato promotore di giustizia aggiunto presso il Tribunale dello Stato della Città del Vaticano « *ad annum* ».

NECROLOGIO

8	agosto	2004	Mons. Giuseppe Amari, Vescovo em. di Verona (<i>Italia</i>).
9	»	»	Mons. Edwin M. Conway, Vescovo tit. di Auguro.
»	»	»	Mons. Antoine Torbey, Vescovo em. di Lattaquié dei Maroniti (<i>Siria</i>).
11	»	»	Mons. Alvaro R. Jarro Tobos, Vescovo ordinario militare em. di Colombia.
12	»	»	Mons. Augusto Beuzeville Ferro, Vescovo tit. di Passo Córrese.
23	»	»	Mons. John J. Glynn, Vescovo tit. di Monte verde.
»	»	»	Mons. Mariano Vi vaneo Valiente, Vescovo di Matanzas (Cuba).
25	»	»	Card. Marcelo González Martín, del Titolo di S. Agostino.
30	»	»	Mons. Janes M. Arul Das, Arcivescovo di Madras e Mylapore (<i>India</i>).
2	settembre	»	Mons. Paul J. O'Byrne, Vescovo em. di Calgary (<i>Canada</i>).
»	»	»	Mons. Angelo Para visi, Vescovo di Crema (<i>Italia</i>).
16	»	»	Mons. Jesús C. Galang, Vescovo di Urdaneta (<i>Filippine</i>).

Recens nuntiatum est Iosephum Wang Dian Duo, episcopum, vacantis dioecesis Zaoceuvensis ordinarium in communione cum Apostolica Sede, die 27 mensis Iulii a. 2004 de vita decessisse.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Danieli Comboni Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Caritas Christi urget nos, aestimantes hoc quoniam, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt» (2 Cor 5, 14).

Haec Apostoli verba recte insigni illi Evangelii praeconi conveniunt, qui fuit beatus episcopus, missionarius et conditor, scilicet Daniel Comboni, cuius vita uno Domini Iesu anhelitu ducta est: «Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient et fient unus grex, unus pastor» (Io 10, 16). Caritas potissimum eum compulit ut se impigre Africae evangelizationi dicaret ac firma spes multiplicia eius incepta direxit, cum pro certo haberet Ecclesiam tandem inter dilectos filios Afras quoque gentes annumeraturam. Humano sensu praeditus dotibusque haud communibus intellectus, Daniel Comboni die xv mensis Martii anno MDCCCXXI in oppido Limone Gardensi, dioecesis Brixienensis, ortus est. Veronae tamen in humanis theologisque disciplinis excultus est ibique missionalem sensum percepit, apud institutum Mazza praesertim, ubi est receptus. Die XXXI mensis Decembris anno MDCCCLIV Tridenti presbyterali ordine auctus est atque paucis post annis Africam medianam petiit, ex qua expeditione, licet brevitate et opinata iactura afficeretur, summa tamen cupiditate est inflammatus Ecclesiae novam certioreque evangelizationis viam demonstrandi, ut Evangelium in Africam induceretur. Providens Deus, qui eum sua vigili tutela custodiebat, inopinate viam demonstravit. Cum namque die xv mensis Septembris anno MDCCCLXIV apud Apostoli Petri sepulcrum

oraret, rationem invenit Africam renovandi, scilicet «Africam per Africam salvandi». Eius insuper fuit propositum clericum, sorores caritatis, catechistas, magistros, matresfamilias illius loci, non iam in Europa, instituere, ut suis viribus suam operam in fidem diffundendam cultumque christianum in illius continentis regionibus conferrent. Decessor Noster Pius IX Dei Servum ad hoc propositum consummandum incitavit, cum diceret: «Labora sicut bonus miles Christi pro Africa». Ex quo tempore eius opera maius ecclesiale pondus acquirere videbatur, praeter quam quod altitudinem efficaciamque pro novis spiritalibus iam perfectis institutionibus ac spiritalibus magnique momenti inceptis adipiscebatur. Studiosus sic missionarius complura missionalis operis itinera suscepit in praestantiores dioeceses ac Europae nationes isque Concilio Vaticano I interfuit, qui Patribus exhibuit «Postulatum Pro Nigris Africae Centralis». Interea opem Episcopo Veronensi Aloisio Canossa ferente, die i mensis Iunii anno MDCCCLXVII Institutum pro Nigritiae missionibus condiderat, cuius sodales hodie «Missionarii Comboniani Cordis Iesu» vocantur et i die mensis Ianuarii anno MDCCCLXXII Institutum Piarum Matrum Nigritiae fundaverat, quae hodie «Sorores Missionariae Combonianae» nuncupantur. Petri Sedes tantam missionali causae dicationem sustinuit agnovitque. Die enim xxvi mensis Maii eodem anno languentem Vicariatum Africae Centralis Instituto pro Nigritiae missionibus commisit et Daniele Comboni provicarium Apostolicum, in Khartumensi urbe posita sede, elegit, qui die xxxi mensis Iulii anno MDCCCLXXVII Episcopus et eiusdem Sedis Vicarius, addito titulo Claudianopolitano, est nominatus. Daniel Comboni operam suam missionalem aluit, ex perenni vitae trinitariae amoris fonte hauriens vim, qui in Iesu vulnerato Corde manifestatur ipseque maternae Mariae Virginis, venustioribus Matris et Reginae Nigritiae, Immaculatae Nostraeque Dominae Sacri Cordis vocabulis invocatae, tutelae sese et Sancti Ioseph praesidio ad-dixit. Cordi Iesu et Dominae Nostrae Sacri Cordis suum Vicariatum dicavit. Usque erga Ecclesiam eiusque personam sustinentes dilectione et in commu-nione egit, ob oculos suae operae habens propositum, Evangelium diffundere, Ecclesiam localem germanam promovere, ad eiusdem regenerationem univer-sis collectis viribus, servitatem amovere. Hanc calcans viam, Christi crucis significationem invenit eamque amplexatus est, ex qua vim hausit ut totum se «pauperibus desertioribusque» iuvandis dicaret itemque fortitudinem reperit ut complures difficultates oppeteret et superaret et spem invenit ut futurum aevum fidenter respiceret, LI annos natu, cum totum se Deo, Eccle-siae et Africae dicavisset, die x mensis Octobris anno MDCCCLXXXI Khartu-mensi in urbe de hoc mundo discessit, fructus divins pro Institutis a se conditis et Ecclesia in Sudania. Eius sanctitatis fama eiusque actuositatis memoria etiam nunc sunt causae cur missionale Dei Ecclesiae studium inci-

tetur, civilis societas admiratione afficiatur et mundus insuper ad aequiores vitae condiciones instanter vocetur.

Beatificationis et canonizationis causa ab Episcopo Veronensi anno MCMXXVIII incohata est. Nos Ipsi die xv mensis Martii anno MCMXCVI Dei Servum in Beatorum catalogum rettulimus. Canonizationis gratia altera sanatio felicium exitu investigata est, quae Khartumensi in urbe muslimae mulieri, Lubna Abdel Aziz contigit. Die xx mensis Decembris anno MMIII, Nobis coram Decretum de miraculo prodiit. In Consistorio, die VII mensis Martii anno MMIII, statuimus ut canonizationis ritus die v mensis Octobris eiusdem anni celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra hanc ediximus formulam: «Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Daniele Comboni, Arnoldum Janssen et Iosephum Freinademetz Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuantes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».


Coram omnibus hominibus huius caelitis volumus extollere virtutes, qui Evangelio diffundendo indefessam dedit operam, ut catholica fides et industria usque proferrentur et quam plurimos homines attingerent, quo cuncti supernis locupletati praesidiis uberius salutifera Domini dona adipiscerentur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto mensis Octobris, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 549,327

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI FELICIS DE LLOBREGAT

Ex archidioecesi Barcinonensi quodam distracto territorio nova dioecesis Sancti Felicis de Llobregat appellanda erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Varia inter munera quae Nobis divinitus incumbunt, prospicere debemus ut ex ecclesiasticis circumscriptionibus ubi catholica religio in dies haud parva suscepit incrementa, novae constituentur dioeceses. Cum huiusmodi peti- tum sit ut ex archidioecesi Barcinonensi quaedam distraherentur territoria ad novas dioeceses erigendas, peropportunum visum est Nobis huic concedere petitioni. Quapropter Nos, sententiam excipientes Congregationis pro Epi- scopis, omnibus mature perpensis et favente voto Venerabilis Fratris Emma- nuelis Monteiro de Castro, Archiepiscopi titulo Beneventensis atque in Hi- spania Apostolici Nuntii, Nostra de Apostolica potestate haec statuimus et decernimus. Ex archidioecesi Barcinonensi integrum distrahimus territorium atque paroecias decanatum vulgo *Ei Prat de Llobregat, Sant Boi de Llobregat, Sant Feliu de Llobregat. San Vicenç deis Horts, Montserrat, Garraf, Vilafranca del Penedès, Anoia, Piera-Capellades*, atque ex ita detractis territoriis, novam dioecesim, *Sancti Felicis de Llobregat* appellandam, iisdemque praedictis fini- bus circumscriptam, constituimus et erigimus; quam dioecesim metropolita- nae Ecclesiae Barcinonensi suffraganeam facimus eiusque Episcopum metro- politico iuri Archiepiscopi eiusdem Sedis pro tempore subicimus. Huius novae dioecesis sedem in urbe vulgo *Sant Feliu de Llobregat* statuimus, templum que ibi exstans Deo in honorem Sancti Laurentii dicatum ad gradum et dignita- tem ecclesiae Cathedralis evehimus, cunctis additis iuribus et privilegiis quae ad id genus aedes sacras pertinent. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Haec quae statuimus perficienda committimus Venerabili Fra- tri Emmanueli Monteiro de Castro, quem diximus, vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis ibidem curatori, tribuentes necessarias et opportu- nas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet

virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae executionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo quinto mensis Iunii, anno Domini bis millesimo quarto, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

E8 IOANNES B. card. RE

Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Emmanuel Fernandez, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 559.608

II

UIJONGBUENSIS

In Corea nova conditur dioecesis Uijongbuensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum saluti pro Apostolico Nostro munere consulere cupientibus easque aptioribus subsidiis cumulare, visum est Nobis supplices preces excipere quibus petitum est ut, quodam archidioecesis Seulensis in Corea detracto territorio, nova exinde erigeretur dioecesis. Huic favente rei Venerabili Fratre Ioanne Baptista Morandini, Archiepiscopo titulo Numidensi et in Corea Apostolico Nuntio, facultatem facimus tale inceptum ad rem adducendi. Quapropter, sententiam excipientes Patrum Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum, Nostra de Apostolica potestate, haec quae sequuntur decernimus. Pars septemtrionalis territorii archidioecesis Seulensis, vulgo *Northern Kyounggi* cum urbibus *Uijongbu, Koyang, Kuri, Namyang, Paju, Tongduchon-Yangju, Yeonchon*, ab archidioecesi quam diximus abstrahimus et ex iis novam dioecesim *Uijongbuensem* appellandam erigimus ac constituimus. Episcopalem novae dioecesis sedem in urbe vulgo *Uijongbu*

statuimus templumque ibidem exstans Deo in honorem Sacri Cordis Mariae dicatum, ad gradum et dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus, eique insignia, privilegia et honores tribuimus, quibus ceterae in orbe catholico cathedrales ecclesiae fruuntur. Novam erectam dioecesim Uijongbuensem metropolitanae Ecclesiae Seulensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiam declaramus. Cetera vero secundum canonicas leges adimpleantur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam Morandini, quem supra memora-
vimus, delegamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in eccle-
siastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tamen ad exitum perducta,
documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro
Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus quibuslibet
minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto et vicesimo mensis
Iunii, anno bis millesimo quarto, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

ES ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE

Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret, Status tab., n. 559,675

III

BAGHIOPOLITANA

**Vicariatus Apostolicus Baghiopolitanus ad gradum dignitatemque dioecesis evehi-
tur quae eodem modo appellabitur.**

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Diligenter adlaborare hac in Petri cathedra conamur ut spiritalia Domini
beneficia apud omnes Christifideles diffundantur atque Evangelii nuntius
omnibus bonae voluntatis hominibus continuo praedicetur. Nunc vero de

progressione in fide caritateque fidelium Vicariatus Apostolici Baghiopolitani, in cara Philippina terra, omnino gaudemus qui altiore usque ratione christianum vitae modum alacriter prosequi cupiunt. Quandoquidem Venerabilis Frater Carolus J. Cenzone, C.I.C.M., Episcopus titularis Scebatiensis, Vicarius Apostolicus Baghiopolitanus, sacrorum Antistitibus Conferentiae Episcoporum in Philippinis auditis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut praefatum Vicariatum Apostolicum ad gradum et dignitatem dioecesis eveheremus, Nosmet Ipsi, praehabito favorabili voto Venerabilis Fratris Antonii Franco, Archiepiscopi titulo Gallecini et in Philippinis Apostolici Nuntii, cum Congregationis pro Gentium Evangelizatione consensu, de consilio Congregationis pro Episcopis, haec statuimus et decernimus. Praelaudatum Vicariatum Apostolicae de Nostrae potestatis plenitudine ad gradum et dignitatem dioecesis evehimus, *Baghiopolitanae* appellandae, quam pariter Metropolitanae Ecclesiae Novae Segobiae suffraganeam facimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi dictae sedis subicimus. Sic conditae dioecesis sedem in urbe vulgo *Baguio* statuimus ibique templum exstans, in honorem Beatae Mariae Virginis dicatum, gradu et dignitate ecclesiae Cathedralis exornamus eique insignia, privilegia et honores tribuimus, quibus ceterae in orbe catholico Cathedrales ecclesiae fruuntur. Baghiopolitano Episcopo honores, insignia, privilegia iuraque tribuimus, iisdemque oneribus et officiis adstringimus quibus Praesules Ordinarii locorum gaudent ac adstringuntur. Ut sacro Pastori erectae dioecesis validum tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, quam primum instituantur. Congruae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et omnibus bonis temporalibus quae ad Vicariatum Apostolicum Baghiopolitanum pertinuerunt. Circa Seminarii dioecesani erectionem nec non sacrorum candidatorum formationem serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis a Congregatione de Institutione Catholica statutis. Simul ac Baghiopolitanae dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso clerus eidem Vicariatu Apostolico adscriptus novae dioecesi incardinatus censeatur. Cetera cuncta ad Iuris Canonici normas exsolvantur. Ad haec tandem explenda quae per has Litteras iussimus, Venerabilem quem diximus Fratrem Antonium Franco deputamus, necessarias eidem tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo mensis Iulii, anno Domini bismillesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

83 IOANNES B. card. RE

Congr pro Episcopis Praef

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 563.036

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Republica Ucraina Nuntiatura Apostolica conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ucrainam Nationem Romani Pontifices singulari sane cogitatione curaque per saeculorum decursum sunt prosecuti, praesertim quod ibidem plus quam mille annorum christianae exstant communitates, quae multos ediderant pastores et sanctos eximiosque fidei suae fructus. Qua re, postquam feliciter initae sunt publicae necessitudinis rationes inter hanc Sedem Apostolicam et Rempublicam Ucrainae, Nobis peropportunum videtur Nuntiaturam Apostolicam in eadem constituere, quo aptius provideatur spiritali bono christifidelium illic commorantium. De communi igitur utriusque partis voto, audita Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, summa Nostra potestate, harum Litterarum virtute in Republica Ucrainae Nuntiaturam Apostolicam erigimus, factis iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum propria sunt.

Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Februarii, anno MCMXCII, Pontificatus Nostri decimo quarto.

De mandato Summi Pontificis

83 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 559.881

II

Venerabili Dei Servae Liduinae Meneguzzi Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri» (*Is 52, 10*).

Ut haec prophetia adimpleretur, annorum decursu omnium stirpium culturarumque hominibus enuntiatum est Evangelium. Inter autem eos qui multum dederunt operae ut unus Salvator cognosceretur, videlicet Iesus Christus, procul dubio Venerabilis Dei Serva Li duina Meneguzzi est annumeranda, quae exemplo potius quam verbo evangelici nuntii est testificata veritatem. Ipsa enim suam ipsius vitam in Domini proximique commoditatem tradidit, impigra quadam caritate pauperes curans ac dolentes.

Haec Christi testis die xn mensis Septembris anno **MCM** *Aponi* Patavinae provinciae ex modica pientissimaque familia orta est. Puella quotidie Missae celebrationi interesse solebat et catecheticae institutioni studebat. Familiae sustinendae gratia divitum familiis inservivit et quibusdam in deversoriis, prae se amabilitatis, operositatis, comitatis ferens speciem. Cum vitam consecratam affectaret, die v mensis Martii anno **MCMXXVI** Congregationem Sororum Sancti Francisci Salesii ingressa est. Hoc in Instituto vestiplicae, valedudinariae et aedituae sustinuit munus. Cum alumnarum esset custos in Collegio «Sanctae Crucis» commorantium, lenitudine, promptitudine recte decernendi facultate eminuit. Anno **MCMXXXVII** missionaria in Aethiopiam missa est, quae laetanter hoc officium suscepit, cum Christi lucem ad longinquos fratres deferre cuperet. *Dire-Dawae* addicta est, urbi nempe diversis stirpibus religionibusque refertae. Suam per amabilitatem non christianorum etiam sibi conciliavit animos. Primum nosocomii civilis aegrotis sanandis dedit operam, atque altero inito bello mundano milites sauciatos curare coepit. Amabiliter corporis spiritusque ad aerumnas infirmorum levandas summa ope nisa est. Licet operis essent difficultates, cum haud lecti, medicamenta atque chirurgica instrumenta suppeterent, quoquoersus serenitatem effudit, omnes subridens iuvando itemque in indigentioribus in Divinam Providentiam inculcando fiduciam. Cum pyroboli caderent, percussis subveniebat, morituris assidebat, paenitentiae actus inspirabat, infirmos ante mortem baptizabat. Cunctis in rerum adiunctis in Dominum fidem significavit inque veritates revelatas. Per eucharisticam adorationem et erga Virginem Mariam devotionem suam spiritualitatem aluit. In difficilioribus circumstan-

tiis maerentes solari solebat, spem inculcans aeternae beatitudinis. Indigenis catechetica institutionem praebuit, cum Christum nescientes Dei Ecclesiaeque amorem doceret. Assidue pro Dei gloria animarumque salute adlaboravit. Omnibus lumen monitaque quaerentibus prudens fuit consultrix. Dei mandata, Ecclesiae leges suique Instituti Regulam servavit. Parce vixit omne genus condicionibus rerumque penuriae occurrit. Ecclesiasticis Superioribus paruit. Humilis ac semper fuit simplex, sui oblita cum remisse ac leniter bonum faceret. Castimoniam servavit, cum Christum indiviso corde diligeret. Morbo insanabili correpta, Dei voluntati facile paruit ac maximos cruciatus fortiter toleravit. Die II mensis Decembris anno **MCMXLI** e vita cessit, frustra sectione chirurgica inita. Antequam moreretur, suam significavit laetitiam, caelestia bona praegustans atque aedificans adstantes.

Eius propter sanctitatis famam anno **MCMLXIII** Processus informativus incohatus est. His absolutis iure statutis rebus, Nobis coram de virtutibus heroum in modum exercitis decretum die xxv mensis Iunii anno **MCMXCVI** prodiit, atque die **VII** mensis Iulii anno **MMI** decretum de miraculo est evulgatum. Statuimus exinde ut beatificationis ritus die xx mensis Octobris subsequentis anni **MMII** celebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Baptistae Odama, Archiepiscopi Guluensis, Pauli Magnani, Episcopi Tarvisini, Severini Cardinalis Poletto, Archiepiscopi Taurinensis, Iacobi Barabino, Episcopi Ventimiliensis-S aneti Romuli, et Antonii Mattiazzo, Archiepiscopi-Episcopi Patavini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei David Okelo et Gildo Irwa, Andreas Hyacinthus Longhin, Marcus Antonius Durando, Maria a Passione Helena Maria de Chappotin de Neuville et Liduina Meneguzzi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Davidis Okelo et Gildonis Irwa die vicesima Octobris, Andreae Hyacinthi Longhin die vicesima sexta Iunii, Marci Antonii Durando die decima Decembris, Mariae a Passione Helenae Mariae de Chappotin de Neuville die decima quinta Novembris et Liduinae Meneguzzi die secunda Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Octobris, anno **MMII**, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 530.853

III

Venerabili Servae Dei Ioannae Mariae Condesa Lluch Beatorum caelitem honores tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Dignus est operarius mercede sua» (*Lc* 10, 7).

Lex quam Deus hominibus tradidit statuit ut operarius, qui missionem participandi operam Creatoris cotidiano nisu exsequitur, dignitate et inalienabilibus iuribus gaudeat. Altero recurrente xix saeculi dimidio, ardentior in dies lucri cupiditas causa exstitit haec iura laedendi. Venerabilis Serva Dei Ioanna Maria Condesa Lluch, moralia perpendens et materialia pericula quibus operarii subiciebantur ac praesertim mulieres ad laborem extra domestica saepa coactae, summopere contendit ut earum vitae condiciones in melius redderet et apud eas frugiferam evangelizationis operam ad effectum duceret. Haec fidelis Christi testis die xxx mensis Martii anno **MDCCCLXII** *Valentiae* ex parentibus, qui opibus sufficientibus ac christianis virtutibus praediti erant, nata est. Tres tantum annos agens a patre est orbata, qui praeclarus medicus morbo quodam correptus infirmis inserviens e vita migravit. Mater filiae institutionem privatae commisit magistrae. Adulescens, Ioanna Maria Tertium Ordinem Carmelitanum ingressa est et Archiconfraternitatem Filiarum Mariae et Sanctae Teresiae, ubi pietatis spiritu et caritate eminuit. Iuvenis, propositum perfecit se Christo omnino vovendi et, praehabito spiritualis moderatoris consensu, privatum castitatis votum emisit. Postea, orationi vacans, percepit se a Domino vocari ad ipsius vultum contemplantum in iuvenibus mulieribus operariis quae nimio exhauriebantur labore. Propositum excogitavit domum instituendi ad eas excipiendas et iisdem congruentem formationem culturalem et religiosam tradendi; et quo melius eis inserviret, consilium quoque cepit novam religiosam Congregationem condendi. In his

exsequendis inceptis tam a spirituali moderatore quam ab ipsis familiaribus est suffulta. Ab initio tamen quaedam obstiterunt illi difficultates ex parte Archiepiscopi Valentini qui, quamvis de probitate propositi persuasus, puellam adeo iuvenem sic onerosum inceptum promovere posse diffidebat. Serva Dei voluntati auctoritatis ecclesiasticae humiliter obtemperavit; interea tamen ipsa, sub oboedientiae virtute iugiter agens, omnibus nisa est viribus ut obstacula vinceret in opere ad rem adducendo, ad quod a Domino vocabatur. Ideo anno **MDCCCLXXXIV** licentiam accepit ut domum aperiret ad operarias recipiendas, et eodem anno scholam gratuitam pro earum filiis instituit. Aliae iuvenes, eiusdem incepti apostolici participes, cum ea propediem sunt sociatam Anno **MDCCCXCii** facultatem obtinuit condendi Institutum, quod pridem ei cordi erat, et ita nata est Congregatio Ancillarum Mariae Immaculatae. Die **XIX** mensis Martii anno **MDCCCXCV** sorores emiserunt vota temporaria, ac deinde perpetua mense Septembri anno **MCMXI**. Opus interdum in alias Hispánicas regiones dilatabatur sub sapienti et prudenti moderamine Servae Dei, quae tam filias spirituales quam iuvenes protectas ad christianas et religiosas virtutes permanenter excolendas formavit. Fidem in Christo et in revelatis veritatibus incunctanter testata est; et divino firmata praesidio, audacia aggressa est incepta ut voluntatem Domini peractam contempleretur. Propriam spiritualitatem nutritu cultu prosequens Sanctissimum Sacramentum, Beatam Mariam Virginem, Sanctum Ioseph et Sanctam Teresiam a Iesu. Deum super omnia dilexit et omnino se dedit puellis in difficultate versantibus. Maternam iustamque se praebuit erga filias spirituales. Obligaciones proprii status et Regulas Instituti stricte servavit. Ad exsequendam iustitiam sociale peculiari adlaboravit studio. Temperatam austeramque vitam duxit et ab opibus honoribusque terrenis disiunctam se ostendit. Indiviso fidelique corde Christum suum sponsum dilexit. Aegritudines patienter pertulit quibus correpta fuit extremis vitae annis. Die **xvi** mensis Ianuarii anno **MCMXVI** cursum terrenaе exsistentiae confecit, ut aeternam acciperet mercedem, ad quam omnes vires vitae vertebantur.

Diffusa iam eius sanctitatis fama, anno **MCMLIII** incohatus est Processus Informativus et conclusus anno **MCMLVI**. Servatis omnibus de iure servandis, Nobis coram promulgatum est Decretum super heroicitate virtutum die **VII** mensis Iulii anno **MCMXCVII**, atque die **v** mensis Iulii anno **MMII** approbatum est Decretum super miraculo. Statuimus igitur ut ritus beatificationis Romae perageretur die **xxi** mensis Martii sequentis anni.

Hodie igitur in foro Basilicam Sancti Petri Apostoli Vaticanam prospiciente inter sacra hanc ediximus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Mauricii Gaidon, Episcopi Cadurcensis, Antonii Mariae Cardinalis Rouco Várela, Archiepiscopi Matritensis, Iulii Henrici Prado Bolaños, Episcopi Pastopolitani, Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, et Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonhomme, Maria Perdolens Rodríguez Sopena, Maria Caritas Brader, Ioanna Maria Condesa Lluch et Ladislaus Batthyány-Strattmann Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Petri Bonhomme die nona Septembris, Mariae Perdolentis Rodríguez Sopena die decima Ianuarii, Mariae Caritatis Brader die vicesima septima Februarii, Ioannae Mariae Condesa Lluch die decima sexta Ianuarii et Ladislai Batthyány-Strattmann die vicesima secunda Ianuarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem decrevimus volumus et nunc et in perpetuum tempus vim sortiri, contrariis rebus minime quibuslibet obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxm mensis Martii, anno Domini **MMIII**, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

De mandato Summi Pontificis

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 539 603

IV

Venerabili Dei Servae Mariae Perdolenti Rodríguez Sopena caelitem Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Hac libertate nos Christus liberavit» (*Gal* 5,1).

Per Evangelium enuntiatum eius dignitatem creaturae ad imaginem et similitudinem Dei factae (cfr *Gn* 1, 26) homini ostendit Ecclesia, quae Christi sanguine est redempta, qui homines a morte peccatoque liberavit. Haec di-

gnitas inhumans saeculi xix condicionibus saepenumero est proculcata, in quibus haud pauci operarii versabantur, quibus liberandis operam dedit Dei Venerabilis Serva Maria Perdolens Rodríguez Sopeña. Caritate namque ipsa incitata, complura suscepit incepta, ut Christus inter operarios adesset. Fidelis testis haec Dei amoris in loco *Vélez Rubio* in Hispania die xxx mensis Decembris anno **MDCCCXLVIII** orta est. Primis temporibus saepe una cum familia mutavit domicilium, ut patrem sequeretur iudicem. Adulescens aegrotos etiam contagiosos invisere solebat. Viginti annos nata Matritum petiit ubi in carcere feminarum, valetudinario scholisque doctrinam catholicam tradidit. Postea Portum Divitem adiit, ubi consociationem Filiarum Mariae condidit, exinde ad urbem Sancti Iacobi in Cuba accessit, ubi «Centra institutionis» constituit, ut indigentes in humanis christianisque rebus educarentur iique iuvarentur. Sororum a visitatione seu «Salesarum» claustrum ingrediendi habuit animum, sed intellexit se alio a Domino vocari. Matritum remigra vit atque in quodam ex pauperrimis locis «Operam doctrinarum» incohavit quae varias in Hispaniae urbes inducta est. Eodem tempore laicorum manum constituit, qui ita instituti sunt ut suum per opus terrestres res ad Christi spiritum animarent. Anno **MCM** Romam petiit iubilarem annum celebratura, ibique suo in proposito novum Institutum condendi est confirmata. Subsequenti anno Loyolam spiritalium exercitationum causa adiit, atque una cum octo sociis actum foundationis Instituti Dominarum Catechistarum composuit, cuius ortus officiose die tricesimo primo mensis Octobris anno **MCM** Toletana in urbe perhibetur. Dei Serva praeterea civilem consociationem condidit, cuius titulus «Opera socialis et culturalis Sopeña», ut inter operarios eorumque familias fraternitatis spiritus concitaretur. Illis annis «Centra Operaría Institutionis» confirmavit, omnino conscia opifices humaniter christianeque cultos facile Evangelii nuntium accepturos. Insigni germanaque fide sustentata tractabile fuit apud Dominum instrumentum, in quo magnorum operum audacter agendorum repperit vim. Precatione, erga Sanctissimum Sacramentum Virginemque Mariam devotione suum spiritum aluit. Eo quod Christum diligebat, desertioribus hominibus subvenit. Suis moribus corda humilioris ordinis hominum attingit, quos ad Christum suscipiendum comparavit. Prudenter aequabiliterque complura sua instituta rexit itemque evangelica consilia et sui Instituti regulam ad amussim servavit. Difficultates patienter toleravit necnon oculorum infirmitatem, qua adulescens affecta est, et diabetem, suos Domino offerens dolores, qui eam die decimo mensis Ianuarii anno **MCMXVIII** ad se vocavit.

Eius propter evulgatam sanctitatis famam anno **MCMLVI** Processus Informativus incohatus est. Iis absolutis iure statutis rebus, Nobis coram decreto de virtutibus heroum in modum exercitis die xi mensis Iulii anno **MCMXCII** prodiit, atque die xxui mensis Aprilis anno **MMIII** super miraculo decretum evulgatum est. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xxui mensis Martii subsequens anni celebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Mauricii Gaidon, Episcopi Cadurcensis, Antonii Mariae Cardinalis Rouco Várela, Archiepiscopi Matritensis, Iulii Henrici Prado Bolaños, Episcopi Pastropolitani, Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, et Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonhomme, Maria Perdolens Rodríguez Sopeña, Maria Caritas Brader, Ioanna Maria Condesa Lluch et Ladislaus Batthyány-Strattmann Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Petri Bonhomme die nona Septembris, Mariae Perdolentis Rodríguez Sopeña die decima Ianuarii, Mariae Caritatis Brader die vicesima septima Februarii, Ioannae Mariae Condesa Lluch die decima sexta Ianuarii et Ladislai Batthyány-Strattmann die vicesima secunda Ianuarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Praestabilis haec mulier, quae totam suam vitam Deo omnino consecravit proximis inserviens, insignes dedit religiosae pietatis operumque bonorum testimonificationes. Exoptamus igitur ut christifideles omnes, huius caelitis patrocinio et exemplo adducti, terrena posthabeant et ad superna usque contendant.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxui mensis Martii, anno **MMIII**, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

£8 ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 540 198

V

Venerabili Servae Dei Mariae Caritati Brader Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae» (*Me* 16,15).

Haec verba a Christo apostolis pronuntiata in corde Venerabilis Servae Dei Mariae Caritatis Brader resonabant cum longas per horas prope tabernaculum adstabat. In contemplatione revera enascebatur in ea desiderium Christi verba ad terras longinquas afferendi atque pauperes adiuvandi.

Die **xiv** mensis Augusti nata anno **MDCCCLX** in loco vulgo *Kaltbrunn*, prope urbem Sancti Galli in Helvetia, sequenti die baptismum accepit atque nomen Mariae Iosephae Carolae. Iam ab infantia sanctos imitari voluit ut etiam ipsa sancta fieret: haec fuit eius mens totam per vitam. Scholis expletis primariis, collegium frequentavit «Maria Hilf» in *Altstätten* a religiosis Terti Ordinis Regularis Sancti Francisci administratum. Religiosarum exemplum eam incitavit ad vitam Deo omnino vovendam. Die **i** mensis Martii anno **MDCCCLXXXI** vestimentum induxit franciscale in conventu *Altstätten* atque nomen Mariae Caritatis Amoris Spiritus Sancti est consecuta. Die **xxii** mensis Augusti anno **MDCCCLXXXII** religiosa nuncupavit vota. Precibus et meditatione amorem erga Dominum diligenter aluit atque sua sponte missionibus in America Latina se dicavit ut Eum alii etiam cognoscerent. Laetitia plena, die **xix** mensis Iunii anno **MDCCCLXXXVIII** simul cum sex sociis terram petiit Aequatoriae. Anno **MDCCCLXXXIX**, post laboriosam navitatem in *Chone* et post fructuosam catechizationem plurimos inter infantes, ad foundationem destinata est in *Túquerres*, Columbiana in terra. Missionalia ob proposita Congregationem condidit anno **MDCCCLXXXIV** Franciscanarum Mariae Immaculatae. Erga Eucharistiam demonstrans singularem pietatem, in Iesu Sacramentato invenit fontem et pondus suae vitae. Amore incitata ad Iesum Eucharisticum, totam se dicavit ut privilegium Adorationis Perpetuae obtineret die ac nocte, quod veluti praecipuum patrimonium reliquit communitati, simul cum amore et veneratione erga sacerdotes, Dei ministros. Vitam spiritalem diligens, continua vivebat in praesentia Dei. Omnibus in eventibus manum videbat providentialem et misericordem Domini atque alios adhortabatur ut «in omnibus rebus voluntatem vidèrent Dei, et per amorem ad Eum, laeto animo eius expièrent

voluntatem». Dictum eius vitae fuit sententia: «Deus hoc vult». Clara ista sancti Francisci Assisiensis filia alta omnino ratione charisma vixit franciscane quod manifestavit continua in conversione, contemplatione et Dei adoratione, in amore paupertatis evangelicae nec non in simplicitate et in humilitate. Caritas facta est in ipsa facultas ad se ipsam aliis dandi. Christus fuit semper culmen eius vitae et adimpletio voluntatis Dei unicum munus. Expletis LXXXII annis, mortem praesentiens, suas adhortabatur filias: «Decedo; nolite bona relinquere opera quae Congregatio in manibus habet, elemosynam scilicet et multam caritatem erga pauperes, altam dilectionem inter sorores, fidelitatem episcopis et sacerdotibus». Die xxvii mensis Februarii anno MCMXLIII animam suam Creatori tradidit. Sepulcrum eius in loco *Pasto* meta est plurimarum peregrinationum.

Omnibus de iure diligenter expletis, Nos Ipsi die xxviii mensis Iunii anno MCMXCIX declaravimus Venerabilem Servam Dei Mariam Caritatem Brader virtutes theologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Die xxvii mensis Aprilis anno MMII, Nobis adstantibus, decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Venerabilis Servae Dei deprecationi est adsignatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die xxiii mensis Martii anno MMIII Romae perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Mauricii Gaidon, Episcopi Cadurcensis, Antonii Mariae Cardinalis Rouco Várela, Archiepiscopi Matritensis, Iulii Henrici Prado Bolaños, Episcopi Pastopolitani, Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, et Christophori Cardinalis Schönborn, Archiepiscopi Vindobonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Petrus Bonhomme, Maria Perdolens Rodríguez Sopena, Maria Caritas Brader, Ioanna Maria Condesa Lluch et Ladislaus Batthyány-Strattmann Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Petri Bonhomme die nona Septembris, Mariae Perdolentis Rodríguez Sopena die decima Ianuarii, Mariae Caritatis Brader die vicesima septima Februarii, Ioannae Mariae Condesa Lluch die decima sexta Ianuarii et Ladislai Batthyány-Strattmann die vicesima secunda Ianuarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxui mensis Martii, anno **MMIII**, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

Æ ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

Loco 93 Sigilli

In Secret.. Status tab., n. 540.257

VI

Venerabili Dei Servo Marco ab Aviano caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Pacem tantum nos volumus: pacem tecum, Deus, pacem nobiscum pacemque cunctis cum proximis».

Verba haec a Venerabili Dei Servo Marco ab Aviano prolata, liquido eius franciscalis vitae missionisque sacerdotalis ostendunt exemplar, quam «pax et bonum» designant. Ubique namque terrarum ipse Dei verbum enuntiavit itemque suae aetatis homines ad conversionem incitavit et ad Christo dedicationem. Illius praeterea temporis condicionibus ad operandum est incitatus, ut in Europa pax restitueretur, quae ex iustitia oritur (cfr *Is* 32, 17), utque catholicarum potestatum libertas earumque unitas pro fide tutanda servaretur.

7. Christologica ministerii pastoralis ratio, altiore ratione considerata, inducit ad perceptionem trinitarii fundamenti eiusdem ministerii. Christi vita est trinitaria. Ipse est Filius aeternus et unigenitus Patris atque unctus Spiritu Sancto, missus in mundum; Ipse, una cum Patre, Spiritum mittit Ecclesiae. Haec trinitaria ratio, quae manifestatur toto modo vivendi et agendi Christi, conformat etiam existentiam et actionem Episcopi. Merito ergo Patres synodales perspicue illustrare voluerunt Episcopi vitam ministeriumque sub luce trinitariae ecclesiologyae, quae in doctrina Concilii Vaticani II continetur.

Perantiqua est traditio quae Episcopum ostendit veluti imaginem Dei Patris, qui — secundum verba sancti Ignatii Antiocheni — est tamquam *Episcopus invisibilis, Episcopus omnium*. Quamobrem quisque Episcopus locum tenet Patris Iesu Christi, ita ut praesertim ob hanc legationem ipse ab omnibus aestimari debeat.¹⁸ Ad hanc symbolicam structuram quod attinet, episcopalis cathedra, quae praecipue in Orientalium Ecclesiarum traditione paternam revocat Dei auctoritatem, solummodo ab Episcopo occupari potest. Eadem de structura exoritur uniuscuiusque Episcopi munus paterno amore Dei populum sanctum curandi ac dirigendi, una cum presbyteris, Episcopi cooperantibus in eius explendo ministerio, et cum diaconis, in via salutis.¹⁹ Fideles vicissim, sicut quidam vetustus admonet textus, amare debent Episcopos, qui post Deum sunt patres et matres.²⁰ Hanc ob rationem, secundum consuetudinem apud nonnullos populorum cultus vigentem, fideles osculantur manum Episcopi veluti manum Patris amabilis, largitoris vitae.

Christus icon primigena est Patris atque manifestatio misericordis eius praesentiae inter homines. Episcopus, in persona et nomine ipsius Christi

¹⁷ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 21; 27.

¹⁸ Cfr *Ad Magnesios* 6,1: PG 5, 764; *Ad Trallianos* 3,1: PG 5, 780; *Ad Smyrnenses* 8,1: PG 5, 852.

¹⁹ Qf. PONTIFICALE ROMANUM, *Ritus Ordinationis Episcopi*: Electi officia.

²⁰ Cfr *Didascalia Apostolorum* II, 33, 1, ed. F.X. Funk, I, 115.

agens, in Ecclesia sibi concredita vivens fit signum Domini Iesu, Pastoris et Sponsi, Magistri et Pontificis Ecclesiae.²¹ Hic est fons pastoralis ministerii, itaque — sicut suadet homileticum schema in Pontificale Romano propositum — tria munera docendi, sanctificandi et regendi populum Dei exerceri debent peculiaribus dotibus Boni Pastoris: caritate, gregis cognitione, omnium sollicitudine, actione misericordiae erga pauperes, peregrinos et indigentes, ovium perditarum requisitione eas reconducendi causa ad unicum ovile.

Denique Spiritus Sancti unctio, Episcopum Christo configurans, eum idoneum reddit ut viva sit continuatio eius mysterii pro Ecclesia. Propter huiusmodi peculiaritatem trinitariam suae existentiae, suo in ministerio unusquisque Episcopus attendere debet cum amore universo gregi, in quo positus est a Spiritu regere Ecclesiam Dei: in nomine Patris, cuius praesentem reddit imaginem; in nomine Iesu Christi, Filii eius, a quo constitutus est magister, sacerdos et pastor; in nomine Spiritus Sancti, qui dat vitam Ecclesiae suaque virtute humanam roborat infirmitatem.²²

Episcopalis ministerii indoles collegialis

8. «... et fecit Duodecim» (*Me* 3, 14). Constitutio dogmatica *Lumen gentium* per haec evangelica verba doctrinam inducit de indole collegiali coetus Duodecim, quos Christus «ad modum collegii seu coetus stabilis instituit, cui ex iisdem electum Petrum praefecit». ²³ Pari ratione, quoniam Episcopus Romanus personaliter succedit Beato Petro, et omnes Episcopi simul sumpti succedunt Apostolis, Romanus Pontifex et Episcopi tamquam collegium inter se coniunguntur.²⁴

Collegialis coniunctio inter Episcopos constituitur simul Ordinatione episcopali simulque communionem hierarchicam; eademque ideo essentiam ipsam cuiusque Episcopi tangit et pertinet ad Ecclesiae structuram sicut eam voluit Iesus Christus. Nam Episcopi in episcopalis ministerii plenitudine sociantur vi consecrationis episcopalis et communionem hierarchicam cum Collegii Capite atque membris, id est cum Collegio quod semper suum Caput comprehendit. Ita fiunt membra Collegii episcopalis,²⁵ propter quod tria munera, videlicet sanctificandi, docendi et regendi, in Ordinatione episcopali assumpta, exerceri

²¹ Cfr *Propositio* 6

²² Cfr PONTIFICALE ROMANUM, *Ritus Ordinationis Episcopi*: propositum homiliae.

²³ *Lumen gentium*, 19.

²⁴ Cfr *ibid.*, 22; Nota praevia ad Const. *Lumen gentium*, I; *Codex Iuris Canonici*, can. 330; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 42.

²⁵ Cfr CONC. OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22; *Codex Iuris Canonici*, can. 336; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 49

debent in communionem hierarchicam, etiamsi, ob diversum eorum immediatum finem, modo distincto.²⁶

Hoc efficit «affectum collegialem», uti vocatur, seu collegialitatem affectivam, ex qua effluit sollicitudo Episcoporum pro aliis Ecclesiis particularibus atque Ecclesia universali.²⁷ Si quidem asseverare oportet Episcopum numquam solum esse, quoniam ipse est semper coniunctus cum Patre per Filium in Spiritu Sancto, addendum quoque est eum numquam solum esse, eo quod iugiter constanterque coniunctus est suis cum fratribus in episcopatu et cum eo quem Dominus elegit veluti Petri Successorem.

Huiusmodi affectus collegialis efficitur et multipliciter exprimitur secundum diversos gradus, institutionum etiam instar, quales exempli gratia sunt Synodi Episcoporum, Concilia particularia, Conferentiae Episcoporum, Curia Romana, Visitationes *ad limina*, cooperatio missionalis, etc. Sed affectus collegialis absolute efficitur et exprimitur solummodo in actione collegiali stricto sensu sumpta, scilicet in actione omnium Episcoporum una cum Capite, quocum potestatem plenam et supremam exercent in universam Ecclesiam.²⁸

Haec collegialis natura ministerii apostolici ex ipsius Christi voluntate oritur. Affectus ideo collegialis, seu *collegialitas affectiva*, semper viget inter Episcopos veluti *communio Episcoporum*, sed quibusdam tantum in actis exprimitur tamquam *collegialitas effectiva*. Varii modi conversionis huius collegialitatis affectivae in collegialitatem effectivam sunt humanae indolis, sed diversis in gradibus complent divinam exigentiam ut episcopatus collegiali modo exprimatur.²⁹ In Conciliis autem oecumenicis suprema episcopalis collegii in universam Ecclesiam potestas sollempniter exercetur.³⁰

Collegialis sensus indolem universalitatis episcopatus tribuit. Potest igitur similitudo quaedam constitui inter Ecclesiam unam et universalem, ergo

²⁶ Cfr *Propositio 20*; CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 21; *Codex Iuris Canonici*, can. 375 § 2.

²⁷ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 23; Decr. de pastoralibus Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 3; 5; 6; IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 13: AAS 90 (1998), 650-651.

²⁸ Cfr IOANNES PAULUS II, Const. Ap. *Pastor bonus* (28 Iunii 1988), *Adnexam I*, 4: AAS 80 (1988) 914-915; CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22; *Codex Iuris Canonici*, can. 337 §§ 1,2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 50 §§ 1,2.

²⁹ Cfr IOANNES PAULUS II, *Allocutio* in conclusione VII Coetus Generalis Ordinarii Synodi Episcoporum (29 Octobris 1987), 4: AAS 80 (1988), 610; Const. Ap. *Pastor bonus*, *Adnexam I* (28 Iunii 1988): AAS 80 (1988), 915-916; CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22.

³⁰ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22.

indivisam, et episcopatum unum et indivisum, ergo universalem. Principium et fundamentum huius unitatis, sive Ecclesiae sive Collegii Episcoporum, est Romanus Pontifex. Sicut enim docet Concilium Vaticanum II, «Collegium hoc quatenus ex multis compositum, varietatem et universalitatem populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum unitatem gregis Christi exprimit». ³¹ Quapropter «Episcopatus unitas unum est ex elementis quibus Ecclesia constituitur». ³²

Ecclesia universalis non est summa Ecclesiarum particularium neque earum foederatio, nec effectus earum communionis quoniam, secundum antiquorum Patrum et Liturgiae effata, in essentiali suo mysterio mundi creationem ipsam praecedit. ³³ Sub luce huius doctrinae addere possumus illam mutuae interioritatis necessitudinem, quae viget inter Ecclesiam universalem et Ecclesias particulares, propter quam istae formantur «ad imaginem Ecclesiae universalis in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica existit», ³⁴ gigni in necessitudine inter Collegium episcopale ipsius in universalitate et unumquemque Episcopum. Quamobrem «Collegium Episcoporum veluti Episcoporum summa non est intellegendum, qui Ecclesiis particularibus praesident, neque eorum communionis effectus, at, ut proprium et necessarium Ecclesiae universalis elementum, quiddam est quod praecedit officium particulari in Ecclesia munus capitis sustinendi». ³⁵

Hanc comparisonem inter Ecclesiam universalem et Collegium Episcoporum melius possumus intellegere sub luce affirmationis Concilii Vaticani II: «Sic Apostoli fuerunt novi Israel germina simulque sacrae hierarchiae origo». ³⁶ In Apostolis, non singulariter consideratis, sed veluti collegium componentibus, structura continebatur Ecclesiae, quae in eis constituebatur in sua universalitate et unitate, atque Collegii Episcoporum, eorum successorum, signi huiusmodi universalitatis et unitatis. ³⁷

³¹ *Ibid.*

³² IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 8: AAS 90 (1998), 647.

³³ Cfr SACRAMENTARIUM ICULISMENSE, *In dedicatione basilicae novae*: «Dirige, Domine, Ecclesiam tuam dispensatione caelesti, ut, quae ante mundi principium in tua semper est praesentia praeparata, usque ad plenitudinem gloriamque promissam te moderante perveniat», *CCSL* 159 C, rubr. 1851; *Catechismus Catholicae Ecclesiae*, nn 758-760; CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Litt. *Communio notio* (28 Maii 1992), 9: AAS 85 (1993), 843.

³⁴ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 23.

³⁵ IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 12: AAS 90 (1998), 649-650,

³⁶ Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes*, 5.

³⁷ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22.

Quam ob rem, «episcopalis Collegii in totam Ecclesiam potestas haud summa potestatum singulorum in eorum particulares Ecclesias Episcoporum constituitur; est enim aliquid antecedens quod singuli Episcopi participant, qui in universam Ecclesiam nisi collegialiter agere non possunt». ³⁸ Hanc potestatem docendi et regendi Episcopi participant consociata voluntate et continenter eo quod membra sunt Ordinis episcopalis, in quo re vera persistit Collegium apostolicum. ³⁹

Sicut universalis Ecclesia est una et indivisibilis, ita et Collegium Episcoporum est «subiectum theologicum indivisibile», ideoque etiam potestas suprema, plena et universalis, cuius Collegium est subiectum, una est et indivisibilis — sicut personaliter est Romanus Pontifex. Eo sane quod Collegium Episcoporum praevia est res muneri capitis Ecclesiae particularis, multi sunt Episcopi qui, etiamsi munera exerceant stricte episcopalia, Ecclesiae particulari non praesunt. ⁴⁰ Unusquisque Episcopus, semper coniunctus cum omnibus Fratribus in episcopatu cumque Romano Pontifice, partes agit Christi, Capitis et Pastoris Ecclesiae: eius agit partes non solum modo proprio et peculiari cum officium accipit cuiusdam Ecclesiae particularis pastoris, verum etiam cum navat operam adiutricem cum Episcopo dioecesano in Ecclesia regenda, ⁴¹ vel officium participat pastoris universalis quo Romanus Pontifex fungitur in universali Ecclesia gubernanda. Praeter formam propriam praesidendi cuidam Ecclesiae particulari, Ecclesia accepit alias quoque formas exercendi ministerium episcopale, quas historiae suae decursu hereditate habuit, veluti has Episcopi Auxiliaris vel Legati Romani Pontificis in Sanctae Sedis Officiis aut in Legationibus pontificiis; etiam hodie ipsa, ad normam iuris, admittit huiusmodi formas si necessitas obvenit. ⁴²

Indoles missionalis et unitas ministerii episcopalis

9. Evangelium secundum Lucam (cfr 6, 13) refert, Iesum Duodecim nominavisse *Apostolos*, quod ad litteram significat missos. In Evangelio secundum Marcum etiam legimus Iesum Duodecim constituisse etiam ut «mitteret eos praedicare» (3, 14). Hoc significat tam electionem quam constitu-

³⁸ IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 12: AAS 90 (1998), 650.

³⁹ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22. Nota praevia ad Const. *Lumen gentium*, I°.

⁴⁰ Cfr IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 12: AAS 90 (1998), 649-650.

⁴¹ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 25-26.

⁴² Cfr *Propositio* 32.

tionem Duodecim tamquam Apostolorum ad missionem destinari. Prima eorum missio (cfr *Mt* 10, 5; *Me* 6, 7; *Lc* 9, 1-2) plenitudinem suam invenit in missione, quam Iesus iis concredit post Resurrectionem, dum in caelum ascendit. Verba sunt quae omnem vim suam retinent: «Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi» (*Mt* 28, 18-20). Haec apostolica missio sollemnem suam confirmationem obtinuit Pentecostes die in effusione Spiritus Sancti.

In textu Evangelii secundum Matthaeum, quem modo rettulimus, totum pastorale ministerium haberi potest quasi delineatum secundum triplex munus docendi, sanctificandi et regendi. Respicimus hic reflexum quendam triplicis rationis ministerii et missionis Christi. Nos enim, uti christiani, atque modo qualitative novo ut sacerdotes, participamus missionem nostri Magistri, qui est Propheta, Sacerdos et Rex, et vocamur ut de eo in Ecclesia et in conspectu mundi peculiare perhibeamus testimonium.

Hoc *triplex munus* atque potestates quae ex eo manant, quoad modum agendi expriment *munus pastorale*, quod unusquisque Episcopus suscipit in episcopali consecratione. Ipse profecto Christi amor, qui participatur in consecratione, perficitur dum Evangelium spei omnibus gentibus proclamatur (cfr *Lc* 4, 16-19), dum sacramenta iis qui accipiunt salutem administrantur et dum populus sanctus ad vitam aeternam conducitur. Etenim de muneribus agitur inter se intime conexas, quae vicissim sese explanant, aptant et illuminant.⁴³

Quapropter Episcopus sane cum docet, sanctificat simul et regit Populum Dei; dum sanctificat, docet et regit; cum regit, docet et sanctificat. Sanctus Augustinus episcopalis huius muneris summam definit veluti *amoris officium*.⁴⁴ Hoc certitudinem praebet eo quod numquam in Ecclesia deficiet caritas pastoralis Iesu Christi.

«... vocavit ad se quos ipse voluit» (*Me* 3, 13)

10. Magna turba sequebatur Iesum, cum ipse statuit ascendere in montem et vocare ad se Apostolos. Multi erant discipuli, sed Ipse elegit ex eis tantum Duodecim ad Apostolorum peculiare munus (cfr *Me* 3, 13-19). In

⁴³ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 21, 27; IOANNES PAULUS II, Ep. ad sacerdotes (8 Aprilis 1979), 3: AAS 71 (1979), 397.

⁴⁴ Cfr *In Io, Ev. tract*, 123,5: PL 35, 1967.

Synodali Aula saepe resonabat effatum S. Augustini: «Vobis enim sum Episcopus, vobiscum sum christianus».⁴⁵

Sicuti donum Spiritus Ecclesiae datum, Episcopus, ante omnia et sicut omnis alius christianus, est filius et membrum Ecclesiae. A Sancta hac Matre ipse accepit donum vitae divinae in sacramento Baptismatis primamque fidei institutionem. Cunctis cum aliis fidelibus ipse communicat insuperabilem dignitatem filii Dei, vivendam in communione inque spiritu gratae fraternitatis. Alioquin, vi plenitudinis sacramenti Ordinis, Episcopus est etiam fidelium magister, sanctificator et pastor, mandatum habens agendi nomine et persona Christi.

Agitur videlicet de duobus relationibus non simpliciter sibi admotis, sed potius inter se vicissim et profunde conexas, ordinatis sicut sunt altera alteri, quoniam utraque vim haurit ex divitiis Christi, unici et summi sacerdotis. Episcopus fit «pater» eo ipso quod est plane «filius» Ecclesiae. Hoc necessitudinem denuo proponit inter commune fidelium sacerdotium et sacerdotium ministeriale: qui sunt duo modi participandi unicum Christi sacerdotium, in quo duo adsunt aspectus qui coniunguntur supremo in actu sacrificii crucis.

Hoc repercutitur in necessitudinem quae in Ecclesia viget inter sacerdotium commune et sacerdotium ministeriale. Licet essentia differant, ad invicem tamen ordinantur:⁴⁶ quod quandam vicissitudinem efficit quae concorditer struit vitam Ecclesiae velut locum ubi in hominum historia perficitur salus a Christo peracta. Huiusmodi vicissitudo invenitur in ipsa Episcopi persona, qui est atque manet baptizatus, atque in summo sacerdotio constitutus. Haec altissima veritas Episcopi est fundamentum eius rei qua «est inter » alios fideles et « coram » eis exstat.

Concilium Vaticanum II hoc memorat in pulcherrimo loco: « Si igitur in Ecclesia non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur et coaequalem sortiti sunt fidem in iustitia Dei (cfr 2 Pe 1, 1). Etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi. Distinctio enim quam Dominus posuit inter sacros ministros et reliquum populum Dei, secum fert coniunctionem, cum pastores et alii fideles inter se communi necessitudine devinciantur; Ecclesiae pastores, exemplum Domini secuti, sibi invicem aliisque fidelibus ministrent, hi autem alacriter pastoribus et doctoribus sociam operam praestent ».⁴⁷

⁴⁵ *Sermo* 340,1: *PL* 38, 1483.

⁴⁶ Cfr **CONC. OECUM. VAT. II**, Const dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 10.

⁴⁷ *Ibid.*, 32.

Pastorale ministerium in consecratione susceptum, quod Episcopum ponit «coram» aliis fidelibus, exprimitur in «esse pro» ipsis, quod eum non eximit ex illius «esse cum» eis. Hoc viget sive ad personalem sanctificationem, quod attinet, quaerendam perficiendamque in exercitio eius ministerii, sive quod spectat ad modum exsequendi ipsum ministerium omnibus in muneribus in quibus illud expletur.

Vicissitudo quae est inter sacerdotium commune fidelium et sacerdotium ministeriale, et quae invenitur in ipso episcopali ministerio, manifestatur in specie « motus circularis » inter duas formas sacerdotii: motus circularis inter fidei testimonium omnium fidelium et testimonium authenticae Episcopi fidei in actibus eius magisterii; motus circularis inter sanctam fidelium vitam et sanctificationis instrumenta quae iis-praebet Episcopus; motus circularis denique inter personalia munera Episcopi quoad Ecclesiae ei concreditae bonum et communia omnium fidelium officia quoad eiusdem bonum.

CAPUT II

DE SPIRITALI EPISCOPI VITA

« *Et fecit Duodecim, ut essent cum illo* » (Me 3, 14)

11. Eadem dilectione qua Apostolos sua voluntate constituit, Duodecim vocat Iesus, ut suam communicet cum iis vitam. Hic quoque convictus, qui animorum voluntatumque cum Eo communionem secum fert, ipsius missione participata postulatur. Episcopi officia contrahi non debent in merum rerum instituendarum munus. Hoc ad vitandum periculum, sive praeparatoria Synodi documenta, sive complures in Aula Patrum synodalia sermones id extulerunt quod secum importat, in personali Episcopi vita inque exercitio ministerii ei commisso, episcopatus natura tamquam Ordinis sacramenti plenitudo, in propriis theologicis, christologicis pneumatologicisque fundamentis.

Obiectivae sanctificationi, quae Christi opera in Sacramento habetur per Spiritus communicationem, subiectiva sanctitas respondere debet, in qua Episcopus, gratia suffultus, magis magisque per ministerii exercitium progredi debet. Ontologica commutatio, quam consecratio effecit, tamquam Christo conformatio, quendam postulat modum videndi, qui ostendat illud « cum eo esse ». Saepenumero itaque in Synodi Aula pastoralis caritas est elata, tamquam fructus cum characteris impressi sacramenti tum gratiae ei propriae.

Caritas, quemadmodum dictum est, Episcopi ministerii est veluti anima, qui dynamica quadam vi involvitur, *pro existentia* scilicet pastorali, qua ad vivendum compellitur ut Christus Bonus Pastor *pro* Patre ac *pro* aliis, in cotidiana sui donatione.

In exercitio proprii ministerii potissimum, quod Boni Pastoris caritatem imitando explicat, Episcopus ad se aliosque sanctificandos vocatur, ob oculos tamquam principium habens, ut coniungat Christi vultus contemplationem ac simul salutis Evangelii nuntium.⁴⁸ Itaque eius spiritalis vita non solum ex Baptismi Confirmationisque sacramento, verum etiam ex ipsa episcopali Ordinatione consilia trahit et incitamenta, quae in fide spe et caritate proprium Evangelii praeconis, liturgici fautoris et communitatis ductoris ad explicandum ministerium eum cogit. Tunc erit illa Episcopi *ecclesialis spiritualitas*, quandoquidem omnia in eius vita ad Sanctam Ecclesiam peramanter aedificandam convertuntur.

Id in Episcopo servitii habitum secum fert, qui animi firmitudine, apostolica virtute et confidenti interius Spiritui agenti deditioe imbuitur. Ipse ideo vivendi rationem sibi imponet, quae Christi servi, pauperis et humilis *kenosin* imitetur, ita ut ministerii pastoralis exercitium in eo quasi sit congrua imago Iesu, Dei Servi, eumque omnibus, cum maximis tum minimis esse proximum cogat. In summa quadam iterum reciprocatioe ministerii exercitium fidele amabileque Episcopum sanctificat eumque subiective ad ontologicas sanctitatis divitias conformat, quas in ipso posuit Sacramentum.

Attamen Episcopi sanctitas personalis haudquaquam subiective manet, quoniam efficaciter in fidelium beneficium usque cedit, eiusdem curae commissorum. In caritatis exercitio, quod ad pastorale susceptum ministerium attinet, fit signum Christi Episcopus ipseque illam obtinet moralem auctoritatem, qua iuridicae auctoritatis exercitium indiget ut efficaciter communitatem afficere possit. Etenim si episcopale munus in sanctitatis testificatione, quae in pastoralis caritate, humilitate vitaeque simplicitate manifestatur, non innititur, eo evadet ut solummodo fere sit functionale officium et apud Clerum fidelesque necessario amittat fidem.

Nostrae aetatis in Ecclesia ad sanctitatem vocatio

12. Ad Episcopi figuram, qui Dei amicus, pastor populique ductor est, collustrandam, biblica imago perquam apta videtur. Moysis scilicet est figura. Eum respiciens, invitamentum excipere potest Episcopus ut sit atque

⁴⁸ Qf. *p.p.* *titio* 8.

operetur sicut pastor, qui a Domino electus ac missus est, quique animosus ad terram promissam versus populum suum praegreditur, fidelis verbi legisque Dei viventis interpres, Foederis mediator, ardens et precatione confidens pro sua gente. Sicut Moyses, qui, postquam cum Domino apud sanctum montem collocutus est, ad suum populum facie fulgida rediit (cfr *Ex* 34, 29-30), Episcopus quoque indicia suae naturae patris, fratris amicieque ad fratres deferre poterit tantummodo si in nubem obscuram fulgentemque Patris, Filii et Spiritus Sancti mysterii intraverit. Trinitatis fulgore illuminatus, signum ille evadet bonitatis misericordis Patris, vivae imaginis Filii caritatis, perlucidi viri Spiritus, qui consecratur et mittitur ut Dei Populus in temporis semitis ad aeternitatem peregrinans ducatur.

Synodales Patres spiritalis officii momentum in lucem protulerunt, quod Episcopi vitam, ministerium iterque respicit. Nos Ipsi hasce primas partes demonstravimus congruentes esse cum vitae Ecclesiae necessitatibus ac Spiritus Sancti appellatione, qui annis his gratiae primatum, pervulgatam spiritalis vitae exigentiam, sanctitatis testificandae necessitatem omnibus significavit.

Quod spiritalis vitae nunc fit mentio, haec oritur ex Spiritus Sancti in historia salutis agentis significatione. Eius praesentia est operosa, dinamica, prophetica et missionalis. Spiritus Sancti plenitudinis donum, quod Episcopus in sua Ordinatione recipit, pretiosa atque impellens est monitio, ad eius sequendam actionem in ecclesiali communitate universalique missione.

Synodalis Congressio, post Magnum Iubilaeum anni **MM** celebrata, inde ab initio vitae sancte agendaepropositum sibi vindicavit, quod Nos universae Ecclesiae indicavimus, adfirmantes: «Visionem rerum illam, in qua collocari debet totum pastorale iter, esse sanctitatem... Absoluto itaque Iubilaeo, communis iam repetitur semita; at necessitas restat pastoralis magis quam antehac sanctitatem efferre». ⁴⁹ Studiose alacriterque Nostram appellationem accipiendi atque in principali loco ad sanctitatem vocationem collocandi hic fuit animus, quo synodale opus est peractum et haec fuit condicio, quae quodammodo sermones animadversionesque Patrum in unum redegit. Ii sancti Gregorii Nazianzeni monitum suis in cordibus resonare sentiebant: «Purgari prius oportet, deinde purgare; sapientia instrui, atque ita demum alios sapientia instruere; lux fieri, et alios illuminare; ad Deum appropinquare, et ita alios adducere; sanctificari, et postea sanctificare». ⁵⁰

⁴⁹ Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 30: AAS 93 (2001), 287.

⁵⁰ *Oratio II*, n. 71: PG 35, 479.

Hanc propter rationem ex synodali Congressione frequens invitamentum est ortum ut peculiaritas significaretur «episcopalis» itineris Episcopi ad sanctitatem. Usque agetur de sanctitate quae cum populo et pro populo vivitur, in quadam videlicet communionem, quae incitatio fit et mutua in caritate aedificatio. Nec de secundariis ac supervacaneis postulationibus agitur. Per ipsam enim Episcopi spiritalem vitam eius pastoralis operae fecunditas iuvare potest. Nonne in assidua Christi mysterii meditatione, flagranti eius Vultus in contemplatione, studiosa in vitae Boni Pastoris imitatione fundamentum reperitur cuiusque efficacis pastoralis operae? Si quidem verum est nostram aetatem perpetuo moveri ac saepenumero agitari, dum est periculum ne quidam «faciant solummodo ut faciant», tunc Episcopus primus suae vitae exemplo ostendere debet primatum «existentiae prae actionibus» esse instaurandum et, immo magis, *gratiae primatum*, quae, christiana vitae habita ratione, est etiam essentialis principium ad ministerii pastoralis «rerum agendarum» consilia capienda.⁵¹

Spiritale Episcopi iter

13. Episcopus se putare reapse potest communionis speique pro populo sancto Dei ministrum tantummodo cum coram Domino ambulat. Serviri namque hominibus non potest, nisi antea «Deo servitur». Dei servi esse non possunt nisi qui «homines Dei» sunt. Quapropter in homilia initium facientes Synodi sumus effati: «Pastor esse debet homo Dei; eius existentia ac ministerium omnino eius divinae gloriae subsunt atque ex supereminenti Dei mysterio lucem hauriunt et vigorem».⁵²

Ad sanctitatem vocatio Episcopi in ipso reperitur sacramentali eventu, episcopali scilicet Ordinatione, unde eius ministerium oritur. Antiqua *Serapionis Euchologia* verbis his ritualement consecrationis invocationem describit: «Fac, Deus veritatis, et hunc Episcopum vivum, Episcopum sanctum successionis sanctorum Apostolorum».⁵³ Cum tamen episcopalis Ordinatio perfectam virtutem haud tribuat, «Episcopus suum iter ad alacrius producendum vocatur, ut ad Christi, Hominis perfecti, mensuram perveniat».⁵⁴

⁵¹ Cfr IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 15. 31: AAS 93 (2001), 276. 288.

⁵² N. 5: AAS 94: (2002), 111.

⁵³ *Sacramentarium Serapionis*, 28; ed. F.X. Funk, II, 191.

⁵⁴ IOANNES PAULUS II, *Homilia* initii X Coetus Generalis Ordinarii Synodi Episcoporum (30 Septembris 2001), 5: AAS 94 (2002), 111.

Eadem christologica trinitariaque natura ipsius mysterii ministeriique sanctitatis iter ex Episcopo requirit, quod continuatum ad altiore usque spiritalem apostolicamque maturitatem progressum secum fert, quae pastoralis caritatis primatu distinguitur. Iter est, quod eius cum populo, ut patet, suscipitur, quodque est personale ac simul commune, sicut vita Ecclesiae est. In hoc tamen itinere, in intima cum Christo communionem sedulaque erga Spiritum Sanctum obsequentia, exemplar, auctor ac fautor fit Episcopus. Idem canonica lex enuntiat: «Episcopus dioecesanus, cum memor sit se obligatione teneri exemplum sanctitatis praebendi in caritate, humilitate et vitae simplicitate, omni ope promovere studeat sanctitatem christifidelium secundum uniuscuiusque propriam vocationem atque, cum sit praecipuus mysteriorum Dei dispensator, iugiter annitatur ut christifideles suae curae commissi sacramentorum celebratione in gratia crescant utque paschale mysterium cognoscant et vivant».⁵⁵

Spiritale Episcopi iter, sicuti pariter illud cuiusque fidelis procul dubio radicem in sacramentali Baptismi Confirmationisque gratia habet. Gratia haec omnibus fidelibus eum aequat, quoniam, quemadmodum significat Concilium Vaticanum II, «omnes christifideles cuiusque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem»⁵⁶ vocantur. Quo potissimum in casu sancti Augustini sententia praestat, quae realismo ac supernaturali sapientia excellit: «Ubi me ferret, quod vobis sum, ibi me consolatur, quod vobiscum sum. Vobis enim sum Episcopus, vobiscum sum christianus. Illud est nomen suscepti officii, hoc gratiae; illud periculi est, hoc salutis».⁵⁷ Attamen, per pastorem caritatem, munus fit servitium, atque periculum in incrementi maturitatisque opportunitatem vertitur. Ministerium episcopale non modo sanctitatis est in aliorum beneficium fons, verum iam est sanctificationis causa ei qui suum per cor suamque vitam Dei caritatem transire sinit.

Synodales Patres huius itineris quasdam necessitates breviter perstrinxerunt. In primis Baptismi Confirmationisque characterem commemoraverunt, qui usque a principio christianae vitae, virtutum theologarum ope, copiam dat in Deo credendi, in Eo sperandi Eumque amandi. Spiritus Sanctus sua ex parte dona infundit, adiuvans ut incrementum habeatur per moralium virtutum exercitium, quae etiam sub respectu humano reddunt concretam spiri -

⁵⁵ *Codex Iuris Canonici*, can. 387; cfr *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 197.

⁵⁶ Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 40.

⁵⁷ *Sermo* 340, 1: *PL* 38, 1483.

talem vitam.⁵⁸ Baptismi recepti vi, quemadmodum singuli christiani, Episcopus spiritalem vitam communicat, quae in incorporatione ad Christum radicibus defigitur quaeque in eius sequela secundum Evangelium manifestatur. Hanc ob rationem omnium fidelium vocationem ad sanctitatem ipse participat. Colere idcirco precationis altaeque fidei vitam atque in Deo omnem suam fiduciam collocare debet, suam erga Evangelium exhibens testificationem, iis simul obtemperans quae Spiritus Sanctus suadet ac peculiari filiali cultu Virginem Mariam prosequens, quae perfecta est spiritalis vitae magistra.⁵⁹

Episcopi ideo spiritalis vita erit communionis, quam una cum ceteris baptizatis experitur, qui simul cum eo filii sunt unius in caelis Patris et unius in terra Matris, Sanctae scilicet Ecclesiae. Aequae ac in Christo credentes spiritalem suam vitam ipse alere debet, vivo efficacique se pascens Evangelii verbo ac sacrae Eucharistiae vitae pane, vitae aeternae videlicet cibo. Humanam propter infirmitatem Episcopo quoque frequenter et certis temporibus ad Paenitentiae sacramentum erit accedendum, ut misericordiae illius donum obtineat, cuius etiam est minister. Conscius itaque suae humanae imbecillitatis suorumque peccatorum, quisque Episcopus, una cum suis sacerdotibus, primum pro se Reconciliationis sacramentum experitur, veluti gravem necessitatem gratiamque usque denuoque exspectatam, ut in ministerii exercitio voluntas sanctificandi iterum incitetur. Hac quidem etiam aspectabili ratione alicuius Ecclesiae in se ipsa Sanctae ipse significat mysterium, quae simul peccatoribus constituitur qui necesse habent ut sibi ignoscatur.

Perinde ac omnes sacerdotes, at peculiariter, ut liquet, cum sacerdotibus dioecesis presbyteratus coniunctus, praecipuam spiritalis vitae viam calcare studebit Episcopus. Ipse namque etiam propter novum titulum, qui ex sacro Ordine oritur, ad sanctitatem vocatur. Ex fide ideo, spe et caritate vivit Episcopus, quippe qui sit Domini verbi, sanctificationis Deique populi spiritalis progressus minister. Sanctus ipse debet esse, quoniam magister, sanctificator ac dux Ecclesiae debet inservire. Qua talis debet ille insigniter vehementerque Ecclesiam diligere. Quisque Episcopus Christo conformatur, ut Ecclesiam sponsali Christi amore diligat atque in Ecclesia minister sit eius unitatis, ut Ecclesia fiat «de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata».⁶⁰

⁵⁸ Cfr *Catechismus Catholicae Ecclesiae*, 1804. 1839

⁵⁹ Cfr *Propositio* 7.

⁶⁰ S. CYPRIANUS, *De oratione dominica*, 23: PL 4, 535; cfr CONC. OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 4.

Peculiaris Episcopi spiritalis vita — quod subinde confirmarunt synodales Patres — gratia ultra cumulatur, quae in sacerdotii plenitudine inest, ipsi Ordinationis tempore attributa. Sicut gregis pastor et Iesu Christi Evangelii in spe servus, Episcopus referre ac paene in se ipsam Christi, supremi Pastoris, personam liquido ostendere debet. In Pontificali Romano officium hoc palam enuntiatur: « Accipe mitram atque in te sanctitatis fulgor splendeat, ut cum Princeps pastorum apparebit immarcescibilem coronam gloriae mereri possis ».⁶¹

Quocirca Episcopus Dei gratia continenter indiget, quae ipsius humanam naturam roboret eandemque ad perfectionem adducat. Cum Paulo apostolo potest is edicere: « Sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti » (2 Cor 3, 5-6). Id igitur maiore vi exprimi debet: apostolicum ministerium fons est Episcopo spiritalis vitae, ex quo omnia cetera spiritalia alimenta depromere debet, quae efficiunt ut in sanctitate crescat quaeque ipsi dant copiam Spiritus Sancti in populo actionem detegendi, qui eorum sollicitudini committitur.⁶²

Spiritale Episcopi iter, hoc in rerum prospectu, pastoralis ipsi caritati aequatur, quae iure meritoque veluti anima putanda est cum eius, tum pariter presbyteri et diaconi apostolatus. Non modo agitur de *existentia*, sed etiam *pro-existentia*, de ratione scilicet vivendi, quae supremum exemplar adhibet Christum Dominum, ideoque ad adorandum Patrem fratribusque inserviendum totum se tradit. Merito igitur hac de re Concilium Vaticanum II asserit Pastoribus, ad Christi effigiem, sanctitate studioque, humilitate fortitudineque ministerium esse gerendum, « quod ita adimpletum, etiam pro eis erit praeelsum sanctificationis medium ».⁶³ Nullus Episcopus ignorare potest sanctitatis verticem esse Christum Cruci affixum, in eius suprema donatione Patri fratribusque facta in Spiritu Sancto. Quapropter Christo configuratio eiusque passionis participatio (cfr 1 Pe 4, 13) regalis Episcopi eius inter populum sanctitatis fit via.

Maria, spei Mater magistraque spiritalis vitae

14. Spiritalis vitae subsidium etiam Episcopo materna erit praesentia Virginis Mariae, quae est *Mater spei et spes nostra*, quemadmodum eam invocat Ecclesia. Itaque Mariam germana atque filiali devotione Episcopus prosequitur, sentiens se vocari ad illud *fiat* sibi sumendum, ut teneatur et cotidie

⁶¹ *Ritus Ordinationis Episcopi*: Mitrae traditio.

⁶² Cfr *Propositio* 7.

⁶³ Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 4L.

perficiatur commendatio illa, quam fecit Iesus Mariae, quae iuxta crucem stabat, quaeque Discipulo commissa est ac Discipulus dilectus vicissim Mariae (cfr *Io* 19, 26-27). Episcopus pariter vocatur ad se referendum in concordem perseverantem que precationem discipulorum apostolorumque Filii una cum ipsius Matre, cum ad Pentecosten se componebant. In hac Ecclesiae nascentis effigie inexplicabile inter Mariam et Apostolorum successores manifestatur vinculum (cfr *Act* 1, 14).

Quocirca sancta Dei Mater Episcopo erit magistra audiendi Deique Verbi alacriter perficiendi, in fideli discipuli condicione erga unum Magistrum, in fidei firmitate, in fiduciali spe flagrantique caritate. Perinde ac Maria, quae est « memoria » Incarnationis Verbi apud primigenam christianam communitatem, Episcopus erit custos et viventis Ecclesiae Traditionis mediator, omnium ceterorum Episcoporum in communione, coniunctus cum Petri Successore eiusque auctoritati obnoxius.

Solida Marialis Episcopi devotio continenter ad sacram Liturgiam referretur, ubi in salutis mysteriis celebrandis peculiarem praesentiam obtinet Virgo ipsaque universae Ecclesiae precandi, audiendi, offerendi itemque spiritualis maternitatis eximium est exemplar. Immo Episcopi erit efficere ut Liturgia usque appareat «ut "exemplaris forma", inspirationis fons, perpetuum propositum ultimaque meta pro Mariali pietate Dei populi propria».⁶⁴ Hoc firmato principio, Episcopus quoque suam Marialem pietatem tam personalem quam cum aliis sociatam piis exercitiis colet, quae ab Ecclesia comprobantur et commendantur, praesertim per precationem illam Sancti Rosarii, quod est Evangelii compendium. In hac precatione expertus, quae tota in salutis vitae Christi eventibus contemplandis, quibus eius sancta Mater coniuncta fuit, consistit, quisque Episcopus ad id sollerter promovendum invitatur.⁶⁵

Verbo se committere

15. Synodi Episcoporum Coetus quaedam necessaria subsidia ostendit, quibus spiritualis vita aleretur ac promoveretur.⁶⁶ Ex his lectio ac Verbi Dei meditatio principem obtinent locum. Quisque Episcopus debet se committere seseque commissum animadvertere «Deo et verbo gratiae ipsius, qui

⁶⁴ CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM, *Direttorio su pietà popolare e liturgia. Principi e orientamenti* (17 Decembris 2001), 184: Città del Vaticano, 2002, p. 154.

⁶⁵ Cfr IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Rosarium Virginis Mariae* (16 Octobris 2002), 43 AAS 95 (2003), 35-36.

⁶⁶ Cfr *Propositio* 8.

potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis omnibus» (*Act* 20, 32). Quapropter antequam est Verbi praeco Episcopus, una cum suis sacerdotibus et sicut quisque fidelis, immo sicut ipsa Ecclesia,⁶⁷ Verbi debet esse auditor. Immo veluti interius Verbum incolere debet, ut ipso veluti matris gremio custodiatur et alatur. Una cum sancto Ignatio Antiocheno Episcopus etiam repetit: confugio « ad Evangelium tamquam ad corporaliter praesentem Christum ». ⁶⁸ Itaque quisque Episcopus illam sancti Hieronymi pervulgatam monitionem ante oculos habebit, quam iteravit etiam Concilium Vaticanum II: «Ignoratio scripturarum ignoratio Christi est». ⁶⁹ Haud enim sanctitatis primatus exstat sine Verbi Dei auditione, quod sanctitatis est dux et alimentum.

Cum quis Dei Verbo se committit idque custodit, quemadmodum Virgo Maria fecit, *Virgo audiens*,⁷⁰ id secum fert, ut re quaedam adhibeantur auxilia, quae usque suppeditarunt Ecclesiae traditio ac spiritalis experientia. Agitur ante omnia de crebra personalique Sacrorum Bibliorum lectione eorundemque attento assiduoque studio. Inanis esset Episcopus foris Verbi praedicator, nisi antehac esset intus auditor.⁷¹ Sine Sacrae Scripturae consuetudine, inefficax quoque est spei minister Episcopus, si quidem, sicut commemorat sanctus Paulus, « per patientiam et consolationem Scripturarum spem » (*Rom* 15, 4) habemus. Semper igitur valet quod Origenes scripsit: «Haec duo sunt pontificis opera, ut aut a Deo discat legendo Scripturas divinas, et saepius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, quae ipse a Deo didicerit ». ⁷²

In Pastorum vita ipsoque eorundem pro communitate ministerio Dei Verbi *lectionis* et *meditationis* confirmavit pondus Synodus. Sicut in Epistula Apostolica *Novo millennio ineunte* scripsimus: «Convenit ante omnia ut Verbi auditio fiat vitalis congressio, secundum vetustam semperque validam *lectionis divinae* traditionem, quae biblicis ex sententiis sinit vivam colligere vocem quae nos appellat, ordinat, in tota exsistentia conformat». ⁷³ In meditationis et *lectionis* momentis, cor, quod iam Verbum excepit, ad Dei agentis contemplationem recluditur ideoque ad cogitationes vitamque ad eum convertendas, supplicii addita postulatione eius veniae atque gratiae.

⁶⁷ Cfr PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 59: AAS 68 (1976), 50.

⁶⁸ *Ad Philadelphienses* 5: PO 5, 700

⁶⁹ *Comm. in Is. Prot: PL* 24, 17; cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 25.

⁷⁰ Cfr PAULUS VI, Adhort. Ap. *Marialis cultus* (2 Februarii 1974), 17: AAS 66 (1974), 128.

⁷¹ Cfr S. AUGUSTINUS, *Sermo* 179,1: PL 38, 966.

⁷² *In Lev. hom.*, VI: PG 12, 474 C.

⁷³ N. 39: AAS (2001), 294.

Sacra Eucharistia sustentari

16. Perinde ac paschale praeterea mysterium vitae Bonique Pastoris missionis medium occupat locum, sic Eucharistia quoque vitae Episcopi-que missionis, aequae ac cuiusque sacerdotis, principalem tenet locum. Cotidianam per Sanctae Missae celebrationem una cum Christo offert se ipse. Cum autem celebratio haec in Cathedrali templo fit ceterisque templis, paroecialibus potissimum, concurrentibus impigreque participantibus fidelibus, apparet Episcopus ut est, scilicet *Sacerdos et Pontifex*, quia in Christi persona eiusque Spiritus potentia agit, atque veluti *hiereus*, sanctus sacerdos, altaris sacris mysteriis patrandis detinetur, quae praedicatione nuntiat ac declarat.⁷⁴

Episcopi in sacram Eucharistiam amor manifestatur item cum, progrediente die, etiam satis longum tempus adorationi coram Tabernaculo imper- tit. Hic suum Domino reserat animum, ut totus pervadatur eaque caritate informetur, quae in Cruce a magno ovium Pastore effunditur, qui pro eis suum sanguinem profudit suamque vitam tradidit. Suam ei quoque orationem elevat, pro ovibus deprecans sibi commissis.

Precatio Horarumque Liturgia

17. Alterum a synodalibus Patribus significatum instrumentum est precatio, potissimum ea quae ad Dominum elevatur per Horarum Liturgiae celebrationem, quae praecipua et perennis est christianae communitatis precatio, Christi nomine ac Spiritu Sancto duce peracta.

Precatio per se ipsa peculiare est Episcopi officium eorumque « qui vocationis receperunt donum ad peculiaris consecrationis vitam, quae suapte natura paratior eos efficit ad contemplativam experientiam ».⁷⁵ Episcopus ipse se successorem esse Apostolorum oblivisci non potest, qui prae ceteris a Christo constituti sunt « ut essent cum illo » (*Me* 2, 14), quique cum missionis ipsis concredita initium fecerunt id sollemniter declaraverunt, quod quoddam totius vitae est propositum: « Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus » (*Act* 6, 4). Episcopus idcirco fidelibus dumtaxat magister erit precationis, si personali dialogi cum Deo experientia niti poterit. Singulis momenti ei Psalmistae verba sunt usurpanda: « In verbum tuum supersperavi » (*Ps* 119[118], 114). Ex precibus ipsis eam hauriet spem, qua fere inficere

⁷⁴ Cfr. PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAGITA, *De Ecclesiastica Hierarchia*, III: PG 3, 513; S. THOMAS AQUINAS, *S. Th.* II-II, q. 184, a. 5.

⁷⁵ IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 34: AAS 93 (2001), 290.

debet fideles. Nam precatio locus est insignis ubi exprimitur et spes alitur, quandoquidem ipsa, ad sancti Thomae Aquinatis sententiam, est «interpres spei».⁷⁶

Personalis Episcopi precatio specialissima ratione erit insigniter «apostolica» precatio, Patri scilicet oblata veluti pro qualibet ei commendati populi necessitate facta deprecatio. In Pontificali Romano hoc est novissimum electi Episcopi officium, antequam manus imponuntur: «Vis Deum omnipotentem pro populo sancto indesinenter orare et sine reprehensione summi sacerdotii munus explere?».⁷⁷ Perquam speciali modo pro suorum sacerdotum sanctitate, pro vocationibus ad ministerium ordinatum vitamque consecratam orat Episcopus, ut magis ac magis in Ecclesia exardescat missionale apostoli cumque studium.

Quod autem ad *Liturgiam Horarum* attinet, quae ad consecrandum et ordinandum totum diei cursum per Dei laudem destinatur, quidni insignes commemoremus Concilii Vaticani II sententias? «Cum vero mirabile illud laudis canticum rite peragunt sacerdotes aliique ad hanc rem Ecclesiae instituto deputati vel christifideles una cum sacerdote forma probata orantes, tunc vere vox est ipsius Sponsae, quae Sponsum alloquitur, immo etiam oratio Christi cum ipsius Corpore ad Patrem. Omnes proinde qui haec praestant, tum Ecclesiae officium explent, tum summum Sponsae Christi honorem participant, quia laudes Deo persolventes stant ante thronum Dei nomine Matris Ecclesiae».⁷⁸ Cum Divini de Officii oratione scriberet Decessor Noster, recolendae memoriae, Paulus VI asseveravit ipsam esse «Ecclesiae localis precatorem», quae «veram Ecclesiae orantis naturam exprimit».⁷⁹ In *consecratione temporis*, quam *Liturgia Horarum* efficit, illa *laus perennis* perficitur, quae praevertit et caelestem Liturgiam praefigurat, unitatis vinculum cum angelis sanctisque qui in aeternum Dei nomen clarificant. Tantum igitur Episcopus se spei virum ostendit et efficit, quantum in eschatologicam vim motionemque se insinuât Psalterii orationis. In Psalmis *Vox sponsae* personat, quae Sponsum invocat.

Quapropter quisque Episcopus suo *cum* populo orat oratque suo *pro* populo. Ipse autem suorum sacerdotum, diaconorum, vitae consecratae personarum necnon fidelium laicorum cuiusque aetatis precibus aedificatur atque iuvatur. Inter illos educator precatoremque fautor est Episcopus. Non modo

⁷⁶ S. Th. II-II, q. 17, a. 2.

⁷⁷ *Ritus Ordinationis Episcopi*: Electi officia.

⁷⁸ Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 84-85.

⁷⁹ Const. Ap. *Laudis canticum* (1 Novembris 1970): AAS 63 (1971), 532.

quae is est contemplatus transmittit, sed christianis ipsam contemplationis viam reserat. Pervulgata sententia illa *contemplata aliis tradere*, fit ideo *contemplationem aliis tradere*.

Evangelicorum consiliorum beatitudinumque via

18. Suis universis discipulis, iis potissimum qui per terrestrem vitam eum propius Apostolorum instar sequi volunt consiliorum evangelicorum viam exhibet Dominus. Praeter Ecclesiae Trinitatis donum, consilia in credentes trinitariam vitam remittunt.⁸⁰ Quae peculiari modo in Episcopo efficiuntur, qui, ut Apostolorum successor, ad Christum sequendum in semita perfectionis caritatis vocatur. Quapropter is consecratur sicuti Iesus consecratur. Eius vita ex Eo funditus pendet atque pro Ecclesia mundoque omni est tamquam Eius aspectabilis figura. In Episcopi vita Iesu vita splendere debet ideoque eius Patri oboedientia « usque ad mortem, mortem autem crucis» (*Philp* 2, 8), eius castus virgineusque amor, eius paupertas quae coram terrestribus bonis absoluta est libertas.

Hac nimirum ratione moderari possunt Episcopi suo exemplo non modo eos qui in Ecclesia in vita consecrata ad Christi sequelam sunt vocati, verum presbyteros etiam, quibus quoque sanctitatis radicalismus, ut ita dicamus, ad evangelicorum consiliorum rationem proponitur. Ceterum talis radicalismus omnes fideles complectitur, laicos quoque, quoniam « exigentia fundamentalis evadit neque abdicanda, cum ab Ipsius Christi invitatione proveniat Eum sequendi et imitandi, vi artioris communionis cum Illo, quam Spiritus operatur».⁸¹

In Episcopi denique vultu contemplari posse qualitates debent fideles, quae gratiae sunt donum quaeque in Beatitudinibus ipsius Christi fere sunt effigies: id est vultus paupertatis, lenitatis et iustitiae studii; vultus misericors Patris atque viri pacifici et pacificatoris, pacis aedificatoris; castimoniae vultus illius, qui perpetuo uniceque Deum contuetur. Fideles cernere suo in Episcopo debent posse etiam vultum illius qui Christi in maerentes misericordiam experitur atque nonnumquam, sicut in historia usu venit et adhuc hodie contigit, vultum fortitudinis interiorisque laetitiae plenum illius, qui propter Evangelii veritatem persecutionem patitur.

⁸⁰ Cf. IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Vita consecrata* (25 Martii 1996), 20-21: AAS 88 (1996), 393-395.

⁸¹ IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Pastores dabo vobis* (25 Martii 1992), 27: AAS 84 (1992), 701.

Oboedientiae virtus

19. Lineamenta haec Iesu humanissima in se ferens, exemplar quoque ac fautor spiritualis vitae communionis fit Episcopus, vigili sollicitudine ad Ecclesiam aedificandam intentae, ita ut omnia, cum verba tum opera, sub signo trinitarii communionis dynamismi agantur, quae communis est filialis subiectio in Christo et Spiritu sub Patris amabili consilio. Sicut enim magister sanctificationisque sui populi minister Episcopus ad Patris voluntatem fideliter adimplendam vocatur. Episcopi oboedientia tenenda est tamquam exemplar — nec aliter fieri potest — habita ob oculos Christi oboedientia, qui saepenumero dixit se ex caelo descendisse non ut faceret voluntatem suam sed voluntatem eius, qui eum misit (cfr *Io* 6, 38; 8, 29; *Philp* 2, 7-8).

Christi vestigia calcans Episcopus Evangelio Ecclesiaeque traditioni paret ipseque temporis signa legit et Spiritus Sancti vocem in Petrino ministerio episcopalique collegialitate agnoscit. In Adhortatione Apostolica *Pastores dabo vobis* apostolicam, communitariam pastoraalemque presbyteralis oboedientionis indolem collustravimus.⁸² Hae proprietates notiore quoque ratione, ut patet, in Episcopi oboedientia reperiuntur. Sacramenti Ordinis plenitudo, quam ipse recepit efficit ut peculiaris intercedat ei cum Petri Successore, episcopalis Collegii sodalibus et ipsa eius particulari Ecclesia necessitudo. Ipse omnino officio teneri se sentire debet acriter coniunctionem Summo cum Pontifice fratribusque Episcopis arto in unitatis cooperationis vinculo vivendi, divino consilio hac ratione obtemperans, quod Apostolos cum Petro indivisibiliter coniungi voluit. Haec hierarchica Episcopi cum Summo Pontifice communio eius facultatem roborat Christum Iesum, totius Ecclesiae Caput invisibile, per susceptum Ordinem repraesentandi.

Apostolica oboedientiae ratio necessario addenda est etiam communitaria, quandoquidem episcopatus suapte natura est « unus et indivisus ».⁸³ Communitariae huius naturae vi, Episcopus ad suam exhibendam oboedientiam vocatur, omnes depellens invitationes singulari ad agendum ratione atque in se recipiens officium, intra episcopalis Collegii missionem, de totius Ecclesia bono sollicitudinis.

Auscultandi veluti exemplar, precibus iudicioque ad Dei voluntatem percipiendam intentus erit Episcopus per ea quae Ecclesiae dicit Spiritus. Evangelica ratione ipse exercens auctoritatem, cum cooperatoribus fidelibusque instituet dialogum, ut mutua consensio efficaciter increseat.⁸⁴ Quod ei dabit

⁸² Cfr n. 28: *Im.* 701-703.

⁸³ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 18.

⁸⁴ Cfr *ibid.*, 27. 37.

copiam dignitatem ac responsalitem cuiusque Dei Populi membri extollendi, spectando ut cum aequabilitate ac tranquillitate singulorum sollertia fauveatur. Fideles namque iuvandi sunt ut in responsalem oboedientiam adolescant, quae eos de re pastorali alacres reddat.⁸⁵ Hac de re usque valet sancti Ignatii Antiocheni ad Polycarpum cohortatio: «Nihil sine tua voluntate fiat, neque tu quidquam sine Dei voluntate agas».⁸⁶

Sensus et Episcopi paupertatis exercitium

20. Synodales Patres, communem collegialitatis mentem significantes, evocationem, quam Nos in Liturgia Synodi initium faciente ediximus, receperunt, ut evangelica paupertatis beatitudo una habeatur ex necessariis condicionibus ad episcopale ministerium frugifere in hodiernis rerum adiunctis explicandum. Hac quoque occasione, in Episcoporum congressione Christi effulsit effigies, qui «opus redemptionis in paupertate et persecutione perfecit» atque Ecclesia etiam, in primis una suis cum Pastoribus, «ad eandem viam ingrediendam vocatur, ut fructus salutis hominibus communicet».⁸⁷

Episcopus idcirco, qui verus vult esse spei Evangelii testis et minister, *vir pauper* debet esse. Id postulat testificatio, quam ipse Christo pauperi reddere debet; id etiam postulat Ecclesiae de pauperibus a Domino amatis sollicitudo, qui ceteris sunt anteferendi. Eo quod Episcopus suum ministerium in paupertate agere constituit id ad Ecclesiam «domum pauperum» efficiendam reapse iuvabit.

Hoc consilium praeterea ponit Episcopum in condicione interioris libertatis, in ministerio exercendo, eique efficaciter salutis fructus communicandi dat copiam. Episcopalis auctoritas indefatigabili liberalitate et inexhausta gratuitate agi debet. Id ab Episcopo in caelestis Patris providentia plenam fiduciam, magnanimum bonorum communionem, se verum vitae vivendi modum, perpetuam personalem conversionem postulat. Hac via tantum aptus erit ille ad anxietates populique Dei aerumnas communicandas, quem ipse non modo regere debet et alere, sed etiam ei sociali debet, quaestiones participando et spem colendam iuvando.

Officium hoc efficaciter sustinebit, si ipsius vita modesta, frugi ac simul industria studiosaque erit itemque, si qui in nostra societate infimi habentur, ii ab eo non in limitibus sed in media christiana communitate locabuntur.⁸⁸

ss *Qf. p. p. titi.* io

⁸⁶ *Ad Polycarpum, IV: PG 5, 721*

⁸⁷ CONC. OECUM. VAT. II, Const dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 8.

ss *Qf. Propositio 9.*

Fere inscius « caritatis phantasiae » favebit, quae, magis quam praestita subsidia, fraternae communicationis participationem efferet. Etenim in apostolica Ecclesia, ut late Actus Apostolorum testantur, quorundam paupertas adiumenta aliorum concitabat, hoc cum mirabili effectu: « Neque enim quisquam egens erat inter illos » (4, 34). Hanc prophetiam Ecclesia mundo praebere debet, qui inter problemata famis et gentium inaequalitatum opprimitur. Hoc in communicationis simplicitatisque prospectu Episcopus veluti « bonus paterfamilias » Ecclesiae bona tractat isque vigilat ut secundum propria Ecclesiae proposita destinentur: quae sunt Dei cultus, ministrorum sustentatio, apostolatus opera, caritatis pro pauperibus incepta.

Procurator pauperum semper fuit titulus Ecclesiae pastorum, quod hodie quoque re esse debet, ut praesens ac manifestus Iesu Christi Evangelii nuntius reddatur, omnium hominum spei videlicet fundamentum, sed eorum potissimum qui a Deo uno digniorem vitam feliciorem que futurum aevum appetere queunt. Pastorum exemplo incitata Ecclesia itemque Ecclesiae « praefereendam optionem pro pauperibus » re perficere debent,⁸⁹ quod tertii millennii indicavimus propositum.

Per castimoniam de Ecclesiae famulatu quae Christi puritatem refert

21. « Accipe anulum, fidei signaculum: et sponsam Dei, sanctam Ecclesiam, intemerata fide ornatus, illibate custodi ». Verbis his, quae in episcopalis Ordinationis Pontificale Romano⁹⁰ enuntiantur, Episcopus sollicitatur ut suscepti officii conscius fiat in se virginalem Christi erga cunctos fideles dilectionem referendi. Suam per praesentiam cum primis impellitur ipse ad excitandas inter fideles mutuas necessitudines, quae respectu illo informantur et aestimatione, quae cum familia quadam conveniunt, ubi amor viget ad apostoli Petri monitionem: « Ex corde invicem diligite attentius, renovati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum Dei vivum et permanens » (1 Pel, 22-23).

Dum suo exemplo verboque ipse christianos ad corpora exhibenda ut « hostiam viventem, sanctam, Deo placentem » (Rom 12, 1) cohortatur, omnes monet: « praeterit enim figura huius mundi » (1 Cor 7, 31), ideoque necessarium est exspectare « beatam spem » gloriosi Christi reditus (cfr Tit 2, 13). Peculiari modo sua in sollicitudine pastoralis paterno cum affectu ipse proximus est iis qui vitam religiosam evangelica consilia profitendo sunt complexi

⁸⁹ Cfr Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 49: AAS 93 (2001), 302.

⁹⁰ *Ritus Ordinationis Episcopi: Anuli traditio*

iique magni ponderis Ecclesiae famulatum praebent. Is porro sacerdotes sustinet iisdemque animum addit qui, divina gratia vocati, sua sponte caelibatus officium pro Regno caelorum in se receperunt, sibi iisque evangélicas spiritualesque huius voluntatis repetens rationes summi momenti ad Dei Populum curandum. In hodierni temporis Ecclesia mundoque casti amoris testificatio tum quendam efficit pro hominibus spiritalem curationem, tum sexualis appetitionis cultum quasi idolum factum esse denuntiat.

In hodiernis socialibus condicionibus, Episcopus peculiari modo suo gregi adesse debet et ante omnia sacerdotibus suis, paterne de eorum ascesis spiritualitatisque difficultatibus sollicitus, opportunum eis ministrans fulcimentum, ut eorum fidelitas erga vocationem et erga necessitates ministerii exercendi cum exemplari vitae sanctitate iuветur. Cum autem graves culpae, immo autem, si delicta adsint, quae ipsi Evangelio testificando detrimentum inferunt, potissimum ab Ecclesiae ministris admittuntur, fortis firmusque, aequus securusque debet esse Episcopus. Ipse prompte agere debet, ad normas canonum statutas, sive ad emendationem et sacri ministri ad spiritale bonum, sive ad scandalum reparandum iustitiam que redintegrandam, sive ad victimas tuendas et iuvandas.

Suo verbo, vigili paternaque actione Episcopus adimplet officium mundo exhibendi veritatem sanctae castaeque Ecclesiae, quae talis sit in suis ministris atque fidelibus. Hac agens ratione suum gregem antegreditur Episcopus, quemadmodum egit Christus, Sponsus, qui vitam suam tradidit quique omnibus amoris dari virgineique exemplum ideoque fecundi quoque universaeque reliquit.

Spiritualitatis communionis missionisque suasor

22. In Epistula Apostolica *Novo millennio ineunte* necessitatem extulimus «ex Ecclesia domum scholamque communionis»⁹¹ exstruendi. Quae res late divulgata est et a synodali Congressione est repetita. Episcopus primus, ut liquet, suo in spiritali itinere, officio promovendi animandique spiritalium communionis vitam obstringitur, dans strenue operam ut id unum sit ex primariis educationis principiis in omnibus locis ubi homo christianusque Anguntur: scilicet in paroecia, in catholicis consociationibus, in ecclesialibus sodaliciis, in scholis catholicis, in oratoriis. Peculiarem in modum curabit Episcopus ut haec spiritalis communionis vita ubi futuri presbyteri instituuntur emineat ac stabiliatur, scilicet in seminariis, aequae ac in religiosis novi-

tiatibus, in domibus religiosis, in Institutis Facultatibusque theologicis, perinde et in scholis pro pastoralibus curatoribus atque in locis ubi familiae communitatesque aedificantur.

Huius promotionis spiritalis communionis vitae praecipua loca eadem in Epistula Apostolica summam significavimus. Hic addere sufficiat, Episcopum eam suam intra presbyteratum in primis confirmare debere, sicut etiam inter diaconos, religiosos religiosasque. Id dialogo personalique occursum, sed etiam communitariis congressionibus expediet, quibus ille propria in Ecclesia particulari singularia momenta suadere studebit, quibus melius ad audiendum illi disponantur, quid Spiritus dicat Ecclesiis (cfr *Apc* 2, 7.11 et alibi). Haec sunt recessus, spiritalia exercitia ac spiritalitatis dies, prudenter instrumentis quoque novis communicationis socialis adhibitis, si opportunum id efficaciusque videatur.

Ut communionis spiritalis vitam colat, iniungit Episcopo ut aliat quoque cum Romano Pontifice ceterisque fratribus Episcopis communionem, intra potissimum eandem Conferentiam episcopalem ac Provinciam ecclesiasticam. Hoc etiam in casu, qui postremus putandus non est ad superandum periculum solitudinis demissionisque animi pro magnitudine ac negotiorum immoderatione, Episcopus, praeter precationem, ad amicitiam fraternamque communionem cum suis in episcopatu Fratribus libenter confugiet.

Sua in scaturigine atque in typo trinitario usque in missione exprimitur communio. Missio usque fructus est et consentanea communionis consecutio. Cuius communionis vis atque motio iuvantur cum quis ad loca necessitatesque missionis recluditur, unitatis semper praestans testimonium, ut mundus credat simul amoris spatia amplificando, ut omnes trinitariam communionem attingant, ex qua procedunt cuique destinantur. Quanto intentior est communio, tanto prosperior est missio, praesertim cum in amoris paupertate vivitur, quae facultas est unamquamque personam, coetum et civilem ipsum cultum Crucis vi adeundi, quae est *spes unica* ac suprema Dei amoris testificatio, quae sicut universalis fraternitas etiam manifestatur.

Iter quod in cotidianis rebus procedit

23. Spiritalis rerum consideratio inducit ut agnoscat: Episcopum propriam ad sanctitatem vocationem vivendam vocari in externarum internarumque difficultatum, propriarum alienarumque infirmitatum, cotidianarum necopinatarum rerum, quaestionum personalium et institutionis ambitu. Permanens est hic in Pastorum vita status, cuius est testis sanctus Gregorius Magnus qui dolenter animadvertit: «At postquam cordis humerum sarcinae

pastorali suppositi, colligere se ad semetipsum assidue non potest animus, quia ad multa partitur. Cogor namque modo Ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere, saepe singulorum vitas actusque pensare... Cum itaque ad tot et tanta cogitanda scissa ac dilaniata mens ducitur, quando ad semetipsam redeat, ut totam se in praedicatione colligat, et a proferendi verbi ministerio non recedat?... Esse ergo speculatoris vita et alta debet semper et circumspecta».⁹²

Ut centrifugae vires exaequentur, quae unitatem eius interiorem pertinere conantur, quietum vivendi modum colat Episcopus oportet, qui mentis, animi et affectus aequabilitatem iuvet faciatque ut personis suscipiendis earumque postulationibus sit par promptusque, variis cum condicionibus laetis tristibusque vere communicans. Quod suam Episcopus diversis rationibus curat valetudinem, id in fideles amoris indicium ac pignus habetur maioris propensionis proclivitatisque ad Spiritus suasiones recipiendas. Qua de re vulgata sunt sancti Caroli Borromeo monita, praeclari videlicet pastoris exemplaris, quae ipse novissima sua in Synodo enuntiavit: «Curas geris animarum? Noli idcirco tui ipsius curam neglegere, nec te tam liberaliter ceteris tribuas, ut tui nihil tibi supersit; nam et te animarum quibus praees, meminisse quidem oportet, ita tamen ut tui non obliviscaris».⁹³

Itaque curabit Episcopus ut aequabiliter sua multiplicia munia gerat, sua varia in unum componens officia: divinorum mysteriorum scilicet celebrationem ac personalem precationem, personale studium et pastoralia incepta ineunda, recessum congruamque quietem. His spiritalis vitae sustentatus subsidiis, pacem cordis ipse inveniet, cum Trinitate altam communionem experiens, quae eum elegit eumque consecravit. Gratia fruens, quam Deus praestat, cotidie is suum ministerium explebit, necessitatibus Ecclesiae mundique occurrens qua spei testis.

Permanens Episcopi institutio

24. Arta cum officii Episcopi coniunctione impigre in sanctitatis vita procedendi, spiritali vita adhibita christocentrica et ecclesiali, synodalis Congressio necessitatem quoque imposuit permanentis institutionis. Cum haec cunctis fidelibus sit necessaria, quemadmodum in superioribus Synodis confirmatum est iteratumque in subsequentibus Adhortationibus Apostolicis *Christifideles laici, Pastores dabo vobis* et *Vita consecrata* permanens institutio

⁹² Horn, in Ez. I, 11: PL 76, 908

⁹³ Acta Ecclesiae Mediolanensis, Milano 1599, p. 1178.

Episcopo in primis habenda est necessaria, qui communis progressus concordisque Ecclesiae itineris retinet officium.

Quemadmodum sacerdotibus personisque vitae consecratae, Episcopo etiam permanens institutio intrinseca est necessitas eius vocationis atque missionis. Nam per eam novae vocationes dignosci possunt, quibus Deus definit et initialem vocationem in actum perducit. Petrus etiam apostolus, illud post «me sequere» primi eius cum Christo occursum (*cfr Mt 4, 19*), a Resuscitato eandem invitationem audit, qui, antequam mundum reliquit, labores et aerumnas futuri ministerii eidem praenuntians, addidit: «Tu me sequere» (*Io 21, 22*). Est igitur «me sequere» quoddam, quod vitam et missionem apostoli comitatur. Est nimirum «me sequere» quod vocationem et usque ad mortem fidelitatem contestatur, «me sequere» quod *Christi sequelam* demonstrare potest una cum sui ipsius pleno dono in martyrio». ⁹⁴ Non agitur, sicut omnino patet, ad hodierna tempora de accommodatione tantum agenda, quam realis Ecclesiae mundique condicionum cognitio requirit, sic ut aperta mente miserentique corde in nostrae aetatis adiuncta inseri sinatur Pastor. Cum hac ratione hodiernis temporibus consentaneae permanentis institutionis adduntur rationes anthropologicae, quae ex eo oriuntur quod ipsa vita in maturitatem continenter procedit, itemque theologicae rationes quae alte cum sacramentali radice nectuntur: nam Episcopus dare operam debet «ut vigili cum amore «mysterium custodiat, quod pro Ecclesiae humanitatisque bono in se fert»». ⁹⁵

Quoad certis temporibus nostrae aetati accommodationem, de quibusdam potissimum magni momenti argumentis, temporum auditionis, communionis et dialogi cum peritis — qui sunt Episcopi, sacerdotes, religiosi religiosaeque, laici — spatia reapse producta postulantur, dum pastorales experientiae, doctrinae cognitiones, spiritalia subsidia permutantur, quibus personae dotes ditiores revera efficiantur. Hac de re synodales Patres opportune suaserunt, ut peculiaria institutionis curricula per Congregationem pro Episcopis vel per Congregationem pro Gentium Evangelizatione procurentur, quae recentis nominationis Episcopos praesertim respiciant. Similiter suasum est ut quidam inquisitionis, cultus renovationis et spiritalium etiam exercitiorum dies Episcopis destinentur et Synodis patriarchalibus, Conferentiis episcopalibus, regionalibus nationalibusque itemque Continentium Congressionibus Episcoporum comparentur.

⁹⁴ IOANNES PAULUS II, Adhort.. Ap. post-synodalis *Pastores dabo vobis* (25 Martii 1992), 70: AAS 84 (1992), 781.

⁹⁵ *Ibid.*, 72: l.m. 787.

Convenit ut episcopalis Conferentiae praesidentia causam suscipiat formationis permanentis programmata comparandi eaque absolvendi, Episcopos incitans ut his curriculis intersint, ut hac quoque ratione inter Pastores amplior communio procuretur, ad efficaciorum pastorem operam singulis in dioecesibus agendam.⁹⁶

Quidquid est omnino liquet, quemadmodum Ecclesiae vitam, sic etiam agendi rationes, pastoralia incepta, episcopalis ministerii formas evolvi. Has etiam propter rationes cultus renovatio est necessaria, ad Codicis Iuris Canonici mandata et ad novas provocationes novaque Ecclesiae in hominum societate officia. Hoc in ambitu synodalis Congressio suasit ut Directorium *Ecclesiae imago* recognosceretur, quod Congregatio pro Episcopis die xxn mensis Februarii anno MCMLXXIII evulgavit, utque temporum necessitatibus immutationibusque, quae contigerunt in Ecclesia vitaeque pastorali, accommodaretur.⁹⁷

Sanctorum Episcoporum exemplum

25. Sua in vita ministerioque, in spiritali itinere conatuque pastorem operam accommodandi, Episcopi sanctorum Pastorum exemplis roborantur. In Eucharisticae celebrationis homilia ipsa, qua Synodo finis impositus est, sanctorum Pastorum novissimo saeculo canonizantium exemplum exhibitum est a Nobis, veluti Spiritus gratiae testimonium, quae Ecclesiae numquam defuit neque umquam deficiet.⁹⁸

Ecclesiae annales, sumpto ab Apostolis initio, perquam grandem Pastorum numerum recensent, quorum doctrina sanctitasque illuminare et Episcoporum etiam tertii millennii spiritale iter dirigere possunt. Quod eximii Pastores primorum Ecclesiae saeculorum, Conditores Ecclesiarum particularium, fidei confessores martyresque, qui persecutionum temporibus vitam pro Christo tradiderunt, sunt testati, id insigne habetur ad quod nostrae aetatis Episcopi spectare debent, ut ad suum in Evangelii famulatum trahant indicia et incitamenta.

Complures in spei exercenda virtute spectabiles utique fuerunt, difficilibus in condicionibus cum suum populum sublevarent, suas ecclesias post persecutionum calamitatumque aetatem iterum aedificarent, deversoria peregrinatoribus pauperibusque suscipiendis struerent, valetudinaria aegrotis senibusque curandis constituerent. Tot Episcopi sapientes fuerunt ductores,

⁹⁶ Cfr *Propositio* 12.

⁹⁷ Cfr *Propositio* 13.

⁹⁸ Cfr n. 6: AAS 94 (2002), 116.

qui novas semitas suo populo straverunt. Difficilibus temporibus Christum cruci affixum resuscitatum que contuentes, spem nostram, certe prudenterque propriae aetatis responderunt provocationibus. Tertii millennii principio, adhuc supersunt tales Pastores, qui commentarios quosdam exhibere possint, ubi fides viget quae in Cruce innititur. Pastores hi humana desideria percipere valent eademque sumere, purificare et sub Evangelii lumine interpretari ideoque una cum universo populo sibi demandato historiam quandam contexere possunt.

Itaque quaeque particularis Ecclesia suos sanctos Episcopos celebrandos curabit, Pastores quoque commemorando qui sanctitate vitae ac spectabili doctrina populo peculiarem admirationis affectionisque hereditatem reliquerunt. Ipsi sunt spiritales excubitores qui ex caelo per saecula peregrinantis Ecclesiae iter dirigunt. Hac quoque de causa, ut usque viva fidelitatis ministerio exercendo praestantium Episcoporum memoria servaretur, synodalis Congressio suavit ut Ecclesiae particulares vel, ut res postulat, Conferentiae episcopales operam darent ut fideles, renovatis horum vitae narrationibus usi, tales viros cognoscerent, atque, si commodum videretur, opportunitatem excuterent essentiae canonizationis causae introducendae."

Vitae spiritualis apostolicaeque omnino absolutae testificatio adhuc exstat magnum vigoris Evangelii ad personas communitatesque immutandas documentum, cum efficiat ut ipsa Dei sanctitas in mundum historiamque se insinuet. Istud quoque spei est indicium, quod ad novas generationes potissimum attinet, quae ex Ecclesia incitantia consilia exspectant, quibus nostrae aetatis societatem in Christo renovandi opera animetur.

CAPUT III

FIDEI MAGISTER ET VERBI NUNTIUS

«*Euntes in mundum universum praedicate Evangelium*» (Me 16, 15)

26. Iesus a mortuis resuscitatus apostolis suis missionem committit omnes gentes «discipulos faciendi», eos docendo servare omnia quaecumque Ipsemet mandavit. Ecclesiae igitur, quae communitas est discipulorum Domini crucifixi et surrecti, munus sollemniter committitur praedicandi Evangelium omni creaturae. Agitur de munere quod usque ad saeculorum finem perdurabit. Ex primo illo exordio Ecclesia absque hoc munere evangelizandi

⁹⁹ Cfr *Propositio* 11.

cogitari nequit. Paulus apostolus huiusmodi conscientiam notissimis suis verbis significavit: «Nam si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae enim mihi est, si non evangelizavero!» (1 Cor 9, 16).

Si officium Evangelium nuntiandi totius est Ecclesiae singulorumque filiorum, peculiari ratione ad Episcopos pertinet, qui, die sacrae Ordinationis qua inseruntur in apostolicam successionem, inter praecipua suorum munera assumunt illud nuntiandi Evangelium, immo nuntiandi hominibus, «eos in Spiritu fortitudine ad fidem vocantes aut in fide viva confirmantes».¹⁰⁰

Haec quidem Episcopi actuositas Evangelium praedicandi, quae prospicit hominibus ad fidem revocandis aut in ea corroborandis, praestantem paternitatis ipsius constituit declarationem. Idcirco ille cum Paulo asserere potest: «Nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres, nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui» [1 Cor 4, 15]. Hanc ipsam propter vim quae novam secundum Spiritum generat vitam, ministerium episcopale mundo ostenditur uti signum spei pro populis, pro singulis hominibus.

Quapropter Patres synodales peropportune in memoriam revocaverunt, nuntium Christi primum locum obtinere et Episcopum tam verbis quam vitae testimonio primum esse Evangelii praeconem. De provocationibus quas aetas nostra secum fert Episcopus conscius esse debet easque audacter oppetere. Omnes Episcopi, veluti ministri veritatis, hoc munus fortitudine et fiducia sustinere tenentur.¹⁰¹

Christus in Evangelii hominisque corde

27. De nuntio Evangelii argumentum praestitit inter interventus Patrum synodaliū, qui saepe ac diversimode asseruerunt vivens nuntii Evangelii centrum Christum esse crucifixum et surrectum pro cunctorum hominum salute.¹⁰²

Christus enim cor est evangelizationis, cuius consilium «in Christo ipso deprehenditur, qui sane cognoscendus est, diligendus atque imitandus, ut vita in eo trinitaria ducatur et cum eo historia ipsa transfiguretur ad suam usque in Hierosolymis caelestibus consummationem. Institutum enim hoc, variantibus quidem temporibus ipsis atque culturae formis, non mutatur quamvis rationem quidem habeat temporis et culturae, ut verum instituat diverbium efficacemque

*** CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 12; cfr Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 25.

††† Qf. Propositiones 14; 15.

102 Qf. p.positio 14.

communicationem. Constans vero institutum illud per tertium millennium pariter est nostrum».¹⁰³

De Christo, corde Evangelii, devertuntur omnes ceterae veritates fidei et spes quoque ad universos homines diffunditur. Christus enim lux est quae illuminat omnem hominem, et quicumque in Ipso regeneratur primitias Spiritus accipit, quibus fit habilis ad novam amoris legem adimplendam.¹⁰⁴

Vigore igitur eiusdem apostolicae missionis, Episcopus aptus efficitur ad populum suum inserendum in cardinem mysterii fidei, ubi viventem Christi Iesu personam reperire poterit. Christifideles ita intellegent, omnem christianam experientiam habere scaturiginem et indicem quo sese vertant in Paschate Iesu, de peccato morteque triumphantis.¹⁰⁵

Deinde nuntius mortis et resurrectionis Domini complectitur «nuntiationem propheticam rerum alterius vitae — id est altissimae ac perpetuae hominum vocationis, coniunctae eodemque tempore disiunctae a statu praesentis — alterius vitae, quae tempus et historiam superat, quaeque res huius mundi supervadit, cuius figura transit. [...] Evangelizatio continet igitur etiam praedicationem spei de promissionibus, a Deo in novo Foedere factis per Iesum Christum».¹⁰⁶

Episcopus, auditor et custos Verbi

28. Concilium Vaticanum II, viam persequens secundum Ecclesiae traditionem, declarat missionem docendi Episcoporum in eo sistere ut fidem sancte custodiant fortiterque nuntient.¹⁰⁷

Hoc de prospectu manifestatur in sua peraffluenti sensus plenitudine gestus adhibitus in Ritu Romano Ordinationis episcopalis, cum super caput electi imponitur Evangeliarium apertum: quod significat, una ex parte, Verbum Episcopi ministerium involvere et custodire, et, altera ex parte, vitam illius omnino subici debere Verbo Dei dum cotidie in praedicationem Evangelii incumbit omni longanimitate et doctrina (cfr 2 *Tim* 4). Etiam Patres synodales saepius protulerunt ipsum Episcopum esse, qui Verbum Dei aman-

¹⁰³ IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 29: AAS 93 (2001), 285-286.

¹⁰⁴ Cfr CONC. OECUM. VAT II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 22.

¹⁰⁵ *Qf. Propositio 15.*

¹⁰⁶ PAULUS VI, Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 28: AAS 68 (1976), 24..

¹⁰⁷ Cfr Const dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 25; Const dogm., de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 10; *Codex Iuris Canonici*, can. 747 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 595 § 1.

ter tueatur et strenue defendat, dum de salutari Ipsius nuntio testimonium reddit. Etenim, sensus *muneris docendi* Episcoporum ex ipsa natura rei custodiendae, nempe ex natura depositi fidei exoritur.

Christus Dominus noster in Sacra Scriptura tam Veteris quam Novi Foederis et in Traditione commisit Ecclesiae suae unicum depositum divinae Revelationis, quae veluti speculum est in quo Ecclesia ipsa, in terris peregrinans «contemplatur Deum, a quo omnia accipit, usquedum ad Eum videndum facie ad faciem sicuti est perducatur».¹⁰⁸ Ita enim accidit saeculorum decursu ad hodiernam usque aetatem: diversae communitates, amplectentes Verbum semper novum et in decursu temporum efficax, vocem Spiritus Sancti audierunt, nitentes ut eam vivam redderent et actuosam in diversis historiae periodis. Sic vox tradita, Traditio, in dies maiore conscientia facta est Verbum vitae et interea obligatio id nuntiandi et custodiendi gradatim ad effectum adducta est, inspirante et suggerente Spiritu Veritatis, perpetuo transmittens omne quod Ecclesia est et omne quod ipsa credit.¹⁰⁹

Traditio haec, quae ab Apostolis originem ducit, progreditur in vita Ecclesiae, uti docet Concilium Vaticanum II. Similiter crescit et evolvitur cognitio rerum verborumque transmissorum, ita quidem ut, in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio.¹¹⁰ Quaerentes enim fidelitatem Spiritui in corde Ecclesiae loquenti, fideles et pastores invicem conveniunt et nectuntur illis intimis fidei vinculis, quae se ostendunt tamquam tempus primum *sensus fidei*. Iuvat memorare Concilii verba: «Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cfr 1 *Io* 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum "ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles" universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet».¹¹¹

Hac de re vita *Ecclesiae* et vita *in Ecclesia* condicio est uniuscuiusque Episcopi ut suam ipse docendi missionem exercent. Episcopus identitatem et spatium suum reperit intra communitatem discipulorum Domini, ubi donum vitae divinae et primam fidei eruditionem recepit. Quilibet Episcopus, praesertim cum coram fidelium communitate ex sua episcopali cathedra magistri munus in Ecclesia exercet, repetere debet sancti Augustini verba: «Tamquam vobis ex hoc loco doctores sumus; sed sub illo uno Magistro in

¹⁰⁸ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 7.

¹⁰⁹ Cfr *ibid.*, 8.

¹¹⁰ Cfr *ibid.*, 10.

¹¹¹ Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 12.

hac schola vobiscum condiscipuli sumus».¹¹² In sinu Ecclesiae, scholae Dei viventis, Episcopi fidelesque omnes sunt condiscipuli et omnes a Spiritu instruuntur oportet.

Plurima sane sunt loca, ex quibus Spiritus interiorem largitur eruditionem: ante omnia cor singulorum fidelium, deinde vita diversarum Ecclesiarum particularium, unde oriuntur et percipiuntur multiplices hominum ecclesialiumque communitatum necessitates sive per iam nota eloquia, sive per diversa atque nova.

Spiritus adhuc audiri se sinit, dum varias charismatum et ministeriorum species in Ecclesia suscitatur. Hac quoque ratione, saepe in Aula synodali frequenter audita sunt voces quae Episcopos hortabantur ut, immediata congressione personali que colloquio, vestigia sequentes Boni Pastoris qui oves suas novit et nominatim vocat, conveniant fideles degentes in communitatibus suae pastoralis curae creditis. Etenim, frequentes conventus Episcopi cum suis presbyteris potissimum, ac deinde cum diaconis, cum personis consecratis earumque communitatibus, cum fidelibus laicis, sive separatim sive in vario associationum genere, summi sunt ponderis ad efficax ministerium apud populum Dei exercendum.

Authenticum et auctoritate pollens Verbi ministerium

29. Unusquisque Episcopus in episcopali Ordinatione maximum accepit munus Verbum cum auctoritate nuntiandi. Quilibet enim Episcopus, vi sacrae Ordinationis, authenticus fit doctor, qui populo sibi commisso praedicat fidem credendam et morali vitae aptandam. Quod significat Episcopus ipsa Christi auctoritate exornari; hac praecipua ratione « Episcopi in communione cum Romano Pontifice docentes ab omnibus tamquam divinae et catholicae veritatis testes venerandi sunt; fideles autem in sui Episcopi sententiam de fide et moribus nomine Christi prolatam concurrere, eique religioso animi obsequio adhaerere debent».¹¹³ In hoc ministerio Veritati praestando, Episcopus ponitur *coram* communitate quatenus ille est *pro* communitate constitutus, ad quam vertit propriam pastoris sollicitudinem et pro qua enixe Deo precationem suam effundit.

Etenim quidquid ex corde Ecclesiae exaudi vit et accepit, Episcopus suis restituit fratribus, de quibus curam adhibere tenetur sicut Pastor bonus. In illo *sensus fidei* propriam plenitudinem attingit. Ita sane Concilium Vatica-

¹¹² *En. in Ps. 126, 3: PL 37, 1669.*

¹¹³ *CONC. OECUM. VAT. I L., Const. dogm. de Ecclesia Lumen gentium, 25.*

num II docet: «Illo enim sensu fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Populus Dei sub ductu sacri magisterii, cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cfr *1 Thess* 2, 13), semel traditae sanctis fidei (*Ids* 3) indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat».¹¹⁴ Est enim verbum quod, in sinu communitatis et coram ea, non est simpliciter verbum Episcopi tamquam privati viri, sed Verbum Pastoris qui in fide confirmat, circa mysterium Dei congregat et vitam generat.

Fideles indigent verbo sui Episcopi, indigent confirmatione suaeque fidei purificatione. Conventus synodalis, sua ex parte, in luce hanc necessitatem posuit, ostendens quosdam proprios aspectus, in quibus perquam singulariter illa percipitur. Quos inter aspectus, unus constituitur primo nuntio seu *kyrygmate*, quod semper requiritur ad oboedionem fidei suscitandam, sed adhuc urgentius fit hodierna in rerum condicione, in qua inter innumeros christifideles incuria saevit et ignorantia religiosa.¹¹⁵ Etiam ad rem catechetica quod attinet, patet Episcopum catechistam eminenti esse gradu. Vehemens actuositas sanctorum et insignium Episcoporum, quorum opera catechetica adhuc in praesens mirabiliter consuluntur, animum addit ut confirmetur, munus iugiter vicens Episcopi illud esse, ut supremum catechesis moderamen in se sumat. Hoc in officio adimplendo, non poterit non se referre ad *Catechismum Catholicae Ecclesiae*.

Validum igitur manet quod scripsimus in Adhortatione Apostolica *Catechesi tradendae*: «Vobis, dilectissimi Fratres, missio peculiaris in Ecclesiis vestris est credita; ubi vos estis ii qui primi officio catecheseos tradendae devinciuntur».¹¹⁶ Qua de re cuiuslibet Episcopi est in propria Ecclesia particulari primas partes actuosae et efficaci catechesi tribuere. Immo ipsemet exsequi debet suam huiusmodi sollicitudinem per immediatos actus, quibus ipse directe quoque intersit ad authenticum flagransque catechesis studium excitandum et servandum.¹¹⁷

Deinde conscius de proprio officio quatenus attinet ad transmissionem et institutionem fidei, quilibet Episcopus curabit ut aequam adhibeant sollicitudinem omnes qui, propter propriam vocationem et missionem, ad fidem transmittendam vocantur. Agitur enim de presbyteris et diaconis, de fidelibus vitae consecratae, de patribus et matribus familiae, de ministris pasto-

¹¹⁴ *Ibid.*, 12.

¹¹⁵ *Q&*, *Propositio* 15

¹¹⁶ *N. 63: AAS 71 (1979), 1329*

¹¹⁷ *CONGREGATIO PRO CLERICIS, Directorio Generale per la Catechesi (15 Augusti 1997), 233: Ench. Vat. 16, 1065.*

ralibus ac praesertim de catechistis, sicut etiam de magistris theologiae et scientiarum ecclesiasticarum, necnon de praeceptoribus catholicae religionis.¹¹⁸ Quibus de causis Episcopus eorum initiali et permanenti formationi consulere tenetur.

Hanc propter eius obligationem, maxime utilia haberi debent sive apertum colloquium sive adiutrix opera cum theologis, quos decet congruente ratione investigabiles divitias mysterii Christi penitus perspicere. Episcopi offerre ne cessent tam illis quam etiam institutis scholasticis et academicis, quibus illi inserviunt, confirmationem animi et subsidium, ut opus in utilitatem Populi Dei explicare possint, servantes fidelitatem erga Traditionem et attendentes praecipuis historiae momentis.¹¹⁹ Cum opportunum visum fuerit, Episcopi unitatem et integritatem fidei firmiter tueantur, cum auctoritate discernentes quid sit Verbo Dei conforme vel minus.¹²⁰

Patres synodales excitaverunt animos Episcoporum de eorum magisteriali officio ad rem moralem quod attinet. Normae ab Ecclesia propositae referunt mandata divina, quae compendium constituunt et consummationem in evangelico caritatis mandato. Finis ad quem tendunt singulae normae divinae optimum est hominis donum. Viget quoque hodie hortatio libri Deuteronomii: «Per totam viam, quam praecepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, et bene sit vobis» (5, 33). Minime insuper obliviscendum est mandata Decalogi radices penitus immittere in ipsam naturam humanam et ideo animi bona, quae ipsi tumentur, universali pollere pondere. Hoc quidem praesertim respicit humanam vitam inde ab exordiis tuendam usque ad expletum cursum suum per mortem communem, libertatem personarum et nationum, iustitiam sociale necnon structuras ad eam exsequendam.¹²¹

Episcopale ministerium pro inculturatione Evangelii

30. Evangelizatio civilis cultus et inculturatio Evangelii ad novam pertinent evangelizationem et ideo constituunt proprium episcopalis muneris officium. Synodus, excipiens huiusmodi quasdam superiores sententias Nos-

¹¹⁸ Cfr *Propositio 15*.

ns cfr *propositio 47*.

¹²⁰ cfr CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr. *Donum veritatis* (24 Maii 1990), 19: AAS 82 (1990), 1558; *Codex Iuris Canonici*, can. 386 § 2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 196 § 2.

¹²¹ cfr *Propositio 16*.

tras, refert; « Fides, quae in culturam non mutatur, nec plene recipitur, nec integre cogitatur, nec vitae fideliter aptatur».¹²²

Revera agitur de vetere at semper novo munere, quod originem ducit ex ipso Incarnationis mysterio, quodque rationem habet in intrinseca Evangelii facultate in quamcumque culturam radices immittendi, eam informandi et promovendi, et ita ipsam purgandi eamque aperiendi plenitudini veritatum et vitae, quae adimpletur in Christo Iesu. Huic argumento summum tributum est pondus in Synodis continentalibus, ex quibus perutiles emanarunt animadversiones. Hac in re Nosmet Ipsi saepe perstitimus.

Quapropter, quilibet Episcopus, perpendens hodierna bona culturalia quae sunt in circumscriptione suae particularis Ecclesiae, maximopere contendet ut Evangelium integre nuntietur, ita quidem ut instituat cor hominum moresque populorum. In hoc opere evangelizationis frui poterit valido theologorum auxilio, necnon adiumento peritorum ad dioecesis culturae, artium et historiae patrimonium in luce ponendum: hoc quidem respicit sive veterem sive novam evangelizationem et efficiens reddit pastorale subsidium.¹²³

Pariter ad Evangelium in «novis areopagis» nuntiandum et ad fidem transmittendam magni habentur instrumenta communicationis socialis, ad quae etiam conversa est mens Patrum synodaliū, qui Episcopus hortati sunt ad ampliorem cooperationem inter Conferentias episcopales, sive nationales sive internationales, quo actuositas hoc in gravi excellentique ambitu vitae socialis praestantior fiat.^{124*}

Etenim, cum agitur de Evangelio nuntiando, praeterquam de ipsius nuntii orthodoxia, magni quoque interest ut cura adhibeatur de quadam acri hortatione, quae ipsius auditionem et acceptationem excitet. Hoc, ut patet, obligationem implicat congruens tribuendi spatium, praesertim in seminariis, quo sacerdotium affectantes tali modo de usu instrumentorum communicationis socialis edoceantur, ut Evangelii praecones idonei ad proclamationem et apti ad communicationem efficiantur.

Verbo et exemplo praedicandum est

31. Ministerium Episcopi tamquam Evangelii nuntii et fidei custodis coram Populo Dei non plene proponitur, si desit mentio de obligatione per-

¹²² *Allocutio* ad participes conventus nationalis Italiae Motus ecclesialis de culturali cura (16 Ianuarii 1982), 2; *Insegnamenti* V/1 (1982), 131; *cfr* *Propositio* 64.

¹²³ *Qf, Proportio* 65

¹²⁴ *Qf, Propositio* 66

sonalis cohaerentiae: eius magisterium perducitur testimonio et exemplo authenticae vitae fidei. Si Episcopus, qui auctoritate nomine Iesu Christi exercita¹²⁵ docet verbum a communitate exauditum, ad vitam non aptaret ea quae docuit, ipsi communitati incongruens traderet nuntium.

Unde liquet omnes actiones Episcopi destinandas esse ad nuntiationem Evangelii, quod «virtus Dei est in salutem omni credenti» (*Rom* 1, 16). Eius praecipuum munus est Populum Dei adiuvere ad fidei oboeditionem Verbo Revelationis exhibendam (cfr *Rom* 1, 5) et ad Christi doctrinam omnino amplectendam. Dici potest missionem et vitam Episcopi ita componi ut de duabus diversis rebus cogitari nequeat: *Nos Episcopi idem sumus ac missio nostra*. Si eam neglegemus, nosmet ipsi amplius non erimus. Dum nostram fidem testamur, vita nostra adspectabile efficitur signum praesentiae Christi nostris in communitatibus.

Testimonium vitae pro quolibet Episcopo fit tamquam novus auctoritatis titulus, qui ad proprium titulum consecratione receptum accedit. Est enim gravitas quae accedit ad auctoritatem. Utraque necessaria est. Ex priore enim oritur exigentia obiectiva ut fideles authentico Episcopi magisterio adhaereant; ex altera vero expeditio quomodo fiduciam in nuntio poni possit. Iuvat Nos referre quod huiusmodi scripsit praeclarus Episcopus antiquae Ecclesiae, sanctus Hilarius Pictaviensis: «Beatus apostolus Paulus formam constituendi Episcopi fingens et plane novum Ecclesiae hominem praeceptis suis condens, hanc veluti summam consummatarum in eo virtutum esse docuit dicens: Obtinentem secundum doctrinam fidei verbum, ut potens sit exhortari ad doctrinam sanam et contradi centes re vincere... Quia non statim boni adque utilis sacerdotis est, aut tantummodo innocenter agere, aut tantummodo scienter praedicare, cum et innocens sibi tantum proficiat, nisi doctus sit, et doctus sine doctrinae sit auctoritate, nisi innocens sit».¹²⁶

Ipsa Paulus apostolus modum agendi confirmat dicens: «In omnibus teipsum praebens exemplum bonorum operum, in doctrina integritatem, gravitatem, in verbo sano irreprehensibilem, ut is, qui ex adverso est, ve-reatur, nihil habens malum dicere de nobis» (*Tit* 2, 7-8).

¹²⁵ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm de Divina Revelatione *Dei Verbum*, 10.

¹²⁶ *De Trinitate*, VIII, 1: PL 10, 236.

CAPUT IV

GRATIAE MINISTER SACERDOTII SUPREMI

Sanctificati in Christo Iesu atque ad sanctitatem vocati (cfr 1 Cor 1,2)

32. Tractaturi Nos unam ex primis praecipuisque Episcopi perfunctionibus, nempe de sanctificationis ministerio, ante oculos constituimus apostoli Pauli verba Corinthi fidelibus enuntiata, cum veluti eorum in prospectu mysterium exponeret ipsorum vocationis: « Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco » (1 Cor 1, 2). Christifidelis enim sanctificatio Baptismi impletur lavacro, Confirmationis atque Reconciliationis roboratur sacramentis, atque Eucharistia nutritur, quae thesaurus Ecclesiae pretiosissimus est, sacramentum quo Ecclesia uti Populus Dei, Christi corpus Spiritusque Sancti templum continenter aedificatur.¹²⁷

Huius quidem sanctificationis, quae per Ecclesiae vitam diffunditur, ad minister praesertim Sanctam per Liturgiam Episcopus ipse est. De Liturgia autem ac nominatim de eucharistica Celebratione hoc affirmatur: « Est culmen ad quod actio Ecclesiae tendit et simul fons unde omnis eius virtus emanat ».¹²⁸ Haec vero declaratio repetitur aliquo modo in ipso Episcopi liturgico ministerio, quippe quod eius operae tempus maximum praebet, quae ad Dei Populi spectat sanctificationem.

Hinc momentum elucet manifesto liturgicae vitae in Ecclesia qualibet particulari, suum ubi sanctificationis exercet Episcopus ministerium, verbum Dei proclamans ac praedicans necnon precationem *pro* populo suo ducens et *cum* suo populo, atque Sacramentorum praesidens celebrationi. Hac de causa, Episcopo tribuit Constitutio dogmatica *Lumen gentium* pulchrum sane titulum ex consecrationis nempe episcopalis ritu acceptum in liturgia Byzantina, qui est « *oekonomus gratiae supremi sacerdotii*, praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat, et qua continuo vivit et crescit Ecclesia ».¹²⁹

Alta intimaque viget consonantia inter sanctificationis ministerium et cetera duo, verbi ac regiminis. Ordinatur enim praedicatio ad vitae divinae participationem, quae duplici hauritur de mensa, scilicet Verbi atque Eucharistiae. Cotidiana in fidelium vita progreditur illa et ostenditur, quandoqui-

¹²⁷ Cfr IOANNES PAULUS II, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia* (17 Aprilis 2003), 22-24: AAS 95 (2003), 448-449.

¹²⁸ CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 10.

¹²⁹ N. 26.

dem vocantur omnes ut quod in fide perceperunt suis declarent moribus.¹³⁰ Praeterea regiminis ministerium, tamquam Iesu Boni Pastoris, muneribus significatur operibusque quae eo spectant ut in fidelium communitate plenitudo vitae in caritate emergat, ad Sanctissimae Trinitatis gloriam necnon testificationem amantis eius praesentiae in mundo.

Dum igitur *munus sanctificandi* exercet quisque Episcopus, id quidem exsequitur ad quod *muneris docendi* ministerium pertinet simulque gratiam percipit in *muneris regendi* ministerium ac suos affectus ad Christi Summi Sacerdotis exemplar accommodât unde omnia ad Ecclesiae aedificationem Sanctaeque Trinitatis gloriam dirigantur.

Fons et culmen vitae Ecclesiae particularis

33. Per Eucharistiae aliorumque sacramentorum celebrationem complet Episcopus sanctificationis ministerium, tum etiam per laudem divinam Liturgiae Horarum, moderationem ceterorum rituum sacrorum, postremo vitae liturgicae promotionem solidamque pietatem popularem. Inter omnes autem celebrationes, quibus praeest Episcopus, illae peculiare prae se ferunt momentum ex quibus ministerii episcopalis proprietates effulget, veluti sacerdotii plenitudinis. Agitur nominatim de collatione sacramenti Confirmationis et sacrarum Ordinationum, sollempni de celebratione Eucharistiae, ubi suo a presbyterio circumdatur Episcopus aliisque ministris, sicut in Missae Chris-matis evenit, de aedium sacrarum dedicatione et altarium, de virginum consecratione atque aliis ritibus, qui in particularis Ecclesiae vita magni sunt momenti. Hic enim aspectabili modo sese praebet Episcopus uti patrem pastoremque fidelium ac sui populi «sacerdotem magnum» (cfr *Heb* 10, 21), orationi deditum et precationis magistrum, qui suis intercedit pro fratribus atque eodem cum populo supplicat gratiasque Domino refert, dum Dei primatum extollit et eius gloriam.

Diversis in his eventibus gratia divina profluit veluti e scaturigine, quae totam filiorum Dei penetrat vitam eorum per terrestre iter, dirigens eam proprium ad culmen ac plenitudinem in patria beata. Idcirco sanctificationis ministerium praecipuum est spei christianae tempus. Non tantum verbi praedicatione nuntiat Episcopus Dei promissiones ac venturi temporis semitas describit, verum Dei populum in terrena peregrinatione confirmat ac per sacramentorum celebrationem, gloriae venturae pignus, facit ut ultimam iam praegustet suam condicionem, una cum Virgine Maria et sanctis, firmis-

¹³⁰ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 10.

sime **confisus** victoria Christi novissima de peccato ac morte eiusque in gloriam adventu.

Templi cathedralis praestantia

34. Quamvis totam per dioecesim expleat Episcopus suum sanctificationis ministerium, medium tamen habet suum punctum in cathedrali aede, quae veluti ecclesia mater est conveniendi quae sedes particularis Ecclesiae.

Locus enim cathedrale templum est, ubi Episcopus suam cathedram habet, unde educat et crescere sinit populum suum per praedicationem, et ubi principalibus anni liturgici ac sacramentorum praesidet celebrationibus. Tunc omnino, cum sua sedet in cathedra, coram fidelium coetu se illum demonstrat Episcopus qui *in loco Dei Patris* praeest; et hac de causa, quem ad modum iam superius meminimus, secundum antiquissimam tum Orientis tum Occidentis traditionem soli Episcopo in cathedra episcopali adsidere licet. Huius namque Cathedrae praesentia prorsus efficit de aede cathedrali centrum locale ac spiritale unitatis communionisque pro presbyterio dioecesano universoque sancto Dei populo.

Hac de re non obliviscendum est quod Concilium Vaticanum II tradit: «Omnes vitam liturgicam dioeceseos circa Episcopum, *praesertim in ecclesia cathedrali*, maximi faciant oportet: sibi persuasum habentes praecipuam manifestationem Ecclesiae haberi in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei in iisdem celebrationibus liturgicis, praesertim in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus». ¹³¹ Quapropter cathedrali in templo primum vitae Ecclesiae attingitur tempus, actusque maxime excelsus et sacerrimus *muneris sanctificandi* Episcopi completur, qui secum, haud secus ac liturgia ipsa cui praeest, hominum sanctificationem importat necnon cultum ac Dei gloriam.

Adiuncta peculiaria hoc ad illuminandum Ecclesiae mysterium singulares sunt quaedam celebrationes. Inter eas commemoramus annuam liturgiam Missae Chrismatis, quae haberi debet una ex praecipuis significationibus plenitudinis sacerdotii Episcopi itemque signum artae coniunctionis presbyterorum cum illo. ¹³² Huius celebrationis tempore una cum Oleo infirmorum et Oleo catechumenorum expiatur Chrisma sacrum, sacramentale salutis signum vitaeque perfectae pro omnibus ex aqua et Spiritu Sancto renatis. Sollemniores etiam inter liturgias sine dubitatione numeretur collatio Ordi-

¹³¹ *Ibid*, 41

¹³² *Qf*, PONTIFCALE ROMANUM, *Benedictio oleorum*, Praefationes, 1.

num sacrorum oportet: qui quidem ritus cuncti proprium obtinent communemque locum in cathedrali templo.¹³³ Huc sunt aliae commemo rationes addendae, verbi causa anniversarius dies dedicati cathedralis templi necnon festivitates sanctorum dioecesis Patronorum.

Hae aliaeque opportunitates, secundum liturgicum cuiusque dioecesis calendarium, sunt magni ponderis occasiones ad vincula communionis corroboranda cum presbyteris ac personis consecratis tum etiam fidelibus laicis, et ad excitandum missionale studium omnes inter Ecclesiae particularis sodales. Hinc momentum aedis cathedralis clara in luce reponit *Caeremoniale Episcoporum* tum etiam ipsarum celebrationum quae in ea peraguntur ad bonum et exemplum totius Ecclesiae particularis.¹³⁴

Episcopus moderator liturgiae sicut artis educandae fidei

35. Hodiernis vero in adiunctis voluerunt synodales Patres animos iterum dirigere in ministerii sanctificationis excellentiam quod in liturgia agitur, quam tamen ita peragi necesse est, ut suam exserat docendi educandique efficaciam.¹³⁵ Hoc autem postulat ut revera liturgicae celebrationes *epiphania mysterii* sint. Ideo luculenter cultus divini naturam proferre debebunt simulque verum sensum testari Ecclesiae ipsius precantis ac mysteria divina celebrantis. Si ab omnibus congruenter celebrationes participabuntur propria secundum ministeria, non poterunt non dignitate splendere ac pulchritudine.

Exercentes Nosmet Ipsi proprium ministerium liturgicis celebritatibus primatum assignare volumus, simul Romae simul apostolica per Nostra variis in continentibus ac nationibus itinera. Dum perficiebamus ut liturgiae christianae pulchritudo ac dignitas omnibus propriis significationibus effulgeret, provehere videlicet cogitabamus verum sanctificationis Dei nominis sensum ut religiosa fidelium affectio instrueretur atque ad transcendentiam aperiretur, unde venustas ac dignitas christianae liturgiae omnibus suis modis effulgeret.

Universos igitur Nostros Fratres Episcopos, tamquam fidei magistros ac supremi Christi sacerdotii participes, cohortamur ut omnibus viribus suis liturgiam revera promovere nitantur. Flagitat nempe illa ut ipsa celebrandi ratione veritas revelata perspicue enuntietur, divina fideliter transmittatur vita, sine ambiguitate genuina declaretur Ecclesiae natura. Sibi hinc omnes

¹³³ Qf. **PONTIFICALE ROMANUM**, *Ritus Ordinationis Episcopi, Presbyterorum et Diaconorum*, Praefationes, 21, 108, 182.

¹³⁴ Cfr. nn. 42-54,

¹³⁵ Qf. *Propositio* 17,

conscii momenti sint commemorationum sacrarum fidei catholicae mysteriorum. Fidei enim vitaeque christianae veritas non verbo solo traditur, sed sacramentalibus etiam signis atque liturgicis ritibus simul sumptis. Notissimum exstat hac in causa principium antiquum, quo *lex credendi* et *lex orandi* arctissime copulantur.¹³⁶

Erit itaque omnis Episcopus in ipsa praesidendi arte exemplum ut se sciat *tractare mysteria*. Profundam quoque theologalem habeat vitam, quae rectam ei actionem quolibet cum sancta Dei Plebe in congressu suadeat. Transmittere noverit supernaturalem vocabulorum precationum rituum significationem, unde singuli in sanctorum mysteriorum participationem includantur. Insuper per solidam aptamque confirmationem pastoralis liturgicae actionis in dioecesi efficere pariter Episcopus debet ut veracem intellectum experimentum que liturgiae ministri et ipse populus assequantur, quo valeant fideles ad plenam et consciam, actuosam et frugiferam sanctorum mysteriorum participationem pertingere, prout Concilium Vaticanum II exoptat.¹³⁷

Hac profecto ratione fient celebritates liturgicae, potissimum vero quibus in sua cathedrali aede praest Episcopus, perlucidae fidei Ecclesiae pronuntiationes, tempora accommodatissima, quibus Christi mysterium fidelibus explicat Pastor quos deinceps adiuvabit ut inde laetificam percipiant experientiam operibus postea caritatis testificandam (cfr *Gal* 5, 6).

Pondere ipso perspecto integrae fidei traditionis sancta in Ecclesiae liturgia, vigilare aequabiliter Episcopus curabit diligenter ut ad fidelium commodum semper et ubique et ab omnibus liturgicae conserventur vigentes normae. Poscit hoc etiam firmam ac tempestivam maiorum emendationem atque amotionem arbitrariorum in re liturgica iudiciorum. Quantum dein ab illo pendet vel eo agente cum Conferentiis episcopalibus et Commissionibus liturgicis permanentibus, operam idem dabit ut actionum liturgicarum decus ipsum verumque radiophonicis ac televisificis in diffusionibus custodiatur.

Praecipuus diei Dominici locus in anno liturgico

36. A Domino in suo praesenti mysterio veluti pervadi oportet Episcopi vitam ac ministerium. Ut in tota dioecesi primatus spiritalis catechisticus pastoralisque liturgiae promoveatur, maximam partem ab Episcopi exemplo pendet.

¹³⁶ *Legem credendi lex statuat supplicandi: S. COELESTINUS, Ad Galliarum Episcopos: PL* 45, 1759,

¹³⁷ *Qf. c. ... t de sacra Liturgia Sacrosanctum Concilium, 11. 14.*

Tamquam in centro huius mysterii sistit paschalis mysterii Christi celebratio Die Dominico. Prout crebrius iteravimus, etiam nuperius, ut indicium vehemens reddatur nostris temporibus propriae indolis christianorum, decet iterum principatum tribuere celebrationi Dominici Diei atque in ipso die Eucharistiae celebrationi. Dominicus Dies exstat qui habendus est «veluti praecipuus fidei dies, dies resuscitati Domini ac Spiritus Sancti doni, verum hebdomadae totius Pascha».¹³⁸

Praesens ipse Episcopus, qui Die Ecclesiae, videlicet Dominico, suo in templo cathedrali Eucharistiae praesidet sive in dioecesis paroeciis, signum praefulgere in exemplum fidelitatis erga mysterium Passionis, Mortis et Resurrectionis atque sperandi causa Populo Dei propria in peregrinatione a Dominico Die ad Dominicum Diem, ad octavum usque diem sine occasu Paschatis aeterni.¹³⁹

Integrum Christi arcanum vivendo repetit Ecclesia liturgicum per annum: ab Incarnatione ac Nativitate Domini ad Ascensionem, Pentecostes diem usque ad expectationem in spe reditus gloriosi Domini.¹⁴⁰ Curam, ut patet, singularem servabit Episcopus praeparando atque commemorando Triduo Paschali, quod est anni liturgici tamquam cor, una cum sollemni pervigilio Paschatis eiusque per quinquaginta Paschales dies prosecutione.

Adhiberi convenienter potest liturgicus annus suis cum statis eventibus ad operam pastorem dioecesis vitae ordinandam circa Christi mysterium, dum in gloriam ipsius expectatur reditus. Hoc in fidei itinere Ecclesia sustinetur Virginis Mariae recordatione, quae «in caelis corpore et anima iam glorificata [...] tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet».¹⁴¹ Eadem haec expectatio memoria alitur martyrum aliorumque sanctorum «qui per multiforem Dei gratiam ad perfectionem provecti, atque aeternam iam adepti salutem, Deo in caelis laudem perfectam decantant ac pro nobis intercedunt».¹⁴²

Eucharisticae celebrationis minister Episcopus

37. Intra medium ipsum *munus sanctificandi* Episcopi reperitur Eucharistia, quam ipse offert aut curat ut offeratur, et ubi potissimum eius ostenditur officium «oeconomi» seu administri gratiae supremi sacerdotii.¹⁴³

¹³⁸ IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 35: AAS 93 (2001), 291 cf. *p.p.iti*, 17

¹⁴⁰ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 102.

¹⁴¹ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogmatica de Ecclesia *Lumen gentium*, 68,

¹⁴² CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 104.

¹⁴³ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogmatica de Ecclesia *Lumen gentium*, 26.

Ante omnia Episcopus eucharistico coetui praesidendo, confert ad Ecclesiae aedificationem, ad mysterium communionis et missionis. Essentiale enim principium vitae est non singulorum modo christifidelium, verum ipsius in Christo communitatis. Praedicatione namque Evangelii congregati fideles communitatem constituunt, in qua reapse Ecclesia adest Christi, id quod evidentissime in ipsa Sacrificii eucharistici celebratione commonstratur.¹⁴⁴ Notissima quidem Concilii doctrina est: «In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio, exhibetur symbolum illius caritatis et unitatis Corporis mystici, sine qua non potest esse salus. In his communitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia. Etenim, non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi quam ut in id quod sumimus transeamus».¹⁴⁵

Praeterea, de celebratione eucharistica quae «ut fons et culmen totius evangelizationis apparet»,¹⁴⁶ totum item manat missionale Ecclesiae officium, quod illuc tendit ut aliis mysterium in fide expertum testimonio vitae patefaciat.

Universa autem inter haec pastoralis ministerii Episcopi munia, cogit magis et premit Eucharistiae celebrandae officium. Eius praeterea est, sicut principalium munerum unum, videre ut fidelibus praebeatur ad Domini mensam accedendi facultas, Dominico maxime die, qui — uti modo commemoravimus — dies ille est quo filiorum Dei communitas ac familia, Ecclesia, propriam suam naturam detegit christianam circum sacerdotes suos.¹⁴⁷

Quibusdam nihilominus in regionibus, sive propter sacerdotum paucitatem seu alias ob graves perpetuasque causas, provideri non potest eucharisticae celebrationi opportuna crebritate. Obligationem hoc Episcopi auget, instar patris familias ac ministri gratiae, ut veras diligenter comprehendat necessitates atque condicionum gravitatem. Erit opus ut ad sapientem procedatur partitionem membrorum presbyterii ne similibus in extremis casibus diutius eucharistica celebratione careant communitates.

Si vero omnino Missa Sancta deficit, faciet Episcopus ut eadem communitas, semper praestolans plenitudinem congressionis cum Christo in pascha-

¹⁴⁴ Cfr IOANNES PAULUS 11, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia* (17 Aprilis 2003), 21: AAS 95 (2003), 447-448

¹⁴⁵ Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 26

¹⁴⁶ CONC. OECUM. VAT. 11, Decr. de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, 5.

¹⁴⁷ Cfr CONC. OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 28; IOANNES PAULUS 11, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia* (17 Aprilis 2003), 41-42: AAS 95 (2003), 460-461.

lis Mysterii commemoratione, saltem diebus dominicis ac festivis peculiarem aliquam celebrationem exspectare possint. Tum fideles, praesidentibus idoneis administris, dono frui valebunt verbi proclamati atque Eucharistiae communione, per aptatas ac praeparatas dominicalium coetuum celebrationes absente presbytero.¹⁴⁸

Initiationis christianae auctor Episcopus

38. Hodiernis in Ecclesiae ac mundi condicionibus, simul in Ecclesiis iunioribus simul in civitatibus ubi christianum nomen iam plura saecula insertum est, providentialis videtur restitutio, in adultis potissimum hominibus, magnae traditionis disciplinae christianae initiationis. Fuit hoc providum Concilii Vaticani II consilium,¹⁴⁹ quod hoc pacto tramitem afferre voluit congressionis cum Christo et Ecclesia tot viris ac mulieribus, gratia Spiritus factis quidem cupidisque sese coniungendi cum salutis in Christo mysterio, qui pro nobis obiit ac resurrexit.

Hoc per initiationis christianae iter catechumeni paulatim in Christi mysterii atque Ecclesiae cognitionem inducuntur, similiter atque in origine, progressionem et augmento naturalis vitae. Baptismate enim renati fideles participesque effecti regalis sacerdotii roborantur Confirmatione, cuius primarius est Episcopus dispensator, sicque unicam recipiunt Spiritus donorum prolusionem. Communicantes deinde Eucharistiam cibo aeternae nutriuntur vitae ac plene in Ecclesiam Christi Corpus Mysticum inseruntur. Ita fiet ut christifideles « hisce initiationis christianae sacramentis thesauros vitae divinae magis magisque percipiant atque ad perfectionem caritatis progrediantur ».¹⁵⁰

Ratione propterea horum nostrorum temporum habita Episcopi exequentur *Ritus christianae initiationis adultorum* praescripta. Operamque dabunt ut singulis in dioecesibus structurae adsint necnon operarii pastorales necessarii ad normas eas implendas dignissimo quidem atque efficacissimo modo, tum etiam regulas disciplinae liturgicae catechisticae pastoralis christianae initiationis nostrorum temporum accommodatae ad postulata.

Suapte videlicet natura progredientis illius intromissionis in Christi Ecclesiaeque mysterium, mysterium scilicet quod in quaque vivit et agit parti-

¹⁴⁸ Cfr CONGREGATIO PRO CLERICIS (et aliae), Instr interdicalis de quibusdam quaestionibus circa cooperationem christifidelium laicorum in ministerio presbyterorum *Ecclesiae de mysterio* (15 Augusti 1997), Practicae dispositiones, art. 7: AAS 89 (1997), 869-870.

¹⁴⁹ Cfr Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, 64.

¹⁵⁰ PAULUS VI, Const. Ap. *Divinae consortium naturae* (15 Augusti 1971): AAS 63 (1971), 657.

culari Ecclesia, iter christianae initiationis praesentiam deponit ac ministerium Episcopi dioecesanum, praesertim in summa illius viae et perfecta parte — nempe in sacramentis Baptismi Confirmationis Eucharistiae conferendis, id quod plerumque Paschali in vigilia contingit.

Officium similiter est Episcopi gubernare ex Ecclesiae lege omnia ea quae ad parvulorum et iuvenum christianam attinent initiationem, dum res eorum de congrua catechetica institutione disponit atque eorum paulatim ingressu in communitatis vitam. Vigilare haud minus debet ut quidam forsitan catechumenatus cursus vel renovationis et incitationis in christianae initiationis semitis vel consortionis, iis cum fidelibus qui a communi vita fidei communitariaque recesserunt, secundum normas Ecclesiae perficiantur plane scilicet cum communitatum vita paroecialium dioecesis consentientes.

Quod denique ad sacramentum spectat Confirmationis, videbit Episcopus, qui primus est eius minister, ut plerumque ipsemet illud conferat. Praesens enim ipse paroecialem apud communitatem, quae propter Baptismatis fontem ac Mensam Eucharisticam locus naturalis et ordinarius itineris initiationis christianae exstat, evocat vehementer Pentecostes mysterium ac maximam addit utilitatem ad vincula ecclesialis communionis inter pastorem ac fideles firmanda.

Episcopi officia de disciplina paenitentiali

39. Interloquentes synodales Patres considerationem peculiarem disciplinae paenitentiali dicaverunt, cuius pondus efferebant eandemque simul peculiarem inculcabant curam quam Episcopi, ut Apostolorum successores, operae pastoralis disciplinaeque sacramento reconciliationis devoveant oportet. Gaudentes quidem audivimus Nos ab iis denuo id affirmari quod Nobis est penitus persuasum, maximam curationem pastorem huic Ecclesiae sacramento reservari debere, origini videlicet reconciliationis et pacis et laetitiae nobis universis, quibus misericordia Domini est opus atque peccati vulnere sanatione.

Ad Episcopum, primam nempe auctoritatem super paenitentiali disciplina propria in particulari Ecclesia, in primis munus *kerygmaticum* pertinet ad conversionem atque paenitentiam invitandi. Evangelica cum libertate eius officium est demonstrare tristem, immo exitiosam peccati praesentiam hominum in vita necnon communitatum annalibus. Nuntiare eodem tamen tempore eum mysterium oportet imperscrutabile misericordiae, quam in Cruce ac Resurrectione sui Filii Iesu Christi Deus est elargitus atque in Spiritus effusione

ad peccata condonanda. Evangelii quasi cor et centrum hic nuntius constituit qui incitamentum pariter ad reconciliationem est ad spemque vocatio. Prima enim Apostolorum nuntiatio Pentecostes die est, in qua ipsa manifestatur significatio gratiae ac salutis, quae per sacramenta participantur.

Accommodis sane modis minister Episcopus conspicuum exemplar erit reconciliationis sacramenti ipseque saepe fideliterque ad idem sacramentum decurret. Nec suos cessabit sacerdotes commonere ut reconciliationis ministerium, sacerdotali Ordinatione receptum, magni existiment, adhortans nempe eos ut eodem fungantur libenter ministerio affectu que supernaturali, dum Patrem imitantur qui ad paternam domum remigrantes suscipit necnon Christum ipsum Bonum Pastorem qui humeris suis ovem reportât errantem.¹⁵¹

Complectitur Episcopi obligatio officium quoque invigilandi, ne absolutionis generalis usus regulas iuris excedat. Quo de argumento iam in Litteris Apostolicis motu proprio datis *Misericordia Dei* docuimus Episcoporum esse disciplinam vigentem repetere, ex qua personalis confessio integraque et absolutio unicum modum ordinarium perstare, quo christifidelis peccati gravis conscius cum Deo atque cum Ecclesia conciliatur. Impedimentum dumtaxat physicum aut morale a tali liberat ordinaria via, quo in casu poterit aliis modis obtineri reconciliatio. Commonefacere non omittet Episcopus omnes, quibus animarum cura est ex munere commendata, etiam officii illius, quo fidelibus opportunitas praebetur ad singularem confessionem peccatorum accedendi.¹⁵² Accuratissime pariter comprobabit num fidelibus facillimae dentur occasiones ut confiteri possint peccata.

Ad Traditionis Ecclesiaeque Magisterii lucem arta coniunctione aestimata inter Reconciliationem atque Eucharistiae participationem, magis hodie necessarium videtur fidelium conformare conscientias, ut eucharisticum convivium digne ac fructuose appropinquantes in gratiae statu communicent.¹⁵³

Memnisse insuper iuvat Episcopi esse consentanea ratione atque prudenti ministrorum idoneorum electione regere totam disciplinam, quae exorcismorum exercitationem moderetur necnon precationum celebrationes ad impetrandas sanationes, recentibus Sanctae Sedis observatis documentis.¹⁵⁴

iii *Qf. Propositio 18*

¹⁵² Cfr Litt. Ap. motu proprio *antue Misericordia Dei* (7 Aprilis 2002), 1: AAS 94 (2002), 453-454.

¹⁵³ Cfr *Propositio 18*.

¹⁵⁴ Cfr RITUALE ROMANUM, *Ritus exorcismorum* (22 Novembris 1998), Città del Vaticano 1999; CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instr. de orationibus ad sanationem a Deo exposcendam (14 Septembris 2000): *L'Osservatore Romano*, 24 Novembris 2000, p. 6.

Pietas popularis reverenda

40. Momentum iteraverunt synodales Patres quod in transmittenda atque enucleanda fide pietas obtinet popularis. Ipsa enim, quem ad modum etiam Decessor Noster venerandae memoriae Paulus VI praedicavit, abundat bonis tam coram Deo quam coram fratribus,¹⁵⁵ ita sane ut thesaurum spiritualis vitae in communitatum christiani nominis vita verum ac proprium efficiat.

Nostris quoque diebus, cum universalis percipitur spiritualis vitae sitis, quae homines adducit multos ut religiosi sectis adhaereant atque aliis adumbrati alicuius spiritualismi formis, monentur Episcopi ut inveniant provehantque utilitates ac verae pietatis popularis formas.

Valent semper ea quae in Adhortatione Apostolica *Evangelii nuntiandi* sunt edicta: «Pastoralis caritatis est illis omnibus, quos Dominus Ecclesiae communitatibus praeposuit, rectas agendi normas suadere ad tantam rem accurandam quae tam fructibus uber quam periculis obnoxia est. Ante omnia molliores quis sensu oportet moveatur menteque exercitata in interioribus eius elementis eiusque haud infitiandis bonis detegendis, promptoque animo ad eam sustinendam, ut suorum discrimina errorum propulsare valeat. Cum bene dirigitur, popularis eiusmodi religiositas magis magisque conferre potest, ut nostrae vulgi multitudines Deo in Christo Iesu revera occurrant».¹⁵⁶

Hunc propterea religiosum sensum recte dirigere decet eiusque pro re nata significationes perpurigare secundum fidei vitaeque christianae principia. Duce immo pietate populari perducantur fideles oportet ad singularem cum Christo conventum, ad consortium cum Beata Virgine Maria et Sanctis, praesertim per verbi Dei auditionem, recursum ad precessionem, vitae sacramentalis participationem, caritatis atque operum misericordiae testimonium.¹⁵⁷

Ut autem amplior habeatur deliberatio his de rebus, et ut utilissima copia praesto sit admonitionum theologicae, pastoralis et spiritualis indolis, placet Nobis ad documenta referre a Sede Apostolica hac in materie prolata, ubi rursus docetur omnes pietatis popularis formas Episcopi subiacere auctoritati propria in ditione. Ad eum pertinet illas gubernare atque etiam promovere secundum adiumentum quod dare fidelibus pro christiana vita possunt, purgare ubi opus sit, easdemque Evangelii spiritu imbueri.¹⁵⁸

¹⁵⁵ Cfr Adhort. Ap. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 48: AAS 68 (1976), 37-38..

¹⁵⁶ *Ibid.*

is; ç£, *Proportio* 19

isa Q£, CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM, *Direttorio su pietà popolare e liturgia* (17 Decembris 2001), 21: Città del Vaticano, 2002, 28-29.

Ad sanctitatem incitamentum fidelibus cunctis

41. Populi Dei sanctimonia, ad quam Episcopi destinatur sanctificationis ministerium, gratiae divinae munus est atque indicium Dei principatus in Ecclesiae vita. Suo itaque in ministerio sine intermissione provehere ipse debet veram ac propriam actuositatem pastorem ac paedagogicam sanctitatis; enitetur totam propositionem in actum deducere capituli quinti Constitutionis *Lumen gentium* de universali vocatione ad sanctitatem.

Eandem hanc rerum ordinationem universae Ecclesiae ineunte tertio millennio proponere voluimus, tamquam primariam pastorem curam atque effectum simul magni Iubilaei Incarnationis.¹⁵⁹ Hodie namque etiam sanctitas est temporum signum, veritatis christianismi documentum quae auctoribus ipsius effulget in melioribus, tum iis qui magno quidem numero ad altarium sunt elevati honores tum in iis multo pluribus qui clam annales hominum fecundaverunt atque etiamnum fecundant humili laetaque cotidianae vitae sanctimonia. Nostris etiam diebus testificationes minime desiderantur praestantes sanctitatis formarum, tam singulorum quam communitatum, quae omnibus, atque novis aequabiliter aetatibus, spei sunt indicia.

Testificatio ideo sanctitatis ut conspiciatur, Fratres Nostros Episcopos exhortamur ut colligere studeant atque illustrare documenta sanctitatis virtutumque heroicarum, hodie quoque quae ostenduntur, potissimum cum laicos fideles eorum dioecesium tangunt, in primis coniuges christianos. Ubicumque vero visum erit, illos hortamur ut congruos processus canonizationis provehant.¹⁶⁰ Cunctis namque hoc esse poterit signum spei atque, pro Populi Dei itinere compiendo, quaedam impulsus causa ad illam testificationem, quam coram universo orbe proferre debet de perpetua gratiae praesentia in eventum humanorum complexu.

Cfr Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 29-41: AAS 93 (2001), 285-295
Cfr *Propositio* 48.

CAPUT V

PASTORALIS MODERATIO EPISCOPI

«*Exemplum... dedi vobis*» (Io 13, 15)

42. Concilium Oecumenicum Vaticanum II de munere tractans gubernandi familiam Dei deque sumenda continuata cotidianaque cura gregis Domini Iesu explanat: Episcopi in exercendo suo munere patrum ac pastorum in medio suorum fidelium oportet agant sicut « qui ministrant », semper ante oculos tenentes Pastoris Boni exemplum, qui non venit ministrari sed ministrare et dare vitam suam pro ovibus (cfr Mt 20, 28; Me 10, 45; Lc 22, 26-27; Io 10, 11).¹⁶¹

Haec Iesu imago, summum Episcopi exemplum, in ritu lavandi pedes suam invenit eloquentem expressionem, in Evangelio secundum Ioannem enarrato: « Ante diem autem festum Paschae, sciens Iesus quia venit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et in cena [...] surgit [...] et ponit vestimenta sua et, cum accepisset linteam, praecinxit se. Deinde mittit aquam in pelvem et coepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo, quo erat praecinctus [...]. Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua, cum recubisset iterum, dixit eis [...] Exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, et vos faciatis » (13, 1-15).

Contemplemur igitur Iesum hunc gestum adimplentem, qui nobis clavem offerre videtur ad comprehendendum ipsius «esse» eiusque missionis, eius vitae eiusque mortis. Contemplemur etiam Iesu amorem, qui in actionem, in gestus definitos convertitur. Contemplemur Iesum qui usque ad summum formam servi radicatus sumit (cfr *Philp* 2, 7). Ipse, Magister et Dominus, qui a Patre omnia in suas manus accepit, usque in finem nos dilexit, usque ad se ipsum in hominum manus omnino tradendum, ab illis accipiens omnia quae postea illi facturi erant cum Illo. Hic Iesu ritus est gestus amoris in adiunctis institutionis Eucharistiae adimpletus atque in claro conspectu passionis et mortis. Est gestus revelator sensus Incarnationis, sed, magis etiam, ipsius essentiae Dei. Deus est amor et hanc ob rem formam sumpsit servi: Deus in famulatu hominis se posuit ut hominem ad plenam afferat cum Ipso communionem.

¹⁶¹ Cfr Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 27; Decr., de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 16

Si hic est, igitur, Magister et Dominus, sensus ministerii atque ipsius «esse» illius qui est vocatus, velut Duodecim, ad ingrediendam in maximam cum Deo necessitudinem, non potest constare nisi in tota atque absoluta erga alios promptitudine, tum erga eos qui ex hoc sunt ovili, tum erga illos qui nondum ad illud pertinent (cfr *Io* 10, 16).

Auctoritas muneris pastoralis Episcopi

43. Episcopus nomine Christi missus est veluti pastor ad quandam Populi Dei portionem curandam. Ille efficere debet ut per Evangelium et Eucharistiam ea sicut vera communitas crescat in Spiritu Sancto.¹⁶² Quam ob rem Episcopus vices gerit Ecclesiae sibi concreditaee eamque gubernat necessaria praeditus potestate ad munus pastorale exercendum in sacramento acceptum, velut participatione istius Christi consecrationis atque missionis.¹⁶³ Huius vi Episcopi «Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt, consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memores quod qui maior est fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator (cfr *Lc* 22, 26-27)».¹⁶⁴

Haec Concilii verba mirabile exstant summarium catholicae doctrinae circa pastorem Episcopi moderationem atque in ritu Ordinationis episcopalis adhibentur: «Episcopatus enim nomen est operis, non honoris, et Episcopum magis prodesse quam praeesse oportet»,¹⁶⁵ secundum Magistri mandatum. Hic adest fundamentale principium ob quod in Ecclesia, secundum sancti Pauli effatum, auctoritas est in Populi Dei aedificationem et non in eius destructionem (cfr *2 Cor* 10, 8). Aedificatio gregis Christi in veritate et in sanctitate ab Episcopo poscit, sicut saepius in aula synodali dictum est, aliquas proprietates, inter quas vitae exemplum, facultatem ad germanam veramque cum aliis necessitudinem, ingenium ad excitandam et augendam operam consociatam, animi bonitatem et patientiam, comprehensionem et compassionem pro miseris animi corporisque, indulgentiam et veniam. Agi-

¹⁶² Qf. Q_{o.n.c.} OECUM. VAT. 11, Decr. de pastoralis Episcoporum munere in *Ecclesia Christus Dominus*, 11; *Codex Iuris Canonici*, can. 369; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 177 § 1.

¹⁶³ Qf. CONC. OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 27; Decr. de pastoralis Episcoporum munere in *Ecclesia Christus Dominus*, 8; *Codex Iuris Canonici*, can. 381 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 178.

¹⁶⁴ CONC. OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 27.

¹⁶⁵ PONTIFICALE ROMANUM, *Ritus Ordinationis Episcopi*: propositum homiliae.

tur revera de significando, quam aptissime, summo exemplo quod est Iesus pastor bonus.

Episcopi vera potestas luce Pastoris Boni illuminatur atque eius exemplo formatur. Nomine Christi exercita, ista est «propria, ordinaria et immediata, licet a suprema Ecclesiae auctoritate exercitium eiusdem ultimatim regatur et certis limitibus, intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidelium, circumscribi possit. Vi huius potestatis Episcopi sacrum ius et coram Domino officium habent suis subditis leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia, quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi».¹⁶⁶ Episcopus igitur, vi officii quod accepit, potestate fruitur iuridica obiectiva, designata ad se exprimentam in actibus potestatis per quos exercet munus pastorale in Sacramento acceptum.

Episcopi tamen gubernatio pastoralis ratione erit efficax — quod dicendum est etiam hoc in casu — si morali innititur auctoritate ex eius vitae sanctitate deprompta. Ista erit ad disponendos animos ut Evangelium accipiant ab illo in Ecclesia nuntiatum, veluti etiam normas ab illo pro Populi Dei dono statutas. Hanc ob rem monebat sanctus Ambrosius: «Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atque usu et moribus inconditae multitudinis. Sobriam a turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat sacerdotalis».¹⁶⁷

Exercitatio auctoritatis in Ecclesia intellegi non potest veluti quiddam impersonale et officiale, quia agitur de auctoritate quadam, quae etiam ex testimonio nascitur. In omnibus Episcopi dictis et factis auctoritas verbi et actionis Christi est revelanda. Si deesset auctoritas sanctitatis vitae Episcopi, eius testificatio scilicet fidei, spei caritatisque, eius gubernatio, ut manifestatio operantis praesentiae Christi in eius Ecclesia, magis difficulter a Populo Dei accipi posset.

Ministri per Domini voluntatem apostolicae notae Ecclesiae ac potentia induti Spiritus principalis, qui regit et ducit, Episcopi Apostolorum sunt successores non solum in auctoritate atque in sacra potestate, sed etiam in forma vitae apostolicae, in difficultatibus apostolicis per Evangelii nuntiationem divulgationemque, in cura tenera et misericordiosa fidelium sibi concreditorum, in defendendis tenuibus, in constanti cura Populi Dei.

In synodali aula memoratum est, exercitium auctoritatis in Ecclesia, post Concilium Oecumenicum Vaticanum II, saepe difficile esse videri. Eiusmodi

¹⁶⁶ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 27; cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 381 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 178.

¹⁶⁷ *Ad Irenaeum, Epistulae*, lib. I, ep. VI: *Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis Opera*, Milano-Roma 1988, 19, p. 66.

condicio, etiamsi nonnullae graviores difficultates videntur superatae, adhuc manet. Ponitur igitur quaestio, quomodo necessarium ministerium auctoritatis melius intellegatur, recipiatur et adimpleatur. Ad hoc quod pertinet, prima responsio ex ipsa natura ecclesialis auctoritatis oritur: haec est — et qua talis quam clarissime demonstrari debet — participatio missionis Christi, in humilitate, deditione et ministerio vivenda et exercenda.

Aestimatio auctoritatis Episcopi non in exterioribus rebus significatur, sed in pervestigatione sensus theologici, spiritualis et moralis eius ministerii, apostolicitatis innixi charismate. Quod dictum est in aula synodali circa imaginem lotionis pedum, atque nexum qui, in contextu rerum, inter figuram servi institutus est et figuram pastoris, episcopatum demonstrat vere honorem esse cum ministerium exercet. Unusquisque igitur Episcopus sibi ipsi debet verbum Domini referre: «Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis, et principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior inter vos, erit vester minister, et quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus; nam et Filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis» (*Me* 10, 42-45). Memor horum Domini verborum, Episcopus gubernat cum corde servi humilis et pastoris amantis, qui suum ducit gregem, gloriam Dei et animarum salutem quaerens (cfr *Lc* 22, 26-27). Hoc modo exercita, forma gubernationis Episcopi ubique terrarum unica est.

Memoratus iam est locus Constitutionis *Lumen gentium*, in quo dicitur: «Episcopi Ecclesias particulares sibi concreditas veluti vicarii et Christi legati regunt consiliis, suasionibus, exemplis».¹⁶⁸ Quae verba non opponuntur iis quae sequuntur, cum Concilium addit quod Episcopi regunt «consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate».¹⁶⁹ Agitur revera de «sacra potestate» quae praecipue in morali consistit auctoritate qua Episcopus insignitur vigore suae sanctitatis vitae. Haec enim executionem totius eius actionis regiminis iuvat eamque efficacem reddit.

Pastoralis regiminis modus et dioecesana communio

44. Ecclesialis communio qua Episcopus afficitur, adducet eum ad quemdam pastorem modum usque apertorem, participata cum omnibus opera. Adest genus quoddam circularis actionis inter ea quae Episcopus

¹⁶⁸ N. 27.

¹⁶⁹ *Ibid*,

vocatur ad decernenda cum responsalitate personali pro bono Ecclesiae eius curae concreditaе atque operam quam fideles illi offerre possunt per coetus consultationis, qui sunt: synodus dioecesisana, consilium presbyterale, consilium episcopale, consilium pastorale.¹⁷⁰

Patres synodales non omiserunt commemorare hos modos exercitationis moderaminis episcopalis, per quos actio pastoralis dioecesis ordinatur.¹⁷¹ Ecclesia particularis revera non refertur tantummodo ad triplex munus episcopale, sed etiam ad triplicem missionem propheticam, sacerdotalem et regalem totius Populi Dei. Cuncti fideles, virtute Baptismatis, participant, modo sibi proprio, triplex *munus* Christi. Eorum realis aequitas in dignitate atque in actione ita efficit, ut omnes ad consociatam operam vocentur in aedificando Christi Corpore, ad efficiendam scilicet missionem quam Deus Ecclesiae in terrarum orbe concredidit, secundum propriam cuiusque condicionem et munus.¹⁷²

Omnis modus differentiae inter fideles secundum diversa charismata, officia, ministeria in famulatu ordinatur aliorum populi Dei membrorum. Differentia ontologica-functionalis, quae Episcopum collocat « coram » aliis fidelibus, in fundamento plenitudinis sacramenti Ordinis quod accepit, *esse* significat *pro* aliis fidelibus, quod eum non extrahit ex eius *esse cum* istis.

Ecclesia communitas est organica, quae in dispositione efficitur diversorum charismatum, ministeriorum et famulatum, ut propositum adimpleatur quod est salus. Episcopus qui curat hanc efficiendam unitatem in diversitate, fovet, sicut in Coetu synodali dictum est, diversorum operatorum synergiam, ita ut liceat simul commune percurrere fidei missionisque iter.¹⁷³

His dictis tamen, oportet addere munus Episcopi redigi non posse ad officium meri moderatoris. Episcopale munus suapte natura clarum implicat atque inaequivocum ius-officium moderaminis, in quo etiam elementum includitur iurisdictionis. Pastores sunt publici testes atque eorum potestas testandi fidem suam attingit plenitudinem in potestate iudicandi: Episcopus non solum vocatur ad fidem testificandam, sed etiam ad eam existimandam eiusque manifestationes ex parte fidelium pastoralibus suis curis creditorum moderandas. Hoc in suo adimplendo munere ille maximopere contendet ad suscitandum suorum fidelium consensum, sed noverit tandem se ea capturum

no Qf. (*jodex Iuris Canonici*, cann. **204 § 1; 208; 212 §§ 2,3**; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. **7 § 1; 11; 15 §§ 2,3**).

¹⁷¹ Cfr *Propositio 35*.

¹⁷² Cfr **CONC OECUM. VAT. II**, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, **32**; *Codex Iuris Canonici*, can. **204 § 1; 208**.

¹⁷³ Qf. *Propositio 35*.

esse consilia quae necessaria suae pastoris conscientiae videbuntur, sollicitum praesertim de futuro Dei iudicio.

Ecclesialis communio in sua structura personalem implicat Episcopi responsalitem, sed etiam omnium ordinum fidelium secum fert participationem, quia responsalitem communicant boni Ecclesiae particularis quam ipsi formant. Id quod auctoritatem huius communionis organicae confirmat, Spiritus Sancti est actio, qui operatur tum in responsalitate personali Episcopi tum in participatione fidelium. Spiritus quidem, aequalitatem instituens baptismalem omnium fidelium sicut etiam uniuscuiusque diversitatem charismaticam et ministerialem, potestatem habet communionem efficaciter exsequendi. Horum principiorum vi Synodi dioecesanæ reguntur, quarum canonica indoles, in cann. 460-468 Codicis Iuris Canonici instituta, in *Instructione interclivasteriali* die 19 Martii anno 1997 est definita.¹⁷⁴ Secundum essentiam harum normarum se gerere tenebuntur alii etiam coetus dioecesani, quibus Episcopus praeerit, a sua peculiari responsalitate numquam abdicans.

Si in Baptismate unusquisque christianus amorem accipit Dei per Spiritus Sancti effusionem, Episcopus — uti Coetus synodalis opportune memoravit — per sacramentum Ordinis suo in corde pastoralem Christi caritatem accipit. Haec pastoralis caritas finem proprium habet, ut communionem instituat.¹⁷⁵ Antequam hic amor-communio ad lineamenta actionis perducatur, Episcopus contendat ut eum proprio in corde et in corde Ecclesiae praesentem reddat per vitam vere spiritalem.

Si communio essentiam exprimit Ecclesiae, aequum est ut spiritalis vitae communionis ad sese manifestandum tendat tum in ambitu personali tum communitario, novas semper suscitans formas participationis atque responsalitatis apud varios fidelium ordines. Episcopus igitur sua in Ecclesia particulari suscitare conabitur structuras communionis atque participationis, quae permittant ut Spiritus auscultetur qui vivit et loquitur in fidelibus, illosque dirigat ad exsequendum quidquid idem Spiritus pro vero Ecclesiae bono inspirat.

Ecclesiae particularis varietates

45. Multi Patrum synodaliū interventus ad varios pertinebant aspectus et tempora dioecesis vitae. Ita, sedulam mentem conversa est ad Curiam

¹⁷⁴ Cf. AAS 89 (1997), 706-727. Similis sermo de Congressionibus eparchialibus est habendus, de quibus agunt cann. 235-242 *Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium*.

dioecesanam, structuram scilicet qua Episcopus utitur ad exprimendam propriam caritatem pastorem eius in variis aspectibus.¹⁷⁶ Memorata est, singillatim, opportunitas ut administratio oeconomica dioecesis concedatur illis qui praeter honestatem peritia sunt praediti, ita ut proponi possit sicut exemplum perspicuitatis omnibus aliis huiusmodi institutionibus ecclesialibus. Si in dioecesi vivitur spiritalis vitae communio, fieri non poterit, quin singularis praestetur cura de paroeciis et communitatibus pauperioribus, pro viribus laborando ut pars quaedam facultatum oeconomicarum indigentioribus servetur Ecclesiis, praesertim in terris missionis et migrationis.¹⁷⁷

Ad paroecias tamen convenienter Patres synodales animum intendere censuerunt, memores Episcopum esse primum responsalem huius communitatis, quae eminet inter omnes in dioecesi praesentes, cui illius est sedulo prospicere.¹⁷⁸ Paroecia revera — sicut saepe dictum est — adhuc in vita cotidiana dioecesis nucleus manet fundamentalis.

Pastoralis visitatio

46. Hoc in conspectu pondus emergit Visitationis pastoralis, germinum gratiae tempus atque peculiare momentum, immo unum, ratione habita conventus et colloquiorum Episcopi cum fidelibus.¹⁷⁹ Episcopus Bartholomaeus a Martyribus, quem Nos Ipsi, paucis diebus ab expleta Synodo, beatum declaravimus, suo in classico scripto *Stimulus Pastorum*, quod ipse Carolus Borromeus magni aestimavit, pastorem Visitationem definit *quasi animam episcopalis regiminis* et efficaciter eam describit veluti productionem ipsius spiritalis praesentiae Episcopi inter suos fideles.¹⁸⁰

Dum pastorem visitationem paroeciae peragit, aliis delegatis relicto examine quaestionum administrationis, Episcopus colloquia praeoptet cum personis, a paroco aliisque sacerdotibus incipiens. Hoc est momentum quo ille propius pro populo munus implet verbi, sanctificationis atque pastoralis moderaminis, directe sentiens timores et difficultates, gaudia et exspectationes hominum atque omnes hortans ad spem. Hic maxime Episcopus directam habet necessitudinem cum pauperioribus, senibus et aegrotis. Tali modo effecta, pastoralis Visitatio ostenditur uti est, nempe signum praesentiae Domini, qui suum populum in pace invisit.

176 Qf. *pariti*, 36

¹⁷⁷ Cfr. *Propositio* 39

178 Qf. *Propositio* 37

¹⁷⁹ Cfr. *ibid.*

¹⁸⁰ Cfr. Romae 1572, p. 52 v.

Episcopvs suo cum presbyterio

47. Non sine causa decretum conciliare *Christus Dominus*, dum particularem describit Ecclesiam, eam definit veluti fidelium communitatem curae pastorali Episcopi creditam *cum cooperatione presbyterii*.¹⁸¹ Exstat, revera, inter Episcopum et presbyteros *communio e sacramento* exoriens, virtute scilicet sacerdotii ministerialis vel hierarchici, quae participatio est unici sacerdotii Christi, et hanc ob rem, etiamsi diverso in gradu, virtute suffulta unius ministerii ecclesialis ordinati et unice missionis apostolicae.

Presbyteri, et inter eos praesertim parochi, artiores cooperatores sunt ministerii Episcopi. Patres synodales adhortationes et invitationes renovaverat, iam scriptas in documentis conciliaribus et nuperius receptas in Adhortatione Apostolica *Pastores dabo vobis*,¹⁸² ad peculiarem indolem necessitudinum inter Episcopum et eius presbyteros. Episcopus semper suis cum sacerdotibus sese gerere curabit veluti patrem et fratrem qui eos diligit, eos audit, eos excipit, eos corrigit, eos consolatur, eorum quaerit cooperationem et, quantum fieri potest, eorum bono humano, spiritali, ministeriali et economico sedulo consulit.¹⁸³

Peculiaris Episcopi affectus pro suis sacerdotibus manifestatur sicut paternus et fraternus actus, quo eos comitatur in praecipuis momentis eorum vitae ministerialis, inde ab exordiis ministerii pastoralis. Fundamentalis manet permanens presbyterorum formatio, quae pro omnibus uti « vocationem in vocatione » constituit, quia, suis in variis et additiis aspectibus, ad adiuvandum tendit presbyterum ut sit et sicuti presbyterum se gerat secundum exemplum Iesu.

Unusquisque Episcopus dioecesanus inter sua prima officia spiritalem habet curam de eius presbyterio: «Ritus sacerdotis qui die Ordinationis presbyteralis proprias ponit manus in manus Episcopi, illi promittens "filialem venerationem et oboedientiam", primo aspectu videri potest ritus unius sensus. Ritus re vera utrumque obligat: sacerdotem et Episcopum. Iuvenis presbyter decernit se Episcopo confidere et Episcopus, ex parte sua, ad has manus custodiendas se obligat».¹⁸⁴

Duobus in aliis momentis, addere velimus, presbyter iuste manifestationem potest exspectare peculiaris propinquitatis ex parte sui Episcopi. Pri-

¹⁸¹ N. 11.

¹⁸² Cfr nn. 16-17: AAS 84 (1992), 681-684.

¹⁸³ Qf. *positio* 40.

¹⁸⁴ IOANNES PAULUS II, *Allocutio* ad coetum Episcoporum nuper electorum (23 Septembris 2002), 4: *L'Osservatore Romano* (23-24 Septembris 2002), p. 5.

num evenit cum illi pastoralis concreditur missio, sive hoc primum contingit sicut in casu sacerdotis nuper ordinati, sive in commutatione ministeriali vel pro collatione novi mandati pastoralis. Collatio missionis pastoralis est, pro ipso Episcopo, peculiare tempus paternae responsalitat^{is} erga eius presbyterum. Sanctus Hieronymus verba proponit quae bene ad hanc occasionem referri possunt: « Quod Aaron et filios eius, hoc esse Episcopum et presbyteros noverimus. Unus Dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium. [...] Gloria patris nonne est filius sapiens? Gaudeat Episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes». ¹⁸⁵

Alterum momentum occurrit cum sacerdos, pro vectae aetatis causa, effectivum relinquit pastorale moderamen communitatis vel directae responsalitat^{is} officia. In his similibusque rerum adiunctis, Episcopus ita faciat ut sacerdos sentiat tum gratitudinem Ecclesiae particularis de apostolicis laboribus hucusque expletis, tum peculiarem rationem novae collocationis in presbyterio dioecetano: ille enim servat, immo auctam videt, possibilitatem conferendi ad aedificationem Ecclesiae per exemplare testimonium magis assiduae orationis et alacrioris propensionis acquisitae peritiae utilitati iuniorum confratrum impensae. Sacerdotibus insuper qui in eadem versantur conditione propter gravem morbum vel aliam ob formam diuturnae defectionis, Episcopus ostendet propriam fraternam proximitatem, eos adjuvans ad vitam servandam conscientiam «se pergere esse membra nava in Ecclesiae aedificatione, etiam et potissimum propter suam cum Christo patienti communionem aequae cum tot fratribus sororibusque qui in Ecclesia Passionem Domini participant». ¹⁸⁶

Episcopus etiam prece atque sedula compassione comitabitur sacerdotes qui, quacumque de causa, in dubio posuerunt propriam vocationem eorumque fidelitatem erga Dominum eos appellantem, atque in suis officiis quodammodo defecerunt. ¹⁸⁷

Ille tandem non omittet perscrutari signa virtutum heroicarum quae forsitan a sacerdotibus dioecetanis manifestata sunt, cum id opportunum visum erit, promovebit earum publicam recognitionem, necessarium instituens processum ad causam canonizationis incohendam. ¹⁸⁸

¹⁸⁵ *Ep. ad Nepotianum presb.*, L I I , 7: PL 22, 534.

¹⁸⁶ IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Pastores dabo vobis* (25 Martii 1992), 77: AAS 84 (1992), 795.

¹⁸⁷ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in *Ecclesia Christus Dominus*, 16.

¹⁸⁸ Cfr *Propositio* 40.

Institutio candidatorum ad presbyteratum

48. Penitius perscrutando argumentum de ministerio presbyterorum, cura Patrum synodali peculiari ratione conversa est ad institutionem candidatorum ad sacerdotium, quae datur in seminario.¹⁸⁹ Habita ratione omnium munerum, quae orationem, deditioem, laborem hac in re requirunt, presbyterorum institutio pro Episcopo quandam constituit curam primarii ponderis. Ad rem quod attinet, Patres synodales vere conscii Seminarium bonum esse inter dioecesis praestantiora, in huius rei attenti institerunt tractatione et haud dubiam necessitatem Seminarii maioris ostenderunt, haud tamen neglegentes momentum quo etiam fruitur Seminarium minus ad christianos valores diffundendos ad Christi sequelam quod attinet.¹⁹⁰

Unusquisque igitur Episcopus suam declarabit sollicitudinem, praesertim diligentissime seligens futurorum presbyterorum educatores atque aptissimas et accommodatissimas instituens formas ad necessariam eorum praeparationem ad ministerium in ambitu adeo fundamentali pro vita communitatis christianae exercendum. Episcopus non negleget officium saepe invisendi Seminarium, etiamsi, ob peculiaria rerum adiuncta, ipse alique Episcopi ad deligendum, cum saepe necessitas urget, et immo ad praeoptandum Seminarium interdioecesanum adducti sint.¹⁹¹ Cognitio personalis et perspecta candidatorum ad presbyteratum in propria Ecclesia particulari condicio est quam Episcopus neglegere nequit. His immediatis nisus colloquiis curabit ut in Seminariis personae maturo et aequo animo formentur, capaces instituendi solidas humanas pastoralesque necessitudines, in scientiis theologicis paratae, in spiritali vita fortes, Ecclesiae amantes. Adlaborabit pariter ad promovenda et sollicitanda incepta oeconomica ad firmandos et iuvandos iuvenes candidatos ad presbyteratum.

Perspicuum tamen est, vim vocationes excitantem et formantem orationem esse. Oportet vocationes diffusum habeant apud « Dominum messis » rete intercessorum. Quo frequentius quaestio vocationum suscipietur in ambitu orationis, eo magis oratio adiuvabit electum ad vocem auscultandam Illius qui eum vocat.

189 Qf *Proportio* 41.

¹⁹⁰ Cfr *ibid.*; IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Pastores dabo vobis* (25 Martii 1992), 60-63: AAS 84 (1992), 762-769.

¹⁹¹ IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Pastores dabo vobis* (25 Martii 1992), 65: AAS 84 (1992), 771-772.

Cum tempus advenit sacrorum Ordinum, unusquisque Episcopus debitum instituet scrutinium.¹⁹² Ad rem quod attinet, conscius suae gravis responsalitatatis in conferendo Ordine presbyterali, tantummodo post accuratam inquisitionem et fusam consultationem, ad normam iuris, Episcopus suam in dioecesim accipiet candidatos provenientes alia ex dioecesi vel Instituto religioso.¹⁹³

Episcopus et diaconi permanentes

49. Episcopi, veluti dispensatores sacrorum Ordinum, responsalitatem habent directam etiam de diaconibus permanentibus, quos Coetus synodalis recognoscit sicut genuina Dei dona ad nuntiandum Evangelium, ad educandas communitates christianas adque promovendum in Familia Dei ministerium caritatis.¹⁹⁴

Unusquisque Episcopus igitur magnam adhibebit sollicitudinem de his vocationibus, quarum electionem et formationem ipse veluti postremus responsalis curat. Etiam si plerumque exercet istam responsalitatem per cooperatorum summae fiduciae, obligatos ad agendum modo conformi ad normas Sanctae Sedis,¹⁹⁵ Episcopus quaeret, quantum fieri possit, personaliter nosse illos qui se parant ad diaconatum. Postquam eos ordinaverit, perget esse verus eorum pater, ad amorem Corporis et Sanguinis Christi adhortans, quorum sunt ministri, et ad amorem Sanctae Ecclesiae, cui servire promiserunt; illos autem, qui matrimonio coniuncti sunt, ad exemplarem vitam adhortabitur familiarem.

Episcopi sollicitudo circa personas vitae consecratae

50. Adhortatio Apostolica post-synodalis *Vita consecrata* iam pondus illustravit quod vita consecrata in ministerio habet Episcopi. Quem revocantes textum hac in postrema Synodo, Patres memoraverunt Episcopi munus in Ecclesia — communionem cuius est aestimare et promovere peculiarem vocationem et missionem vitae consecratae, quae continuo et firmiter ad vitam sanctitatemque pertinet Ecclesiae.¹⁹⁶ Quae etiam in Ecclesia

¹⁹² Qf. *Codex Iuris Canonici*, can. 1051.

¹⁹³ Qf. *Propositio* 41.

¹⁹⁴ cfr. *Propositio* 42.

¹⁹⁵ Cfr. **CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA**, *Ratio fundamentalis institutionis Diaconorum permanentium* (22 Februarii 1998): AAS 90 (1998), 843-879; **CONGREGATIO PRO CLERICIS**, *Directorium pro ministerio et vita Diaconorum permanentium* (22 Februarii 1998): AAS 90 (1998), 879-926.

¹⁹⁶ cfr. **CONC. OECUM. VAT. II**, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 4:4.

particulari officium adimplet exemplaris praesentiae et missionis charismatica. Episcopus igitur diligenter perscrutabitur an inter personas consecratas quae vixerunt in dioecesi testimonia fuerint heroicae virtutum exercitationis et, si id opportunum videbitur, incohandum canonizationis processum instituet.

Sua in diligenti sollicitudine de omnibus vitae consecratae formis, in sollicitudine quae exprimitur tum in adhortatione tum in vigilantia, Episcopi erit speciale spatium vitae contemplativae servare. Consecrati, ex parte sua, ex animo pastoralia Episcopi accipient consilia, ad plenam intenti communionem cum vita et missione Ecclesiae particularis ubi commorantur. Episcopus revera de apostolica in dioecesi navitate respondet: sodales vitae consecratae cum illo cooperari tenentur ut, per praesentiam et ministerium, locupletent communionem ecclesialem. Ad rem quod spectat, ratio habeatur de documento *Mutuae relationes* ac de iure vigente.

Peculiaris sollicitudo de Institutis iuris dioecesani est adhibita, praesertim de iis quae variis in difficultatibus versantur: ea Episcopus paterno singularique animo curabit. Tandem ad iter quod attinet approbationis novorum Institutorum quae in dioecesi sunt orta, Episcopus agere studeat secundum normas et praescripta Adhortationis Apostolicae *Vita consecrata* aliarumque instructionum competentium Sanctae Sedis dicasteriorum.¹⁹⁷

Christifideles laici in pastoralis cura Episcopi

51. Apud Christifideles laicos qui maiorem constituunt partem Populi Dei missionalis vis Baptismatis est manifestanda. Hoc ad propositum illi munimento indigent, adhortatione et adiumento suorum Episcoporum, qui illos ducant ad augendum apostolatam secundum propriam indolem saecularem, ex gratia haurientes sacramentorum Baptismatis et Confirmationis. Hanc ob rem necesse erit peculiaria itinera promovere formationis, quae illos reddant idoneos ad responsalitem in Ecclesia sumendam intra dioecesanas et paroeciales structuras participationis, praeter varia officia animationis liturgicae, catechesis, religionis catholicae tradendae in scholis, etc.

Christifidelium est praesertim laicorum — et hoc in sensu sunt stimulandi — civilem cultum evangelizare, vim Evangelii inserere in ambitum familiae, laboris, communicationis instrumentorum et vitae publicae nationalis et internationalis. Ob eorum in mundo collocationem Christifideles laici revera magnum habere possunt effectum in ambitu circumiacenti, amplificantes

pro tantis viris mulieribusque provincias et prospectus spei. Alia ex parte in condicionibus vitae cotidianae, ob eorum ordinariam vitae optionem strenue versantes, Christifideles laici vocantur, secundum eorum peculiarem indolem saecularem, ut reddant de spe rationem (cfr *I Pe* 3, 15) in proprio ambitu laboris, in corde colentes «exspectationem novae terrae».¹⁹⁸ Episcopi, sua ex parte, propinqui sint fidelibus laicis qui, implicatis mundi negotiis detenti, peculiari ratione perturbationi exponuntur et maerori, atque illos sustentent ut christiani sint fortes in spe, firma certitudine nisi, Dominum semper filiis suis adesse.

Considerandum est etiam pondus apostolatus laici associati, tum illius antiquae traditionis, tum illius a novis constituti motibus ecclesialibus. Haec omnia aggregata Ecclesiam locupletant, sed semper indigent ministerio criterii Episcopi, ad cuius missionem pastoralem pertinet complementum inter motiones inspirationis diversae fovere, invigilare eorum progressioni, formationi theologicae et spiritali animatorum, pro interiectione novarum rerum in communitatem dioecesanam et in paroecias a quibus non debent separari.¹⁹⁹ Episcopus curabit ut laicorum sodalitates pastoralem vocationum operam in dioecesi sustentent, adlaborantes ut omnes vocationes accipiantur, praesertim eae quae ministerio ordinato, vitae consecratae et officio missionali devoventur.²⁰⁰

Sollicitudo Episcopi de familia

52. Multae Patrum synodalia voces pronuntiatae sunt pro familia, quae merito «ecclesia domestica» appellata est, necnon spatium praesentiae Domini Iesu apertum, sanctuarium vitae. Ea, instituta in sacramento matrimonii, veluti communitas potioris ponderis apparet, quia in ea tum coniuges tum eorum filii propriam vivunt vocationem atque in caritate progrediuntur. Familia christiana — in Synodo memoratum est — communitas est apostolica, missioni aperta.²⁰¹

Episcopi re vera est agere ut in civili societate matrimonii bona per iustas optiones politicas et oeconomicas sustineantur et defendantur. Deinde intra communitatem christianam ille adhortabitur praeparationem sponsorum ad matrimonium, comitatum iuvenum coniugum atque formationem coetuum

¹⁹⁸ CONC, OECUM. VAT. 11, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, 39.

¹⁹⁹ Qf. *p.p.ositiones* 45, 46 et 49.

²⁰⁰ Qf. *propositio* 52.

²⁰¹ Qf. *Propositio* 51.

familiarum, qui pastoralementem agendi rationem pro familia et, nec postremo, possint familias in difficultatibus adiuvare. Propinquitas Episcopi erga coniuges eorumque filios, etiam per incepta dioecesana varii generis, iis erit validum adiumentum.

Inspicientes educativa ipsius familiae officia, Patres synodales unanimiter agnoverunt scholarum catholicarum momentum pro formatione integra novarum generationum, pro inculturatione fidei ac pro dialogo inter diversas culturas. Ideo necesse est ut Episcopus fulciat et qualitatem tribuat scholis catholicis, promovendo eas ubi non exstant atque adhortando, quod potest, civilia instituta ut effectivae libertati educationis intra Statum faveant.²⁰²

Iuvenes, pastoralis in futurum tempus principatus

53. Episcopus, christianae communitatis pastor et pater, peculiariter curabit ut iuvenes evangelizentur et spiritali comitatu adiuventur. Ministerium spei non potest non construere futurum cum illis — iuvenibus revera — quibus posteritas concreditur. Veluti «custodes aurorae» iuvenes auroram expectant novi mundi. Eventus Dierum Internationalium Iuventutis, quem Episcopi ex corde adhortantur, nobis demonstrat quam multi sint iuvenes ad operam in Ecclesia et in mundo parati, si illis authentica proponatur responsalitas et integra detur christiana formatio.

Hoc in prospectu, tamquam sententiae Patrum synodaliū interpretes, peculiarem admovemus adhortationem viris et mulieribus vitae consecratae multorum Institutorum, quae in ambitu operantur formationis educationisque infantium, adulescentium et iuvenum, ne animo deficiant propter difficultates temporis neque ab eorum memorabili opera desistant, sed augeant eam meliores etiam proprios in hac re conatus reddentes.²⁰³

Iuvenes, per personalem cum suis pastoribus et formatoribus necessitudinem, ad crescendum in caritate incitentur, ad vitam quandam magnanimam formentur, ad famulatum erga alios promptam, praesertim vere erga indigentes et aegrotos. Hoc modo facilius erit iis loqui etiam de ceteris virtutibus christianis, maxime de castitate. Hoc in itinere intellegere poterunt vitam esse «pulchram» cum donatur ad Iesu exemplum. Hac ratione adimplere poterunt optiones responsales et definitivas, tum in ordine matrimonii, tum in ministerio sacro, tum in vita consecrata.

Cfr *ibid.*

Cfr *Propositio* 53.

Navitas pastoralis vocationalis

54. Summi momenti est promotio culturae vocationalis latiore sensu sumptae: oportet ut iuvenes ad ipsam vitam inveniendam sicuti vocationem educentur. Episcopi erit familias, communitates paroeciales et instituta educationis adhortari, ut adulescentes adiuvent et iuvenes ad inveniendum consilium Dei de ipsorum vita, vocationem accipiendo ad sanctitatem quam Deus in origine unicuique donat.²⁰⁴

Ad rem quod pertinet, maximi est ponderis totius navitatis pastoralis corroborare vocationalem prospectum. Episcopus hanc ob rem curabit ut navitas pastoralis iuvenilis et vocationalis sacerdotibus et illis concedatur qui, ardore et exemplo propriae vitae, idonei sunt ad amorem erga Iesum transmittendum. Eorum erit iuvenes per personalem amicitiam et, si fieri potest, per spiritale moderamen comitari, ut ad signa colligenda divinae appellationis eos adiuvent adque vim quaerendam ad respondendum per Sacramentorum gratiam et in vita orationis, quae est praesertim auscultatio Dei qui loquitur.

Hi sunt quidam aspectus in quibus Episcopus suum exercet munus moderaminis et erga portionem Populi Dei sibi conceditam caritatem exprimit pastoralementem quae eum animat. Una ex formis huius caritatis est compassio, ad imitationem Christi, Summi Sacerdotis, qui misertus est humanae fragilitatis, ipse tentatus per omnia veluti nos, etiamsi aliter ac nos, absque peccato (cfr *Heb* 4, 15). Haec compassio semper cum responsalitate coniungitur quam Episcopus erga Deum et Ecclesiam sumpsit. Sic ille promissiones emittit et officia die Ordinationis episcopalis sumpta, cum libere suum dedit assensum Ecclesiae petitioni ut curam adhiberet, paterno amore, de Dei Populo sancto eumque in via salutis duceret; ut semper esset hospitalis et misericors, in nomine Domini, erga pauperes, aegrotos et omnes consolatione adiumentoque indigentes et immo, veluti pastor bonus, ad quaerendas iret oves amissas ut ad Christi ovile eas adduceret.²⁰⁵

²⁰⁴ Cfr *Propositio* 52

²⁰⁵ Qf. PONTIFICALE ROMANUM, *Ritus Ordinationis Episcopi: Electi officia.*

CAPUT VI

IN ECCLESIARUM COMMUNIONE

«*Sollicitudo omnium Ecclesiarum*» [2 Cor 11, 28)

55. Cum ad Corinthios christianos scriberet, Paulus apostolus quae ipse pro Evangelio passus est repetiit: «In itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore et aerumna, in vigiliis saepe, in fame et siti, in ieiuniis frequenter, in frigore et nuditate; praeter illa, quae extrinsecus sunt, instantia mea cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum» (2 Cor 11, 26-28). Ad exitum ipse pervenit animi cum commotione proferens interrogationem: «Quis infirmatur et non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?» (2 Cor 11, 29). Eadem est interrogatio quae uniuscuiusque Episcopi conscientiam afficit, quippe qui Collegii episcopalis sit sodalis.

Id palam Concilium Vaticanum II memorat, cum illud edicit: omnes Episcopi, qua membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores in universam Ecclesiam ex Christi institutione et praecepto suam sollicitudinem producere tenentur. «Debent enim omnes Episcopi promovere et tueri unitatem fidei et disciplinam cunctae Ecclesiae communem, fideles edocere ad amorem totius Corporis mystici Christi, praesertim ad membrorum pauperum, dolentium et eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (cfr Mt 5, 10), tandem promovere omnem actuositatem quae toti Ecclesiae communis est, praesertim ut fides incrementum capiat et lux plenae veritatis omnibus hominibus oriatur. Ceterum hoc sanctum est quod bene regendo propriam Ecclesiam ut portionem Ecclesiae universalis, ipsi efficaciter conferunt ad bonum totius mystici Corporis, quod est etiam corpus Ecclesiarum».²⁰⁶

Accidit ut quisque Episcopus eodem tempore sua cum particulari Ecclesia coniungatur et cum universali Ecclesia. Ipse namque Episcopus, qui adspectabile est principium unitatisque sua in Ecclesia particulari fundamentum, adspectabile est quoque vinculum ecclesiasticae communionis suam inter Ecclesiam particularem et universalem Ecclesiam. Itaque omnes Episcopi, suis in Ecclesiis particularibus domicilium habentes, iique usque hierarchicam communionem cum Collegii episcopalis Capite et cum Collegio ipso ser-

vantes, soliditatem ac significationem Ecclesiae catholicitati conferunt eademque opera suae Ecclesiae particulari catholicitatis notam tribuunt. Quisque ideo Episcopus fere momentum est coniunctionis suae particularis Ecclesiae cum Ecclesia universali atque visibile testimonium Christi unius Ecclesiae praesentiae sua in Ecclesia particulari. Quocirca in Ecclesiarum communione, suae particularis Ecclesiae agit personam Episcopus atque in eadem Ecclesiarum is agit communionis partes. Per ministerium enim episcopale *portiones Ecclesiae* totam Unam-Sanctam communicant, dum haec idem per ministerium in singulis *Ecclesiae portionibus* adest.²⁰⁷

Universalis ministerii episcopalis ratio plene manifestatur atque perficitur cum universi Episcopi, in hierarchica cum Romano Pontifice communione, tamquam Collegium operantur. In Concilio Oecumenico sollemniter coadunati vel in terrarum orbe sparsi, at semper cum Romano Pontifice hierarchica in communione, Collegium apostolicum ipsi continuant.²⁰⁸ Sed aliis quoque rationibus omnes Episcopi inter se et cum Romano Pontifice *in bonum totius Ecclesiae* sociatam conferunt operam, atque id usu venit ut in toto orbe nuntietur Evangelium itemque variis quaestionibus occurratur, quibus multiplices Ecclesiae particulares implicantur. Eodem tempore Petri Successoris pro universa Ecclesia singulisque Ecclesiis particularibus explicatum ministerium ac simul Collegii qua talis actio multum iuvare possunt, ut in particularibus Ecclesiis singulorum dioecesanorum Episcoporum pastoralis curae commissis fidei unitas ac disciplina universae Ecclesiae communis serventur. In Petri cathedra Episcopi, sive singuli sive ut Collegium coadunati, perpetuum visibileque unitatis fidei necnon communionis principium et fundamentum reperiunt.²⁰⁹

Episcopi dioecesani cum suprema auctoritate rationes

56. Concilium Vaticanum II docet: « Episcopis, ut Apostolorum Successoribus, in dioecesibus ipsis commissis per se omnis competit potestas ordinaria, propria ac immediata, quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper omnibus potestate quam, muneris sui vi, Romanus Pontifex habet sibi vel alii Auctoritati causas servandi ».²¹⁰

²⁰⁷ Qf. P_{AULUG} VI, *Allocutio* cum tertia Oecumenicae Synodi Sessio capit initium (14 Septembris 1964): AAS 56 (1964), 813; CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Litt., *Communio notio* (28 Maii 1992), 9,11-14: AAS 85 (1993), 843-845

²⁰⁸ cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 22; Nota praevia ad Const. *Lumen gentium*, I°; *Codex Iuris Canonici*, cann. 337; 749 § 2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. 50; 597 § 2

²⁰⁹ Qf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 23,

²¹⁰ Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 8.

In synodali aula quidam quaestionem posuit, possetne inter Episcopum ac supremam auctoritatem necessitudo sub principii subsidiariorum lumine tractari, potissimum quod ad necessitudinem attinet inter Episcopum et Curiam Romanam, dum exoptatur ut hae necessitudines, cum ecclesiologia communi congruentes, servatis uniuscuiusque officiis explicentur et propterea in ampliore decentralizatione quae dicitur efficienda. Id quoque quaesitum est ut facultas quaedam vestigetur hoc principium in Ecclesiae vitam inferendi, dum quoquo modo illud tenetur constitutum principium ad episcopalem auctoritatem explicandam esse singulorum Episcoporum hierarchicam communionem cum Romano Pontifice episcopali quoque collegio.

Ut notum est, subsidiarii officii principium a Decessore Nostro Pio XI, recolendae memoriae, de civili societate est enuntiatum.²¹¹ Concilium Vaticanum II, quod «subsidiariorum» vocem numquam usurpavit, est autem cohortatum ut inter Ecclesiae instituta communicatio vigeat, novam theologiam inquisitionem de episcopatu incohans, quae fructus gignere cepit, collegialitatis principio ad ecclesiam communionem re accommodato. Synodales tamen Patres putaverunt, quod ad episcopalis auctoritatis exercitium spectat, subsidiariorum notionem esse ambiguam iique institerunt ut theologice altius vestigaretur principii communionis sub lumine episcopalis auctoritatis natura.²¹²

In synodali congressione de communionis principio saepenumero est tractatum.²¹³ Agitur de organica communionem, quae ex figura oritur Christi Corporis, de quo Paulus apostolus loquitur, cum supplementi mutique adiumenti ministeria inter unius corporis varia membra extollit (cfr *1 Cor* 12, 12-31).

Ut communionis principium recte efficaciterque adhibeatur, quaedam hac de re necessaria erunt elementa. In primis illud est servandum: in Ecclesia particulari dioecesanum Episcopum omnem habere ordinariam, propriam immediatamque potestatem, quae ad eius pastorale ministerium obeundum est necessaria. Quocirca ad eum proprius huius auctoritatis exercendae suo iure ambitus pertinet, quem ambitum agnoscunt et leges universae tutantur.²¹⁴ Potestas autem Episcopi, altera ex parte, una cum suprema Romani Pontificis potestate existit, ipsa quoque episcopali, ordinaria et immediata

²¹¹ Cfr Litt. Enc. *Quadragesimo anno* (15 Maii 1931): AAS 23 (1931), 203.

²¹² Cfr *Propositio* 20.

²¹³ Cfr *Relatio post disceptationem*, 15-17: *L'Osservatore Romano*, 14 Octobris 2001, p. 4; *Propositio* 20.

²¹⁴ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 381 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 178.

quae singulas Ecclesias earumque sodalitates, omnes pastores fidelesque complectitur.²¹⁵

Alia res ob oculos est habenda: Ecclesiae unitas in episcopatus unitate innititur, qui, ut unus sit, Collegii Caput requirit. Ecclesia similiter, ut una sit, postulat Ecclesiam quandam veluti Ecclesiarum Caput, Romanam scilicet, cuius Episcopus, Petri Successor, Caput est Collegii.²¹⁶ «Ut autem unaquaeque Ecclesia particularis plene sit Ecclesia, particularis nempe praesentia Ecclesiae universalis cum omnibus ipsius essentialibus elementis, ideoque ad imaginem Ecclesiae universalis formata, adsit in ipsa necesse est, tamquam elementum proprium, suprema Ecclesiae auctoritas. [...] Primatus Romani Episcopi atque Collegium episcopale elementa sunt propria Ecclesiae universalis "non derivata ex particularitate Ecclesiarum", sed nihilominus intima cuicumque Ecclesiae particulari. [...] Ministerium Successoris Petri intimum esse unicuique Ecclesiae particulari necessaria existit expressio fundamentalis illius mutuae interioritatis Ecclesiam universalem inter et Ecclesiam particularem intercedentis ».²¹⁷

Christi Ecclesia, sua in catholicitatis nota, in unaquaque particulari Ecclesia plene efficitur, quae cuncta naturalia ac supernaturalia instrumenta ad missionem complendam recipit, quam Deus Ecclesiae in mundo absolvendam commendavit. In his ordinaria, propria et immediata existit Episcopi potestas, quae ad eius sustinendum pastorale munus postulatur, cuius tamen exercitium universalibus legibus subditur et limitibus, quos ius decretumve Summi Pontificis supremae auctoritati vel alii ecclesiasticae auctoritati imponunt.²¹⁸

Proprii facultas regiminis, quae magisterii authenticici quoque exercitium complectitur,²¹⁹ quaeque intrinsece ad Episcopum eius in dioecesi pertinet, illa intra Ecclesiae mysterii naturam reperitur, quae efficit ut in Ecclesia particulari immanens sit universalis Ecclesia, quae praesentem reddit supremam auctoritatem, scilicet Romanum Pontificem et Episcoporum Collegium

²¹⁵ Cfr CONC OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium* 22; *Codex Iuris Canonici*, cann. 331 et 333; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. 43 et 45 § 1.

²¹⁶ Cfr CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Litt. *Communio notio* (28 Maii 1992), 12: AAS 85 (1993), 845-846.

²¹⁷ *Ibid.*, 13: *Im.*, 846.

²¹⁸ Cfr CONC OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium* 27; Decr. de pastoralibus Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus* 8; *Codex Iuris Canonici*, can. 381 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 178.

²¹⁹ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 753; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 600.

cum eorum suprema, plena, ordinaria atque immediata potestate omnes in fideles pastoresque.²²⁰

Ad Concilii Vaticani II doctrinam edici oportet munus docendi aequae ac munus regendi — scilicet congruentem magisterii regiminisque potestatem — in particulari Ecclesia ab unoquoque exerceri dioecesano Episcopo, propria natura, in hierarchica cum Collegii Capite ipsoque Collegio communionem.²²¹ Id episcopalem auctoritatem haud extenuat, immo roborat, quandoquidem hierarchicae communionis vincula, quibus Episcopi cum Apostolica Sede iungantur, necessariam dioecesani Episcopi ac supremae auctoritatis responsalitates compositionem postulant, quam ipsa Ecclesiae natura requirit. Ius ipsum divinum utriusque exercitii fines statuit. Episcoporum idcirco « potestas a suprema et universali potestate non eliditur, sed e contra asseritur, roboratur et vindicatur, Spiritu Sancto constitutam a Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam indefectibiliter servante ».²²²

Bene ideo enuntiavit Paulus VI, cum tertia Concilii Vaticani II Sessio initium cepit, cum haec effatus est: « Quemadmodum vobis, Venerabiles Fratres in episcopatu, varias terrarum orbis partes incolentibus, ut veram Ecclesiae notam catholicam efficiatis atque ostendatis, necessarium omnino est centrum et principium unitatis fidei et communionis, quod sane in hac Petri Cathedra habetis, ita Nos semper vestram praesentem operam expetimus, ut vultum Apostolicae Sedis pulchritudine niteat neve eadem careat vi atque momento suo humano et historico, immo ut fides eius consonanter servetur, officia eius in exemplum impleantur, in eius angustiis solacium ipsi praebeatur ».²²³

Communio natura, quae cunctis intraecclesialibus necessitudinibus subest²²⁴ quaeque in synodali quoque disceptatione in lucem prolata est, reciproca necessitudinem efficit inter Romanum Pontificem atque Episcopos. Etenim si una ex parte Episcopus, ut suum ipsum in plenitudine obeat officium atque Ecclesiae suae catholicitatem fundet, proprium munus regendi exercere debet, in hierarchica cum Romano Pontifice episcopalique Collegio communionem, ex altera parte Romanus Pontifex, Collegii Caput, suo in su-

²²⁰ cf. Q_{o.s.c.} OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium* 22; *Codex Iuris Canonici*, cann. 333 § 1; 336; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. 43; 45 § 1; 49.

²²¹ Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 21; *Codex Iuris Canonici*, can. 375 § 2.

²²² CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 27; cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 333 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 45 § 1.

²²³ *Allocutio* initii tertiae Sessionis Concilii (14 Septembris 1964): *AAS* 56 (1964), 813.

²²⁴ Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, II COETUS GENERALIS EXTRAORDINARIUS, *Relatio finalis Exeunte coetu* (7 Decembris 1985), C, 1: *L'Osservatore Romano*, 10 Decembris 1985, p. 7.

premi Ecclesiae pastoris munere praestando, cum ceteris omnibus Episcopis in communione, immo cum tota Ecclesia, semper agit.²²⁵ In communione ergo ecclesiali, sicut Episcopus non est solus, sed usque ad Collegium refertur eiusque Caput et ipse ab iis sustinetur, sic etiam Romanus Pontifex non est solus, sed usque ad Episcopos refertur et ab ipsis sustinetur. Quae est alia ratio ob quam supremae potestatis Romani Pontificis exercitium haud dissolvit, sed confirmat, roborat et vindicat ipsam ordinariam, propriam et immediatam potestatem, quae est Episcopo in Ecclesia particulari.

Ad limina Apostolorum visitationes

57. Manifestatio ac simul communionis inter Episcopos Petrique Cathedralis instrumentum visitationes sunt *ad limina Apostolorum*.²²⁶ Tria namque sunt huius eventus praecipua momenta, quae suam propriam prae se ferunt significationem.²²⁷ Prae omnibus ad principum Apostolorum Petri et Pauli sepulcra peregrinatio, qua una significatur fides, cuius Romae suo martyrio testificationem illi dederunt.

Cum hac re occursus iungitur cum Petri Successore. Occasione enim visitationis *ad limina* circum eum congregantur et, secundum catholicitatis principium, donorum commercium efficiunt omnibus ex illis bonis quae Spiritus Sancti virtute in Ecclesia reperiuntur, cum particulari localique, tum universali in ordine.²²⁸ Non efficitur tunc mutua tantum informatio, verum in Ecclesiae corpore collegialis conformatio adfirmatur ac roboratur, per quam in diversitate unitas habetur, cum quaedam *perichoresis* inter Ecclesiam universalem Ecclesiasque particulares gignitur, quae illi motui assimilari potest sanguinis, qui ex corde proficiscitur et corporis extrema attingit vicissimque ex extremis partibus ad cor redit.²²⁹ Vitalis umor qui a Christo manat omnes partes coagmentat, quemadmodum vitis umor, qui in palmites fluit (cfr *Io* 15, 5). Id peculiarem in modum in eucharistica cum Pontifice celebratione liquido apparet. Quaeque enim Eucharistia proprio cum Episcopo, cum Romano Pontifice episcopali Collegio in communione celebratur et per hos

²²⁵ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 333 § 2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 45 § 2.

²²⁶ Qf. *p.p.iti*, 26.

²²⁷ Cfr IOANNES PAULUS II, Const. Ap. *Pastor bonus* (28 Iunii 1988) art. 31: AAS 80 (1988), 868; *Adnexum* I, 6: *ibid.*, 916-917; *Codex Iuris Canonici*, can. 400 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 208.

²²⁸ Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, \Z.

²²⁹ Qf. JOANNES PAULUS II, Const. Ap. *Pastor bonus*, *Adnexum* (28 Iunii 1988) I, 2; I, 5: AAS 80 (1988), 913, 915.,

cum Ecclesiae particularis totiusque Ecclesiae fidelibus, ita ut Ecclesia universalis in Ecclesia particulari adsit, quae una cum reliquis particularibus Ecclesiis in universalis Ecclesiae communionem inseritur.

A primis inde saeculis quoad ultimum communionis indicem Romae Ecclesia respicitur, ubi Petrus et Paulus suam fidei dederunt testificationem. Etenim cum ipsa, quippe quae praecipuum obtineat locum, unaquaeque Ecclesia consentiat oportet, quoniam ea supremam facit fidem traditionis integritatis, ab Apostolis traditae.²³⁰ Romana Ecclesia universali caritatis communioni praesidet,²³¹ legitimas varietates tuetur ac simul cavet ne peculiaritas non modo unitati noceat, verum ei inserviat.²³² Haec omnia necessitatem secum ferunt variarum Ecclesiarum cum Romana Ecclesia communionis, ut in Traditionis apostolicae integritate et in canonicae disciplinae unitate ad fidem, Sacramenta et viam sanctitatis certam custodienda universae reperiantur. Talis Ecclesiarum communio manifestatur communionem hierarchica inter singulos Episcopos et Romanum Pontificem.²³³ Ex omnium Episcoporum communionem cum Petro et sub Petro, quae in caritate efficitur, cunctorum cum Petri Successore officium cooperationis manat, ad bonum universae Ecclesiae ideoque cuique particulari Ecclesiae procurandum. Visitatio *ad limina* hunc nimirum habet finem.

Tertium visitationum *ad limina* elementum constituit cum iis congressio qui Romanae Curiae Dicasteriis praesunt: cum iis agentes ad quaestiones recta accedunt Episcopi, quae singulis Dicasteriis competunt atque sic ad varias formas considerandas admittuntur communis pastoralis sollicitudinis. Hac de re synodales Patres rogaverunt ut, mutuae cognitionis fiduciaequae sub signo, frequentiores evadant necessitudines inter Episcopos, singulos nempe vel in Conferentias episcopales congregatos, ac Romanae Curiae Dicasteria,²³⁴ ita ut hi ipsi, de certis Ecclesiarum quaestionibus directo certiores facti, suum universale munus melius explicare valeant.

Procul dubio *ad limina* visitationes, una cum quinquennali de dioecesis statu relatione,²³⁵ efficacia sunt instrumenta ad necessitatem absolvendam mutuae cognitionis, quae ex ipsa communionis natura inter Episcopos et Romanum Pontificem effluit. Episcoporum Romae praesentia visitationis causa immo copiam potest dare opportunam hinc quaestionibus respondendi ab ipsis

²³⁰ Cfr S. IRENAEUS LUGDUNENSIS, *Adversus haereses* 3, 3, 2: PG 7, 848.

²³¹ Cfr S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Romanos* 1,1: PG 5, 685.

²³² C-f Q_{o s c} OECUM. VAT. 11, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 13.

²³³ Cfr *ibid.*, 21-22; Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 4. 234_{et}, *Propositiones* 26 et 27

²³⁵ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 399; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 206.

Dicasteriis exhibitis, hinc, secundum votum ab illis patefactum, eorum individuum vel communem consultationem iuvandi, ad documenta universalis magnique ponderis contexenda; hac praeterea occasione iisdem Episcopis opportunè collustrari poterunt documenta, antequam edantur, quae forte Sancta Sedes toti Ecclesiae vel nominatim particularibus eorum Ecclesiis dicare velit.

Synodus Episcoporum

58. Secundum iam roboratam experientiam quaeque Synodi Episcoporum Generalis Sessio, quae totum quodammodo exprimit episcopatum, peculiarem in modum communionis animum ostendit, qui Episcopos cum Romano Pontifice iungit et Episcopos inter se, ac subtilius ecclesiale iudicium patefacere sinit, Spiritu agente, de variis quaestionibus, quae Ecclesiae vitam gravant.²³⁶

Ut perspicuum est, Concilii Vaticani II tempore haec exorta est necessitas ut Episcopi iuvare melius possent Romanum Pontificem eius in officio sustinendo. Id perpendens ipsum, Decessor Noster Paulus VI recolendae memoriae instituit Synodum Episcoporum,²³⁷ haud oblitus partium illarum quas Cardinalium Collegium Pontifici Romano iam praebebat. Per hoc novum institutum collegialis affectio atque Episcoporum sollicitudo de totius Ecclesiae bono efficacius sic commonstrari poterat.

Praeteritis annis ostensum est, quemadmodum Episcopi fide caritateque coniuncti suo consilio validum Romano Pontifici eius in ministerio apostolico praestando auxilium ferre possent, sive ad fidem moresque tuendos, sive ad disciplinam ecclesiasticam servandam. Etenim de Ecclesiis particularibus permutatio notitiarum, cum sententiarum congruentiam de quaestionibus etiam doctrinae iuвет, valida communionem firmandi est ratio.²³⁸

Quaeque Episcoporum Synodi Generalis Congressio fortis est ecclesialis experientia, tametsi suis in modis procedendi semper perfici valet.²³⁹ Episcopi in Synodo coadunati suarum Ecclesiarum in primis partes agunt, sed ea quoque ob oculos habent quae Conferentiae episcopales proponunt, quae eos designaverunt, quarumque super quaestionibus tractandis sunt sententiarum interpretes. Ii porro

²³⁶ Q., *propositio* 24.

²³⁷ Cf. Litt. Ap., motu proprio datae *Apostolica sollicitudo* (15 Septembris 1965): AAS 57 (1965), 775-780; CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 5.

²³⁸ Qf. p. AULUS VI, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolica sollicitudo* (15 Septembris 1965), II: AAS 57 (1965), 776-777; *Allocutio* ad Patres synodales (30 Septembris 1967): AAS 59 (1967), 970-971.

²³⁹ Qf. *Propositio* 24.

Ecclesiae hierarchici Corporis optatum aliquo modo ostendunt, quin immo universi christiani populi, cuius sunt pastores.

Synodus eventus est quidam in quo perquam perspicuum est Petri Successorem, suo in officio obeundo, in communione cum ceteris Episcopis totaque Ecclesia continenter coniungi.²⁴⁰ «Synodi Episcoporum est» — quemadmodum Iuris Canonici statuit Codex — «de quaestionibus pertractandis disceptare atque expromere optata, non vero easdem dirimere de iisque ferre decreta, nisi certis in casibus potestate deliberativa eandem instruxerit Romanus Pontifex, cuius est in hoc casu decisiones synodi ratas habere».²⁴¹ Eo quod Synodus plerumque munus gerit solum consultivum, id eius pondus haud extenuat. In Ecclesia namque cuiuslibet collegialis instituti finis, cum consultivus tum deliberativus, semper est veritatis bonive Ecclesiae conquisitio. Cum porro de eadem agitur fide comprobanda, consensus Ecclesiae haud votis computatis praebet, sed fructus est agentis Spiritus, animae unius Christi Ecclesiae.

Quandoquidem Synodus ipsa veritati inservit et Ecclesiae, quod veram corresponsalitatem totius episcopatus cum eius Capite coniuncti pro Ecclesiae beneficio demonstrat, in suffragio consultivo vel deliberativo ferendo Episcopi, una cum ceteris Synodi sodalibus, dignitate episcopali carentibus, regiminis Ecclesiae universalis participationem utique significant. Sicut Deceptor Noster Paulus VI veneratae memoriae, ex consiliis sententiisque, a synodalibus Patribus manifestatis, etiam Nos fructum cepimus, quae Nos in documentum comparandum rettulimus, quod Synodi effectus complectitur, quodque ideo «post-synodale» appellare placet.

Communio inter Episcopos Ecclesiasque quoad locorum ordinem

59. Praeter universalem ordinem, multae sunt variaeque rationes, quibus manifestari potest, et re manifestatur, episcopalis communio ideoque sollicitudo de cunctis Ecclesiis sororibus. Mutuae praeterea inter Episcopos necessitudines praestitutas congressiones longe multumque praetergrediuntur. Vivida rationis collegialis ministerii conscientia, quod eis commendatum est, incitare eos debet ut inter se, in ambitu potissimum eiusdem Conferentiae Episcopalis, in ordine tum Provinciae tum Regionis ecclesiasticae, multiplices fraternitatis sacramentalis significationes efficiant, quae a mutua acceptione

²⁴⁰ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 333 § 2; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 45 §2.

²⁴¹ Can. 343.

aestimationeque usque ad varias caritatis significationes et solidam cooperationem procedunt.

Quemadmodum iam antea scripsimus, « plurimum a Concilio Vaticano II ac deinceps est effectum, quod ad Curiae Romanae pertinet reformationem, ad Synodorum constitutionem, ad Conferentiarum Episcopaliū temperationem. Sed multum aequabiliter restat perficiendum, quo melius opportunitas horum necessariorum communionis instrumentorum exprimat, hodie praesertim cum respondere necesse sit cito difficultatibus quibus occurrere debet Ecclesia intra tam veloces nostri temporis mutationes et conversiones».²⁴² Novum idcirco saeculum operosos plus quam umquam nos invenire debet ad extollenda et promovenda rationes atque instrumenta, quibus inter Episcopos et Ecclesias communio efficitur ac praestatur.

Quisque Episcopi actus, quem ipse suo in ministerio pastoralis gerendo facit, semper est actus qui *in Collegio* efficitur. Sive de Verbi ministerio vel propriae particularis Ecclesiae regiminis, vel etiam cuiusdam consilii ministerio explicando agitur, quod capitur una cum aliis in episcopatu Fratribus de ceteris eiusdem Conferentiae Episcopalis Ecclesiis particularibus, in provinciali regionalive ambitu, semper *in Collegio* manet actus, cum efficiatur communione servata cum aliis Episcopis et Collegii Capite ac propria item pastoralis responsalitate interposita. Haec praeterea omnia minime humanae cuiusdam compositionis convenientiae vi efficiuntur, sed sollicitudinis erga ceteras Ecclesias, quae ex eo oritur quod quisque Episcopus in Corpus quoddam Collegiumve inseritur et colligitur. Quisque enim Episcopus, tametsi diversis rationibus, simul Ecclesiae particularis, Ecclesiarum sororum proximarum Ecclesiaeque universalis responsalis est.

Opportune igitur significaverunt Patres synodales: « In communione Episcoporum viventes, singuli Episcopi proprias difficultates passionesque suorum Fratrum Episcoporum tamquam proprias sentiunt. Ut haec episcopalis communio roboretur et evidentior fiat, *singuli Episcopi et singulae Conferentiae episcopales* attente considerent possibilitatem quam eorum habent Ecclesiae, adiuvandi eas quae indigentiores sunt».²⁴³ Scimus talem paupertatem respicere posse tum magnam sacerdotum penuriam aliorumve pastoralium actorum, tum gravem materialium instrumentorum privationem. In utroque nempe casu Evangelii nuntius detrimentum patitur. Hanc propter causam, cum ea re congruentes, quam iam inculcabat Concilium

²⁴² Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 44: AAS 93 (2001), 298.

²⁴³ *Propositio* 30; cfr IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 13: AAS 90 (1998), 650-651.

Vaticanum II,²⁴⁴ Patrum synodaliū in Nos recipimus sententiam qui exoptarunt ut fraterni adiumenti necessitudinibus faveatur inter antiquae evangelizationis Ecclesias et «iuvenes Ecclesias» quae dicuntur, «gemellaria» quoque vincula inducendo, quae in experiētiis et actoribus pastoralibus necnon pecuniarum subsidiis communicandis efficiuntur. Id enim Ecclesiae effigiem veluti «Dei familiae» confirmat, in qua fortiores ad omnium beneficium procurandum debiliores sustinent.²⁴⁵

Communio sic Ecclesiarum vertitur in Episcoporum communionem, quae etiam in benevola illa observantia erga Pastores illos manifestatur, qui magis quam ceteri Fratres atque quasdam propter rationes cum locorum condicionibus conexas, aegritudinibus sunt affecti aut, pro dolor, adhuc afficiuntur, participantes saepius suorum fidelium aegritudines. Quidam Pastorum ordo peculiari observantia est dignus, increbrescentem propter numerum eorum qui hunc ingrediuntur, emeritorum scilicet Episcoporum. In liturgia, qua finis X Coetui Generali Ordinario impositus est, una cum Patribus synodali-bus ipsis mentem Nostram saepenumero rettulimus. Ecclesia universa permagni hos carissimos Fratres facit, qui insignes manent episcopalis Collegii sodales ipsaque de pastoralī praestito et adhuc praestando munere gratum animum patefacit, quoniam adeptam sibi prudentiam experientiamque in communitatis beneficium conferunt. Competens auctoritas hoc eorum patrimonium existimet et adhibeat, in quo etiam pars quaedam magni pretii residet de Ecclesiarum memoria, quas ii per annos rexerunt. Omnimodis danda est opera, ut spiritalis atque oeconomicae tranquillitatis condiciones iis tribuantur, in humano contextu quem ipsi aequē exoptant. Inquiratur porro an eorum facultates usque in Conferentiarum Episcopaliū institutionibus ultra adhiberi possint.²⁴⁶

Ecclesiae catholicae Orientales

60. In eodem communionis inter Episcopos et Ecclesias prospectu synodales Patres peculiarem curam in Ecclesias catholicas Orientales intenderunt, venerandas et antiquas earum traditionum divitias pensantes, quae vivus sunt thesaurus, qui una cum similibus Ecclesiae Latinae testificationibus exstat. Utraeque una simul catholicam Populi sancti Dei unitatem liquidius collustrant.²⁴⁷

²⁴⁴ Cfr. Decr. de pastoralī Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 6,

²⁴⁵ Cf. *Propositio* 31

²⁴⁶ *Propositio* 33

²⁴⁷ *QÆ*, *Propositio* 21.

Nullum exinde est dubium, quin Ecclesiae catholicae Orientales, earum ob spiritalem, historicam, theologiam, liturgicam et disciplinae cognationem cum Ecclesiis orthodoxis aliisque Ecclesiis Orientalibus, quae adhuc non habent plenam cum Ecclesia catholica communionem, perquam peculiarem habeant rationem christianorum, Orientis potissimum, unitatem promovendi. Quod precibus insignique vita christiana eae efficiant oportet, ut omnes Ecclesiae; ipsae proinde, peculiarem veluti operam, ad suam religiosam fidelitatem antiquis traditionibus Orientalibus addendam vocantur.²⁴⁸

Ecclesiae patriarchales earumque Synodus

61. Inter propria Ecclesiarum catholicarum Orientalium instituta eminent Ecclesiae patriarchales. Hae quidem pertinent ad illos coetus Ecclesiarum quae, ut tenet Concilium Vaticanum II,²⁴⁹ divina afflante Providentia, decursu temporum in coetus coaluerunt ordinatim coniunctos et, salva fidei unitate et unica divina constitutione totius Ecclesiae, fruuntur sive propria disciplina proprioque liturgico usu, sive theologico spiritalique patrimonio. Earum peculiaris dignitas ex eo provenit quod, veluti matrices fidei, alias pepererunt Ecclesias, quasi filias, quibuscum artiore vinculo caritatis in vita sacramentali atque in mutua iurium et officiorum reverentia, ad nostra usque tempora conectuntur.

Admodum antiquum hoc patriarchale institutum viget in Ecclesia. Confirmatum in primo Concilio oecumenico Nicaeno, agnitum est in primis Conciliis oecumenicis et etiam nunc est traditionalis regiminis forma in Ecclesiis Orientalibus.²⁵⁰ Ad originem et peculiarem structuram quod attinet, ecclesiasticae est institutionis. Hanc prorsus ob causam Concilium Oecumenicum Vaticanum II «exoptat ut, ubi opus sit, novi erigantur patriarchatus, quorum constitutio Synodo Oecumenicae vel Romano Pontifici reservatur».²⁵¹ Idcirco quicumque apud Orientales Ecclesias potestatem exercet supraepiscopalem et supralocalem — uti Patriarchae et Synodi Episcoporum Ecclesiarum patriarchalium — supremam participat auctoritatem quam in totam Ecclesiam Petri Successor exserit, quam quidem potestatem exercet non tantum respectu habito Primatus Romani Pontificis²⁵² sed etiam officii singulo-

2*8 *Qf. Propositio 22.*

²⁴⁹ Cfr Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, **23**; Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis *Orientalium Ecclesiarum*, **11**.

²⁵⁰ Cfr IOANNES PAULUS II, Const.; Ap. *Sacri canones* (18 Octobris 1990): AAS 82 (1990), 1037.

²⁵¹ Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis *Orientalium Ecclesiarum*, **11**.

²⁵² Cfr Ioannes Paulus II, Const., Ap. *Sacri canones*, (18 Octobris 1990): AAS 82 (1990), 1037.

rum Episcoporum, quin transgrediatur ambitum propriae competentiae, vel liberum circumscribat exercitium eorum functionum.

Relationes enim inter Episcopos Ecclesiae patriarchalis et Patriarcham, qui Episcopus est quoque eparchiae patriarchalis, foventur secundum fundamentum quod antiquitus in Canonibus Apostolorum iam describebatur: «Episcopus singularum gentium scire oportet quis inter eos primus sit, eumque existimare velut caput et nihil magnum sine eius sententia facere, unumquemque autem ea sola agere, quae ad suam parochiam et villas ipsi subiectas pertinent; sed nec praeter omnium conscientiam ille aliquid faciat; sic enim concordiae erit, ac glorificabitur Deus per Christum in Sancto Spiritu». ²⁵³ Hic canon exprimit antiquam consuetudinem synodalitatis in Orientis Ecclesiis, exhibens simul fundamentum theologicum et sensum doxologicum, quoniam perspicue asseritur, synodalem Episcoporum in concordia actionem Deo Uni et Trino cultum et gloriam tribuere.

In synodali igitur vita Ecclesiarum patriarchalium agnoscenda est efficax actio sensus collegialis ministerii episcopalis. Omnes Episcopi rite consecrati participant Synodum suae patriarchalis Ecclesiae quatenus pastores portionis Populi Dei. Attamen, munus «primoris», id est Patriarchae, agnoscitur uti elementum suo modo actionem collegialem constituens. Nulla quidem datur actio collegialis sine primore qua tali agnito. Item synodalitas nec delet nec minuit legitimam cuiusque Episcopi autonomiam in regenda propria Ecclesia; confirmat tamen affectum collegialem inter Episcopos, qui curam adhibent de omnibus Ecclesiis particularibus ad Patriarchatum pertinentibus. Concursio ita patet et uti symphonia inter duo principia, unitatis scilicet Ecclesiae universalis et multiplicitatis Ecclesiarum particularium.

Patriarchali Synodo attribuitur vera regiminis potestas. Illius est enim eligere Patriarcham et Episcopos ad munera intra territorium Ecclesiae patriarchalis, atque candidatos ad episcopatum eligere ad munera extra confines Ecclesiae patriarchalis, qui Romano Pontifici ad nominationem proponuntur. ²⁵⁴ Praeter consensum vel sententiam necessariam ad validitatem quorundam actuum qui Patriarchae competunt, ad Synodum spectat statuere leges ferre, quae vim sortiuntur intra — et si agitur de legibus liturgicis etiam extra — confines Ecclesiae patriarchalis. ²⁵⁵ Synodus insuper, salva competentia Sedis Apostolicae, superius Tribunal est intra fines territorii

²⁵³ Q~~¶~~, *Canones Apostolorum*, VIII, 47, 34: ed. F..X. FUNK, I, 573.575.

²⁵⁴ Cfr *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. 110 § 3 et 149.

²⁵⁵ Cfr *ibid.*, cann. 110 § 1 et 150 §§ 2, 3

eiusdem Ecclesiae patriarchalis.²⁵⁶ Deinde, ad gerenda maioris ponderis negotia quod attinet, praesertim ea quae favent formis rationibusque apostolatus et ecclesiasticae disciplinae innovandis, Patriarcha et Synodus quoque patriarchalis utuntur cooperatione consultiva Coetus patriarchalis, quem Patriarcha quinto saltem quoque anno convocare debet.²⁵⁷

Constitutio metropolitana et Provinciarum ecclesiasticarum

62. Ad promovendam communionem inter Episcopos et solidaritatem inter Ecclesias, efficax methodus est perantiquam roborare institutionem Provinciarum ecclesiasticarum, ubi Metropolitanae instrumentum constituunt et signum sive fraternitatis inter Episcopos provinciae sive eorum communionis cum Romano Pontifice.²⁵⁸ Communis enim actio pastoralis, propter similitudinem negotiorum quae sollicitant Episcopos singulos et propter exiguum eorum numerum, qui maiorem efficaciorumque fert consensum, aptior instituetur apud Coetus Episcoporum eiusdem provinciae ac praesertim apud Concilia provincialia.

Ubi pro bono communi opportunum visum erit erigere Regiones ecclesiasticas, haec functio expleri poterit a coetibus Episcoporum eiusdem regionis vel, quoquo modo, a Conciliis plenariis. Postea huiusmodi confirmandum est quidquid expressum est in Concilio Vaticano II: «Veneranda Synodorum et Conciliorum instituta novo vigeant vigore, quo aptius et efficacius fidei incremento disciplinaeque conservationi in variis Ecclesiis, pro temporum adiunctis, provideatur».²⁵⁹ In iis Episcopi agere poterunt significantes non solum communionem inter seipsos, sed etiam cum omnibus membris portio- nis Populi Dei sibi creditae; talia membra partes habent in Conciliis ad normam iuris.

Quandoquidem in Conciliis particularibus participes sunt etiam presbyteri, diaconi, religiosi, religiosae et laici, quamvis voto tantum consultivo, eo ipso statim communicatio exprimitur non solum inter Episcopos, verum etiam inter Ecclesias. Praeterea Concilia particularia, veluti sollemne tempus ecclesiale, sedulam postulant considerationem in praeparatione, quae omnes fidelium ordines complectitur ita ut reddantur veluti apta sedes ad decisiones potioris ponderis sumendas, praesertim eas quae ad fidem attinent. Locus igitur Con-

²⁵⁶ Cfr *ibid.*, cann. 110 § 2 et 1062.

²⁵⁷ Cfr *ibid.*, cann. 140-143.

258 Cfr *Propositio* 28; *Codex Iuris Canonici*, can. 437 § 1; *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, can. 156 § 1.

²⁵⁹ Decr. de pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, 36.

ciliorum particularium occupari nequit a Conferentiis Episcopalibus, uti clare asserit ipsum Concilium Vaticanum II cum exoptat ut Concilia particularia novo vigeant vigore. Attamen Conferentiae Episcopales validum esse possunt instrumentum ad Concilia plenaria apparanda.²⁶⁰

Conferentiae Episcopales

63. His in proferendis rebus, praetermittere consulto non intenditur momentum et utilitatem Conferentiarum Episcoporum, quae novissimo in Concilio quandam adeptae sunt formam institutionalem, ulterius illustratam in Codice Iuris Canonici et in recenti Motu proprio *Apostolos suos*.²⁶¹ Similia instituta apud Ecclesias catholicas Orientales sunt Coetus Antistitum diversarum Ecclesiarum *sui iuris*, qui in Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium praevidentur « ut communicatis prudentiae et experientiae luminibus et collatis consiliis sancta fiat ad commune Ecclesiarum bonum virium conspiratio, qua unitas actionis foveatur, communia opera iuventur, bonum religionis expeditius promoveatur atque Ecclesiae disciplina efficacius servetur ».²⁶²

Hi coetus Episcoporum, ut declarabant quoque Patres synodales, hodie validum constituunt instrumentum ad collegialem Episcoporum indolem significandam et exsequendam. Qua de re, Conferentiae Episcopales ulterius in plena sua capacitate existimandae sunt.²⁶³ Illae etenim « magnopere adoleverunt officiumque sustinuerunt praeoptati instrumenti alicuius nationis vel territorii, ut sententiae mutuaeque consultationes communicarentur ac cooperatio pro bono Ecclesiae communi ageretur: "ipsae his annis factae sunt solidum quoddam, vivum et efficax ubique terrarum institutum". Earum momentum ex eo oritur quod efficaciter Episcoporum ideoque totius Ecclesiae unitatem iuvant cum sit praevalidum instrumentum ad ecclesiam communionem confirmandam ».²⁶⁴

Quoniam sodales Conferentiarum Episcopaliū sunt tantummodo Episcopi et omnes qui Episcopis dioecesanis iure aequiparantur, quamvis episcopali caractere non sint insigniti,²⁶⁵ earum fundamentum theologicum, diversum

²⁶⁰ Qf. (*iodex Iuris Canonici*, cann. 441, 443.

²⁶¹ Cfr AAS 90 (1998), 641-658.

²⁶² Can. 322.

²⁶³ c. c., *propositiones* 28 et 29

²⁶⁴ IOANNES PAULUS II, Litt. Ap motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 6: AAS 90 (1998), 645-646.

²⁶⁵ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 450.

ac Conciliorum particularium, immediate est collegialis sensus responsalitatibus gubernii episcopalis. Indirecte tantum respicit communionem inter Ecclesias.

Cum tamen Conferentiae Episcopales permanentem constituent structuram quae statis diebus congregatur, earum functio efficax erit si auxiliaris redditur respectu functionis quam singuli Episcopi in sua quisque Ecclesia divino iure exsequuntur. In ambitu enim cuiusque Ecclesiae Episcopus dioecesanus nomine Domini pascit gregem commissum sibi utpote proprio, ordinario et immediato pastori; eiusque actio est omnino personalis, non collegialis, etiamsi affectu communionis animata. Ex eo quod Ecclesiae particulares quibusdam in orbis terrarum partibus congregantur (aliquibus in nationibus, regionibus et ita porro), Episcopi qui iisdem praesident haud coniunctim suam obeunt pastorem curam per collegiales actus, aequales actibus Collegii Episcopalis, quod, tamquam subiectum theologicum, est indivisibile.²⁶⁶ Quapropter Episcopi eiusdem Conferentiae Episcopalis in coetu congregati exercent coniunctim in bonum suorum fidelium quaedam solum munera ex iis quae ex proprio *munere pastoralis* proveniunt, intra limites facultatum sibi tributarum ex iure vel ex mandato Sedis Apostolicae.²⁶⁷

Pro comperto habetur, numero potiores Conferentias Episcopales, ad ministerium suum explicandum pro singulis Episcopis, qui ipsas efformant, bene constitutam compaginem postulare. Attamen vitanda est «burocratica ratio officiorum et commissionum, quae inter plenarios conventus operantur».²⁶⁸ Etenim constat Episcopales Conferentias «una cum commissionibus officiiisque ad Episcopos iuvandos destinari, non ut illorum loco operentur»,²⁶⁹ nec minore ratione ad instituendam structuram mediam inter Sedem Apostolicam et singulos Episcopos. Conferentiae Episcopales validum offerre possunt adiumentum Apostolicae Sedi, propriam ferentes sententiam circa quaestiones specificas communioris indolis.²⁷⁰

Episcopales insuper Conferentiae exprimunt et exsequuntur spiritum collegialem, qui Episcopos congregat et ideo communionem inter varias Ecclesias, praesertim viciniore, artas invicem foventes relationes, ad maius bonum promovendum.²⁷¹ Quod diversimode fieri potest, scilicet per consilia,

²⁶⁶ Qf. IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 10. 12: AAS 90 (1998), 648-650

²⁶⁷ Cfr *ibid.*, nn. 12; 13; 19: *l.m.*, 649-651. 653-654; *Codex Iuris Canonici*, cann. 381 § 1; 447; 455 § 1.

²⁶⁸ IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. motu proprio datae *Apostolos suos* (21 Maii 1998), 18: AAS 90 (1998), 653.

²⁶⁹ *Ibid.*

²⁷⁰ 2-/0 Qf. *Propositio* 25

²⁷¹ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 459 § 1.

congressus, foederationes. Peculiariter prominent continentales Episcoporum conventus, qui tamen numquam assumunt facultates, quibus Conferentiae Episcopales fruuntur. Hi quidem conventus magno sunt illis adiumento ad fovendam inter Episcopales Conferentias diversarum nationum illam cooperationem quae, hoc tempore «globalizationis» uti vocant, necessaria potissimum ostenditur ad provocationes oppetendas et ad veram «globalizationem solidaritatis» exsequendam.²⁷²

Unitas Ecclesiae et dialogus oecumenicus

64. Precatio Domini Iesu pro unitate omnium discipulorum eius (*ut unum sint: Io 17, 21*) cuilibet Episcopo instans est provocatio ad accuratum munus apostolicum exercendum. Fieri nequit ut haec unitas exspectetur tamquam fructus nostri laboris; ipsa quidem praesertim est donum Sanctae Trinitatis Ecclesiae concessum. Hoc tamen christianos non eximit quin omnibus operentur viribus, nisum ineuntes ab oratione, ut iter ad plenam properent unitatem. Precibus concedentes et voluntati Domini eiusque oblationi in Cruce ad filios dispersos in unum congregandos (cfr *Io 11, 52*), catholica Ecclesia irrevocabiliter implicatam se sentit colloquio oecumenico, a quo pendet efficacia testimonii eius in mundo. Idcirco in via dialogi veritatis et amoris perseveretur oportet.

Plures Patres synodales specificam memorarunt vocationem qua cuilibet Episcopus ducitur ad hunc dialogum in propria dioecesi suscipiendum eumque instaurandum *in veritate et caritate* (cfr *Eph 4, 15*). Scandalum enim dissensionis inter christianos ab omnibus percipitur uti signum christianae spei contrarium. Modi specifici ad dialogum oecumenicum promovendum declarati sunt in aptiore mutuaque cognitione inter Ecclesiam catholicam et ceteras Ecclesias et Communitates ecclesiales, quae cum ipsa plena communione non coniunguntur; in congressibus et idoneis inceptis, ac praesertim in testimonio caritatis. Est enim quidam oecumenismus vitae cotidianae, constitutus mutua hospitalitate, auditione et cooperatione, qui singularem sortitur efficaciam.

Praeterea Patres synodales monuerunt quoque de periculo actionum parum perpensarum, quae indicia sunt cuiusdam «oecumenismi impatientis» et iter in actu ad plenam unitatem laedere possunt. Idcirco summi est momenti ut ab omnibus approbentur et ad rem adducantur recta criteria dialogi oecumenici, sicut etiam eadem imprimere oportet in seminariis candidatis ad sacrum ministerium, in paroeciis atque in ceteris structuris ecclesialibus. Ipsa

vita interna Ecclesiae testimonium quoque reddere tenetur de unitate, mutam reverentiam ostendens et sese aperiens amplioribus spatiis in quibus accipiantur diversae traditiones theologicae, spirituales, liturgicae et disciplinares, quae suas quaeque praestantes explicent divitias.²⁷³

Missionalis spiritus in episcopali ministerio

65. Ut membra Collegii episcopalis, Episcopi non solum pro aliqua dioecesi, sed etiam pro totius mundi salute consecrantur.²⁷⁴ Doctrina haec, memorata in Concilio Vaticano II, a Patribus synodalibus iterum est in memoriam revocata, in qua affirmatur quemlibet Episcopum conscium esse debere naturae missionalis proprii ministerii pastoralis. Quaevis igitur eius actio pastoralis missionali spiritu est insignienda, ad fervorem excitandum eumque in fidelium animis servandum pro Evangelii propagatione. Quocirca, Episcopi est suscitare, promovere et moderari in dioecesi activitatem et incepta missionalia, etiam sub aspectu oeconomico.²⁷⁵

Item non minoris ponderis, uti assertum est in Aula synodali, est officium hortandi ad sensum missionalem in propria Ecclesia particulari, promovendo, pro diversis rerum adiunctis, valores fundamentales quales sunt proximum agnoscere, diversas culturas venerari et sincero animo inter eas operari. Item indoles magis magisque pluriculturalis urbium et societatum, praesertim veluti exitus migrationum internationalium, novos generat ordines rerum, unde peculiaris oritur provocatio missionalis.

In Aula synodali quidam interventus sunt quoque habiti, ex quibus aperte ortae sunt quaestiones quaedam circa relationes inter Episcopos dioecesanos et Congregationes religiosas missionales, qua de re in luce posita est instantia profundioris huiusmodi studii. Eodem tempore, agnita est copiosa contributio experientiae, quam Ecclesia particularis discere potest ab ipsis Congregationibus vitae consecratae ad vivum missionalem spiritum inter fideles servandum.

Hoc quidem fervore Episcopus servum et testem spei se praebeat. Missio enim haud dubie sedulum est indicium fidei in Christo et in eius pro nobis dilectione:²⁷⁶ homo cuiusque aevi fide compellitur ad novam vitam, spe animatam. Praedicantes enim Christum resuscitatum, christiani nuntiant Eum,

²⁷³ Qf. *Propono* 60.

²⁷⁴ Qf. *Q. O. N. C. OECUM. VAT. II*, Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes*, 38.

²⁷⁵ *ct.*, *Propositio* 63

²⁷⁶ Qf. *i. O. ANNES PAULUS II*, Litt. Enc. *Redemptoris missio* (7 Decembris 1990), 11: AAS 83 (1991), 259-260.

qui novam historiae aetatem instaurat, atque universo orbi bonum nuntium integralis universalisque proclamant salutis, quae secum fert pignus novae terrae, in qua dolor et iniustitia gaudio et pulchritudini locum cedent. Novo ineunte millennio, cum conscientia penitus exquirat universalitatem salutis atque nuntium Evangelii cotidie renovandum esse persentit, ex synodali Coetu innovatur adhortatio ad navitatem missionalem minime extenuandam, secus enim, ad eam per novam magisque profundam missionalem cooperationem dilatandam.

CAPUT VII

EPISCOPUS CORAM HODIERNIS PROVOCATIONIBUS

Confidite, ego vici mundum (Io 16, 33)

66. Ecclesiam gregi assimilât Sacra Scriptura, «cuius ipse Deus pastorem se fore praenuntiavit et cuius oves, etsi a pastoribus humanis gubernantur, indesinenter tamen deducuntur et nutriuntur ab ipso Christo, bono Pastore Principeque pastorum».²⁷⁷ Nonne suos discipulos «pusillum gregem» vocavit Ipse Iesus, quos est cohortatus ne timerent, verum ut spem colerent? (cfr Lc 12, 32).

Saepenumero hanc suis discipulis cohortationem iteravit Iesus: «In mundo pressuram habetis, sed confidite, ego vici mundum» (*Io 16, 33*). Ad Patrem rediturus, postquam Apostolorum lavit pedes, dixit eis: «Non turbetur cor vestrum» et addidit: «Ego sum via [...] Nemo venit ad Patrem nisi per me» (*Io 14, 1-6*). Hanc Viam, quae Christus est, pusillus grex, Ecclesia nempe, est ingressa, quam Ipse dirigit, Bonus Pastor, qui «cum proprias omnes emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius» (*Io 10, 4*).

Ad Christi Iesu imaginem eiusque in vestigiis Episcopus quoque exit mundo eum nuntiaturus Salvatorem hominis, cuiusque hominis. Evangelii missionarius, Ecclesiae nomine agit, quae humanitatis est experta ac nostrae aetatis hominibus proxima. Quocirca Episcopus, evangelico radicalismo roboratus, fallaces ideologías detegere, bona vindicare quae ideologicis iudiciis proculcantur, veritatem dignoscere debet. Ipse cum Apostolo iterare se posse novit: «In hoc enim laboramus et certamus, quia sperantes

²⁷⁷ CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 6

sumus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium» (1 Tim 4, 10).

Episcopi tunc operam illa *parresia* notabit, quae ex Spiritu operante oritur (cfr Act 4, 31). Quocirca a se ipso recedens Iesu Christi nuntiandi causa, Episcopus fidenter atque animose suum munus sumit, «*factus pontifex*», «pons» vere factus ad omnes homines intendens. Pastoris studio permotus exit ipse ad oves perquirendas, Iesum persequens, qui effatur: «Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient et fient unus grex, unus pastor» (Io 10, 16).

Iustitiae pacisque auctor Episcopus

67. Intra hanc missionarii officii provinciam, synodales Patres iustitiae prophetam designaverunt Episcopum. Praepotentium bellum adversus debiles, hodie magis quam praeterito tempore, latas scissuras inter divites ac pauperes egit. Pauperes sicut legiones numerantur! Intra quendam oeconomiae ordinem iniquum, ubi praegraves structurarum vigent incongruentiae, a vita sociali exclusorum condicio in dies ingravescit. In complures terrae partes fames ingruit, cum alibi opes rerumque copiae adsunt atque pauperes praesertim, iuvenes, perfugae, gravissimis his inaequalitatibus premuntur. Multis quoque in locis mulier dedecoratur in sua personae dignitate, quae hedonisticae ac materialisticae culturae subicitur.

Contra ac saepe intra has iniustitiae condiciones, quae contentionum mortisque necessario reserant ianuam, Episcopus defensor stat iurium hominis, ad Dei imaginem similitudinemque creati. Is moralem Ecclesiae doctrinam enuntiat, ad vitae ius tuendum inde ab ortu usque ad naturalem exitum; socialem Ecclesiae quoque doctrinam enuntiat, quae in Evangelio innititur atque studiose debiles defendendos curat, se faciens vocem illorum qui voce carent, eorum sustinendo iura. Procul dubio socialis Ecclesiae doctrina in condicionibus etiam gravioribus spem gignere potest, quandoquidem si nulla est pauperibus spes, nulla erit cuiquam, ne divitibus quidem qui dicuntur.

Episcopi terrores ac genocidium strenue damnaverunt itemque pro iis qui lugent propter iniurias, qui persecutiones patiuntur, qui opere carent, pro pueris variis gravissimisque modis vexatis vocem intenderunt. Ad sanctae Ecclesiae similitudinem, quae in mundo intimae cum Deo coniunctionis unitatisque totius generis humani est sacramentum,²⁷⁸ Episcopus quoque est

²⁷⁸ Cf. *ibid.*, 1

pauperum defensor ac pater, de iustitia hominumque iuribus est sollicitus, spei est lator.²⁷⁹

Patrum synodaliū verbum, ac Nostrum, manifestum fuit ac grave. «Facere non potuimus quin, Synodo vertente, resilientem vocem multorum aliorum multitudinis casuum audiremus [...] Moralis ordo prorsus est commutandus [...] Nonnulla pandema mala, per diu parum ponderata, integras multitudines ad desperationem adducere possunt. Numne continuatae famis summaeque paupertatis drama silentio praeterimus, tempore nimirum quo homines plus quam umquam humanitati aequae bonorum communicationis suppetunt instrumenta? Facere non possumus quin Nostram necessitudinem perfugarum migrantium que multitudine ostendamus, qui propter bella, politicas oppressiones vel oeconomicas discriminationes, suum solum relinquere coguntur, opus quaesituri pacisque spem habituri. Adsunt calamitates pestilenti aere procuratae, illius morbi AIDS, ut aiunt, augmentum, litterarum ignoratio, nullum futurum aevum tot puerorum iuvenumque qui in viis relinquuntur, mulierum abusus, pornographia, intolerantia et improbabilis religionum ad vim inferendam abusus, medicamenti stupefactivi mercatus armorumque commercium: index non est absolutus! Attamen, his in omnibus difficultatibus licet versentur, humiles attollunt caput. Eos Dominus respicit et sustentat: 'Propter miseriam inopum et gemitum pauperum, nunc exsurgant dicit Dominus' {Ps 12[11], 6}».²⁸⁰

His gravissimis rebus modo descriptis, sequitur congruenter necessarioque ut pax invocetur ac sustineatur. Semper namque operantur quaedam contentionum officinae, quas hereditate tradiderunt superius saeculum totumque millennium. Ne locorum quidem dimicationes desunt, quae inter culturas et nationes magnas scissuras producunt. Taceamusne de religionis fundamentalismis, qui iugiter inimici sunt dialogi ac pacis? Complures orbis regiones pulveris pyrii repositoario assimilantur, quod in eo est ut explodat et in humanam familiam maximos dolores inferat.

Hasce inter condiciones enuntiare pergit Ecclesia Christi pacem, qui in sermone montano «pacificorum» (cfr *Mt* 5, 9) beatitudinem proclamavit. Pax omnium est officium, quae ex innumeris cotidianisque parvis vitae actibus manat. Ipsa suos prophetas artificesque desiderat, qui in primis in communitatibus ecclesialibus deesse non possunt, quarum Episcopus est

2 79 *Qf. p. p. it. m.* 54-55

*** SYNODUS EPISCOPORUM, X COETUS GENERALIS ORDINARIUS, *Nuntius* (25 Octobris 2001), 10-11: *L'Osservatore Romano*, 27 Octobris 2001, p. 5.

pastor. A Iesu sumens exemplum, qui venit ut captivis remissionem... et annum Domini acceptum praedicaret (cfr *Lc* 4, 16-21), is usque paratus erit ad hoc ostendendum, christianam spem cum totius hominis societatisque promovendae studio arte coniungi, quemadmodum Ecclesiae doctrina socialis docet.

Coram exinde bellorum, pro dolor!, haud raris condicionibus, si sunt, Episcopus, etiam cum populum ad propria iura tuenda cohortatur, semper debet monere christiano in quovis casu ultionem esse seponendam et veniam dandam hostibusque dilectionem.²⁸¹ Sine enim venia abest iustitia. Licet difficulter recipiatur, quod affirmatur omnibus prudentibus hominibus perspicuum apparet: vera pax venia tantum componitur.²⁸²

Inter religiones dialogus, potissimum pro mundi pace

68. Quemadmodum variis in occasionibus iteravimus, inter religiones dialogus paci gentium inservire debet. Religionum enim traditionibus necessaria ad dissipationes superandas ac mutuam populorum amicitiam observantiam que iuvandam suppetunt subsidia. Synodus monuit ut una cum populorum curatoribus auctores sint Episcopi congressionum, ut attente dissensiones ac vexantia orbem bella perpendant, sic ut perviae reperiantur viae ad iustitiae, concordiae pacisque communem operam procurandam.

Dialogi inter religiones de pace momentum vehementer extulerunt synodales Patres iique Episcopos rogaverunt, ut novas consensionis aperiendas vias in cuiusque dioecesis curarent. Novae viae ad pacem insuper pandi possunt per religiosae libertatis confirmationem, cuius fecit mentionem in Decreto *Dignitatis humanae* Concilium Vaticanum II, per educationis itemque operam in novarum generationum beneficium, atque recte communicationis socialis adhibitis instrumentis.²⁸³

Inter religiones tamen dialogus, qui praevidetur, latior est atque hanc ob causam Patres synodales confirmarunt partem esse illum novae evangelizationis, hac praesertim aetate, cum, magis multo quam praeteritis temporibus, iisdem in regionibus, iisdem in urbibus, in cotidiana vitae operis locis, homines diversarum religionum sectatores simul vivunt. Inter religiones igitur dialogus a multarum christianarum familiarum cotidiana vita postulatur

²⁸¹ Q£. *Propositio* 55.

²⁸² Qf. JOANNES PAULUS II, *Messaggio per la Giornata Mondiale della pace 2002* (8 Decembris 2001), 8: AAS 94 (2002), 137.

²⁸³ Qj. *Propositiones* 61 et 62.

atque hanc quoque propter rem Episcopi, sicut fidei magistri ac Dei Populi pastores, ei congruam curam praestare debent.

Eo quod una vivunt cum aliarum religionum hominibus christiani, peculiari stringuntur iidem officio singularitatem universalitatem que mysterii Christi salvifici testificandi deindeque Ecclesiae necessitatem veluti pro cunctis hominibus salutis instrumenti. « Dum assertione huius veritatis ad fidem pertinentis nihil adimitur sinceræ aestimationis qua Ecclesia prosequitur religiones mundi huius nostri, simul vero a radice excluditur mentis ille habitus relativismi religiosi vestigiis impressi, qui ad putandum inducit « aliam religionem tantidem esse ac aliam ».²⁸⁴ Quapropter liquet prorsus inter religiones dialogum nuntii ac fidei propagationis numquam fungi vice posse, quippe quae principalem praedicationis, catechesis Ecclesiaeque missionis constituent finem.

Quod palam et citra ambiguitatem affirmatur hominis salutem ex redemptione pendere, quam Christus fecit, haud obstat quominus cum aliis religionibus instituat dialogus. Praeterea christianae spei profitendae sub lumine non erit obliviscendum eandem ipsam inter religiones dialogi fundamentum iacere. Sicut namque in conciliari Declaratione *Nostra aetate* affirmatur, « una enim communitas sunt omnes gentes, unam habent originem, cum Deus omne genus hominum inhabitare fecerit super universam faciem terrae, unum etiam habent finem ultimum, Deum, cuius providentia ac bonitatis testimonium et consilia salutis ad omnes se extendunt, donec uniantur electi in Civitate Sancta quam claritas Dei illuminabit, ubi gentes ambulabunt in lumine eius ».²⁸⁵

Civilis, socialis atque oeconomica vita

69. Sua in pastoralis sollicitudine Episcopus amoris iustitiaeque necessitatibus deesse non potest, quae ex socialibus oeconomicisque condicionibus hominum pauperiorum oriuntur, in quibus desertis atque vexatis peculiare imagines Iesu totidem respicit christifidelis. Eorum intra ecclesialem civilemque communitatem praesentia fidei nostrae christianae sinceritatem experitur.

Aliquid de implicata illa re, quam globalizationem appellant, dicere velimus, quae una est ex praesentis mundi peculiaritatibus. Etenim rei oeconomicae, nummariae et culturae item in unum globum coacervatio, seu « glo-

²⁸⁴ CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Decl. *Dominus Iesus* (6 Augusti 2000), 22: AAS 92 (2000), 763.

²⁸⁵ N. 1.

balizatio », ut aiunt, adest, quae pedetemptim, propter progressus qui cum informatica arte iunguntur, roboratur. Quemadmodum alias diximus, ipsa aere iudicium requirit, ut bona malaque dignoscantur necnon varia consecraria, quae Ecclesiae cunctoque hominum generi contingere possunt. Hanc ad operam multum conferre possunt Episcopi, qui usque necessitatem memorabunt ad caritatis globalizationem perveniendi, minime quibusdam ad extremam societatem detrusis. Hac de re synodales quoque Patres « globalizationis caritatis » provehendae officium memoraverunt, considerantes hoc in eodem ambitu de publico debito condonando quaestiones, quod rem oeconomicam tot gentium in discrimen obicit, dum socialem politicumque earum progressum cohibet.²⁸⁶

Haud hanc sic gravem materiem retractantes, tantum praecipua iteramus, iam alibi tractata: hac in re Ecclesiae mens ad tria essentialia et confinia vertitur, scilicet ad humanae personae dignitatem, solidaritatem et subsidiaritatem. Itaque « res oeconomica globalizata sub iustitiae socialis principiorum lumine expediri debet, potiore partem pro pauperibus, qui oeconomiam globalizatam cavere possint, ac simul boni communis internationalis postulata servando ». ²⁸⁷ In solidaritatis vim dynamicam inserta, globalizatio homines iam non ad marginem reducere potest. Solidaritatis namque globalizatio recta ex caritate illa universali pendet, quae est Evangelii anima.

Rerum naturae tutela mundique creati custodia

70. Synodales Patres oecologiae quaestionis ethicis quoque rationes memoraverunt.²⁸⁸ Re quidem vera quod alta quadam significatione solidaritas globalizanda memoratur, id quoque, et instanter quidem, ad mundi creati attinet tutelam terraeque bona. « Creaturae gemitus », cuius Apostolus facit mentionem (cfr *Rom* 8, 22), inversis hodie rationibus contingere videtur, quoniam de eschatologica intentione iam non agitur, in exspectatione revelationis filiorum Dei (cfr *Rom* 8, 19), verum de quodam mortis spasmo, qui hominem ipsum arripere conatur ut eum destruat.

Hic namque sua fraudulentiore pravioreque specie oecologiae quaestio manifestatur. Reapse « altius graviusque moralium implicationum signum, quae in oecologiae quaestione versantur, vitae respicit observantiam, quae deest, quaeque in compluribus inquinantibus agendi rationibus observatur.

²⁸⁶ Qf. *Propositio* 56.

²⁸⁷ IOANNES PAULUS II, Adhort. Ap. post-synodalis *Ecclesia in America* (22 Ianuarii 1999), 55: AAS 91 (1999), 790-791

²⁸⁸ Qf. *propositio* 56.

Faciendarum rerum saepe rationes potiores sunt quam opificis dignitas atque economiae bonum singularum personarum, si non universarum prorsus gentium, antefertur. His in casibus, inquinatio delectivae innaturalisque destructio, nonnumquam vero prae se fert hominis contemptum». ²⁸⁹

Omnino liquet non modo oecologiam physicam in discrimine versari, scilicet variorum animantium *domicilium* in periculum committi, verum etiam *humanam oecologiam*, quae praecipuum vitae omne genus bonum tueatur atque futuris generationibus locum quendam comparet, qui, ut fieri potest, Creatoris consilio proximus sit. Quapropter *oecologica conversio* opus est, cui operam praestabunt Episcopi, congruam docentes cum rerum natura necessitudinem. Doctrinae de Deo Patre sub lumine, caeli et terrae Creatore, de « ministeriali » necessitudine agitur: homo namque, Creatoris minister, medium creationis occupat locum.

Ministerium Episcopi valetudini consulens

71. Sollicitus de homine Episcopus cogitur ad imitandum Iesum, vere « bonum Samaritanum », compassione plenum et misericordia, qui ullo absque discrimine de homine curam adhibet. Valetudinis tutela inter hodiernas provocationes praecipuum tenet locum. Plurima sunt adhuc, pro dolor!, aegrotationis genera quae variis in orbis terrarum regionibus saeviunt et, quamvis humanae scientiae celerrimo progrediantur gradu, ad novas quaerendas solutiones vel subsidia, quo melius morbos oppetant, novae usque exoriuntur rerum condiciones, quibus physica et psychica valetudo debilitatur.

In dioecesana circumscriptione quilibet Episcopus, expertis suffultus personis, vocatur ad navitatem « Evangelium Vitae » omnino proclamandi. Studium ad medicinam et infirmorum assistentiam humanas reddendas ex parte christianorum qui dolentibus hominibus proximos sedulo se praebent, in singulorum animis suscitant figuram Iesu, corporum animarumque medici. Ex monitionibus quas suis Apostolis tradidit, hortationem ad infirmos curandos non neglexit (*cf. Mt 10, 8*). ²⁹⁰ Hac de re, ordinatio et promotio accommodatae rei pastoralis pro valetudinis administris in corde Episcopi primatum habeant.

Peculiarem in modum Patres synodales adducti sunt sollicitudinem enixe exprimere provehendi authenticam « vitae culturam » apud hodiernam societatem: Id quod forsitan magis permovet nostrum animum Pastorum est

²⁸⁹ IOANNES PAULUS II, *Messaggio per la Giornata Mondiale della Pace 1990* (8 Decembris 1989), 7: *AAS* 82 (1990), 150.
²⁹⁰ *et. Propositi* 57

contemptio vitae a conceptione usque ad eius conclusionem, simul cum dissolutione familiae. Ex parte Ecclesiae *repudiatio* abortus et euthanasiae est *confirmatio* vitae, *confirmatio* originalis bonitatis creationis, *confirmatio* quae attingere potest singulos homines in sacello conscientiae, *confirmatio* familiae, primae spei cellulae, in qua Deus sibi complacet eam hortans ut «ecclesia domestica» efficiatur.²⁹¹

Pastoralis cura Episcopi erga migrantes atque itinerantes

72. Motus populorum insuetam in praesens adepti sunt magnitudinem et sese ostendunt frequentissimos, qui ingentem hominum numerum complectuntur. Ex quibus, plures sunt qui se amovent vel fugiunt ex terra patria ob bellicas conlictationes, ob oeconomicam iacturam, ob politicos ethnicos socialesque incursus et ob naturae calamitates. Omnes huiusmodi migrationes, quamvis inter se diversae, graves proponunt quaestiones nostris communitatibus de iis quae attinent ad problemata pastoralia qualia sunt evangelizatio et dialogus inter religiones.

Quocirca opportunum est ut in dioecesi provideatur instituendis structuris aptis ad hospitalitatem et pastoralementem curam horum hominum, secundum varias cuiusque condiciones. Necesse est etiam cooperationi inter dioeceses finitimas favere, ut efficacius et aptius vindicetur servitium, quo etiam consulatur ut sacerdotes et operatores laici, praecipui munifici et prompti, formentur ad hoc necessarium servitium, id maxime quod afficit quaestiones naturae legalis quae surgere possunt ex harum personarum locatione in novo ordine sociali.²⁹²

In hoc contextu Patres synodales, provenientes ex Ecclesiis catholicis Orientalibus, iterum agitarunt illam quaestionem, novam quibusdam sub aspectibus et gravia afferentem detrimenta quoad concretam vitam, nempe de earum communitatum fidelibus emigrantibus. Contingit enim ut innumeri christifideles, qui ad catholicas Ecclesias Orientales pertinent, extra terram originis et extra sedes hierarchicas orientales habitu stabiliterque commorentur. Agitur enim, uti patet, de quodam rerum statu qui cotidie conscientiam Pastorum sollicitat.

Hac de re, Synodus Episcoporum necessarium etiam censuit methodos exquirere, quibus Ecclesiae catholicae, sive Orientales sive Occidentales, statuere possint opportunas et idoneas structuras pastorales, ut responderi va-

²⁹¹ Cfr. SYNODUS EPISCOPORUM, X COETUS GENERALIS ORDINARIUS, *Nuntius* (25 Octobris 2001), 12: *L'Osservatore Romano*, 27 Octobris 2001, p. 5.

2S2 Qf. *Proportio* 58.

leat exigentiis horum fidelium extra patriam degentium.²⁹³ Attamen Episcopi loci graviter tenentur, quamvis diversi sint ritus, pro his fidelibus ritus Orientalis esse veri Patres, qui, ad pastorem curam quod attinet, tueantur eorum religiosa et peculiariter culturalia bona, in quibus nati sunt et prima christiana didicerunt formationis rudimenta.

Hi quidam sunt tantum ex aspectibus in quibus et christianum testimonium et episcopale ministerium gravi implicantur instantia. Cura assumendi obligationes quae afficiunt universum orbem, illius problemata, provocationes, expectationes, ad officium nuntiandi Evangelium spei pertinet. In periculo enim semper versatur futurum hominis, quatenus hic « in spe vivit ».

Facile intellegi potest cur, quandoquidem provocationes acervantur, quibus spes subicitur, temptatio exoriatur haesitationis et diffidentiae. Christianus tamen novit se condiciones adhuc graviore oppetere posse, quoniam suae fundamentum spei est in mysterio Crucis et Resurrectionis Domini positum. Christianus hinc tantummodo virtutem haurire potest ut promptum se exhibeat ad servitium Dei, qui salutem et integram hominis liberationem exoptat.

CONCLUSIO

73. Harum scaenarum in prospectu, tam implicatarum Evangelii nuntiandi gratia, in memoriam quasi sua sponte panum multiplicatorum narratio revocatur, quam Evangelia describunt. De multitudine Iesu suam dubitationem manifestant discipuli, quae eius verbi cupida in solitudinem usque eum est persécuta, iidemque suadent: « *Dimitte turbam...* » (Lc 9, 12). Fortasse timent atque revera nesciunt, quo pacto tam magnae multitudinis personarum famem depellant.

Similis motus ex animo nostro oriri potest, propter quaestionum magnitudinem paene abiecto, quae Ecclesiam ac nosmetipsos Episcopos interrogant. Hac in re ad illam novam *caritatis phantasiam* decurrere oportet, quae non modo et non tam efficacibus praestitis subsidiis explicari debet, sed magis facultate ad indigentes accedendi, dum pauperibus facultas datur unamquamque communitatem christianam putare veluti propriam domum.²⁹⁴

²⁹³ *ct.*, *Proposa* 23.

²⁹⁴ Cfr IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 50: AAS 93 (2001), 303.

Iesus autem propria ratione utitur ut hasce quaestiones solvat. Quasi Apostolos lacessendo, dicit: «Vos date illis manducare» (*Lc* 9, 13). Narrationis exitum bene novimus: «Et manducaverunt et saturati sunt omnes; et sublatum est, quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim» (*Lc* 9, 17). Cuius copiae reliquum hodie etiam in Ecclesiae vita adest!

Tertii millennii Episcopi rogantur ut id faciant quod saeculorum decursu ad nostram usque aetatem tot sancti Episcopi fecerunt. Quemadmodum egit sanctus Basilius, ut aliquod supponamus exemplum, qui iuxta Caesaream magnum deversorium excipiendis pauperibus condere voluit, verum caritatis oppidulum, quod ex eo nomen duxit Basiliadis: in quo hoc elucet: «caritas ex operibus certissima vi confirmat caritatem ex verbis».²⁹⁵ Haec est semita quae nobis est calcanda: Bonus Pastor unicuique Episcopo suum gregem commendavit, ut eundem verbo alat exemploque formet.

Unde igitur nos Episcopi necessarium panem sumemus ut ad interrogationes respondeamus, quae intra extraque Ecclesias et Ecclesiam exstant? Sicut Apostoli cum Iesu conqueramur: «Unde nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?» (*Mt* 15, 33). Quae sunt «loca» unde subsidia sumamus? Paucis quaedam praecipua enuntiamus.

Primum nostrum transcendens subsidium est Dei caritas diffusa... «in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis» (*Rom* 5,5). Amor quo Deus nos dilexit talis est ut nos semper sustentare possit in rectis viis reperiendis, quibus viri mulierisque cor attingere possimus. Singulis momentis, sui Spiritus virtute, amandi atque aptiores pulchrioresque amoris inveniendi formas nobis dat copiam Dominus. Ad Evangelio inserviendum vocati pro mundi spe, scimus hanc spem haud ex nobis profluere, sed ex Spiritu Sancto qui «non cessat in hominis corde spei custos esse: spei videlicet omnium humanarum creaturarum, earum maxime, quae "Spiritus primitias habent" et "redemptionem corporis expectant"».²⁹⁶

Subsidium alterum est Ecclesia, in quam per Baptismum una cum tot nostris fratribus sororibusque inserimur, quibuscum unum Patrem agnoscimus atque unum Spiritum bibimus sanctitatis.²⁹⁷ Ut «domum scholamque communionis» exstruamus Ecclesiam hodierna condicio nos impellit, si respondere volumus iis quae a nobis mundus requirit.²⁹⁸

²⁹⁵ *Ibid.*

²⁹⁶ IOANNES PAULUS II, Litt. Enc. *Dominum et Vivificantem* (18 Maii 1986), 67: AAS 78 (1986), 898.

²⁹⁷ *Qf.* TERTULLIANUS, *Apologeticum*, 39, 9: CCL 1,151.

²⁹⁸ Cfr IOANNES PAULUS II, Ep. Ap. *Novo millennio ineunte* (6 Ianuarii 2001), 43: AAS 93 (2001), 296.

Nostra in episcopali coetu communio, in quam sumus per consecrationem inserti, magnus est quoque thesaurus, utpote quae validissimum sit fulcimentum ad temporis signa attente legenda eaque dignoscenda quae Spiritus Ecclesiis dicit. In Episcoporum Collegii corde subsidium ac Successoris Petri apostoli solidaritas adsunt, cuius suprema universalisque potestas haud abrogat, immo Episcoporum, Apostolorum successorum, potestatem affirmat, roborat vindicatque. Hoc in rerum prospectu magni est momenti communionis instrumenta ad Concilii Vaticani II praescripta probe usurpare. Etenim nullum est dubium quin quaedam existant condiciones — et hodie haud paucae exstant — in quibus singula particularis Ecclesia et etiam plures viciniore Ecclesiae inhabiles sint vel re nequeant negotia magni ponderis congruenter expedire. His potissimum in condicionibus communionis episcopalis adhibita instrumenta verum auxilium praebere possunt.

Postremum, proximumque Episcopo subsidium, ut «panem» inquirat ad suorum fratrum famem levandam, est eius particularis Ecclesia, dum spiritualitas communionis ex ea veluti educandi principium emergat «omnibus iis locis, ubi homo efformatur et christianus, ubi altaris comparantur ministri, consecrati homines ac pastorales operarii, ubi familiae instituuntur et communitates».²⁹⁹ Hic inter Synodi Episcoporum x Coetum Generalem Ordinarium ceterosque tres Coetus generales, qui eum proxime antecesserunt, coniunctio denuo manifestatur. Quandoquidem numquam solus est Episcopus, solus non est in universali Ecclesia ac ne particulari quidem in sua propria Ecclesia.

74. Hac ratione Episcopi officium novo millennio ineunte liquido describitur. Omnium temporum est officium Christi Evangelium enuntiare, qui est mundi salus. At de munere agitur quod novis necessitatibus notatur, quae omnium Populi Dei partium concordem requirunt operam. Episcopi adhibendi habere copiam poterit presbyterii dioecesani participes, diaconos, sanguinis Christi caritatisque ministros; sorores fratresque consecratos, qui in Ecclesia mundoque ad Dei principatum in vita christiana palam itemque eius amoris coram condicionis humanae infirmitate potentiam testandam vocantur; fideles tandem laicos, quorum auctae apostolatus in Ecclesia potestates peculiare fulcimentum singularisque solaminis causam Pastoribus comparant.

Harum deliberationum advenientes ad terminum conscii Nobis sumus x Coetus Generalis Ordinarii Synodi Episcoporum argumentum unumquemque

²⁹⁹ *Ibid.*

nostrum, qui Episcopi sumus, ad nostros cunctos fratres sororesque in Ecclesia ac ad omnes viros feminasque in orbe nos disponere. Ad eos Christus nos mittit, quemadmodum olim Apostolos misit (cfr *Mt* 28, 19-20). Hoc nostrum est munus, ut singulis personis, eminentem in modum et conspicuum, vivum simus Iesu Christi signum, Magistri, Sacerdotis atque Pastoris.³⁰⁰

Christus Iesus igitur imago est ad quam, Venerabiles in episcopatu Fratres, ad nostrum spei praeconis ministerium explicandum respicimus. Eius ad similitudinem nos quoque nostram existentiam impendere debemus illorum pro salute, qui nobis committuntur, nuntiantes et celebrantes amoris misericordis Dei de morte peccatoque victoriam.

Munus hoc nostrum Virginis Mariae intercessioni commendamus, Ecclesiae Matris Apostolorumque Reginae. Ea, quae in Cenáculo preces sustinuit Collegii apostolici, nobis impetret gratiam numquam amoris mandatum deserendi, quod Christus nobis concredidit. Verae vitae testis, Maria « quoadusque advenerit dies Domini, tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei — ideoque peculiarem in modum nobis, cuius sumus Pastores — praelucet ».³⁰¹

Datum Romae, apud S. Petrum, die xvi mensis Octobris, anno **MMIII**, vicesimo quinto anniversario die electionis Nostri ad Pontificatum.

IOANNES PAULUS PP. II

³⁰⁰ Qf. c o n c OEUM VAT. II, Const dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 21.

³⁰¹ *Ibid.*, 68.

LITTERAE DECRETALES

quibus beato Iosepho Freinademetz Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrī facerem; omnibus omnia factus sum, ut aliquos utique facerem salvos. Omnia autem facio propter Evangelium, ut comparticeps eius efficiar » (1 Cor 9, 22-23).

Haec verba Apostoli Pauli illuminaverunt vitam beati Iosephi Freinademetz, qui sacerdotalem et missionalem suum ardorem consummavit in ministerio Ecclesiae et populi Sinensis adeo ut cupiverit tamquam Sinensis mori atque inter illius Nationis filios sepeliri. Hic testis Christi natus est die xv mensis Aprilis anno MDCCCLII in *Oies*, parvo oppido inter Alpes dolomiticas, in Italia septentrionali. Eodem die baptizatus est atque in familia sua didicit fidem simplicem simulque fortem. Iam sicut alumnus theologiae apud Seminarium maius Brixinense coepit serio de missionibus «ad gentes» cogitare tamquam vitae suae proposito. Die xxv mensis Iulii anno MDCCCLXXV presbyter ordinatus accessit ad communitatem Sancti Martini in Badia, ubi celeriter aestimationem dilectionem que populi lucratus est. At omni hoc tempore non dereliquit missionalem suam aviditatem. Post duos annos a suscepta ordinatione, comprobante suo Episcopo, mense Augusto anni MDCCCLXXVIII Iosephus ingressus est domum missionalem *Steyl*, Societatis Verbi Divini, a Beato Amoldo Janssen conditae. Die II mensis Martii insequentis anni accepit crucem missionariam et Sinas petivit. Duos per annos mansit apud *Hong Kong*, diligenter se praeparans ad missionem in Shantung Australi, provincia scilicet Sinensi duodecim habente miliones incolarum ac solum centum duode-sexaginta baptizatos. Anni fuerunt laboriosi ob itinera longa et difficilia, latronum incursiones opusque arduum primas communitates christianas instituendi. Vix quaedam communitas ab eo constituta sola vivere valeret, statim Episcopi iussu omnia relinquere et alio loco incipere monebatur. Beatus Iosephus cito intellexit laicorum auxilium magni momenti esse in prima evangelizatione. Eorum ideo institutioni multos dicavit conatus iisque manua-lem librum paravit catecheticum lingua Sinensi. Eodem tempore dedit se spirituali praeparationi et continuae formationi sacerdotum Sinensium aliorumque missionariorum. Varia explebat officia et munera: missionis fuit ad-

ministrator, Seminarii rector, spiritus moderator primi manipuli sacerdotum Sinensium, Superior provincialis. Auctoritatem suam exercebat semper uti frater maior; aestimatus est ob suum testimonium vitaeque exemplum magis quam propter officium quod gerebat. Tota eius vita denotata est studio ut Sinensis inter Sinenses fieret. Anno **MCM**, post viginti annos impensi operis apostolici, propositum est ei ut in Europam re verteretur ad xxv anniversariam memoriam conditionis Congregationis. Ipse vehementer recusavit. Nam hoc tempore in Sinis grassabatur seditio eorum qui appellabantur *Boxer*. Germaniae magistratus iusserunt missionarios refugere in portum *Tsingtau*, quo melius protegerentur. Beatus Iosephus, plane conscius periculi cui occurrebat, decrevit tamen in statione missionaria *Puoli* manere cum suis christianis. Anno **MCMVii**, Episcopo eius iter per Europam faciente, Preinademetz debuit assumere dioecesis administrationem. Tunc extemplo exarsit lues typhi. Beatus veluti bonus pastor minime sibi parcens aegrotantibus assistebat, donec ipse morbum sibi contraxit. Statim reversus est *Taikiam*, sedem in principem Missionariorum Verbi Divini, ubi mortuus est die xxviii mensis Ianuarii anno **MCMVIII**. Sepultus est sub XII statione Viae Crucis et ad sepulcrum eius brevi christiani preces suas dirigebant atque peregrinationes. Beatus Iosephus Freinademetz noverat cernere ac penitus diligere magnitudinem culturae populi ad quem erat missus. Vitam suam dedicavit nuntiando Evangelio, id est nuntio divinae caritatis erga homines, eandemque caritatem in communione christianarum communitatum Sinensium nitebatur inculcare. Ideo hortabatur has communitates ut solidales sese aperirent ceteris civibus populi sui. Plurimis Sinensibus ardorem excitabat ut missionarii fierent inter suam plebem veluti sacerdotes, catechistae, religiosi viri et mulieres. Omnis vita eius hoc ostendebat quod ipse saepe repetere solitus est: «Lingua quam omnes intellegunt caritas est». Propter diffusam famam sanctitatis anno **MCMXXXVI** incohatus est Processus beatificationis et canonizationis in Vicariatu Apostolico Ienceuensi. Servatis ex iure servandis, Decessor Noster Paulus VI die XIX mensis Octobris anno **MCMLXXV** sollemniter eum titulo beati decoravit. Anno **MCMXCix** Episcopus Nagoyaënsis incohavit processum canonicum de quadam mira sanatione iuvenis menonitae Jun Yamada, anno **MCMLXXXVII** effecta. Deinde die xx mensis Decembris anno **MMIII** Nobis coram promulgatum est Decretum super miraculo, quod eiusdem Beati intercessionis adsignatum erat. Excipientes favens votum Patrum Cardinalium et Episcoporum die vii mensis Martii anno **MMIII** in Consistorio coadunatorum, decrevimus ut ritus canonizationis Romae ageretur die v insequentis mensis Octobris. Hodie igitur, una cum ingenti coetu Pastorum et Christifidelium ex multis populis

et regionibus proveniente, invocato Spiritus Sancti auxilio, in foro ante Basilicam Petrianam inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:

«Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Daniele Comboni, Arnoldum Janssen et Iosephum Freinademetz Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuantes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et *Filii* et Spiritus Sancti ».


Deinde Ipsi Nos debite venerati sumus novum Sanctum, extollentes virtutes et merita eius, praesertim impensum sane studium apostolicum in propaganda christiana fide, spe et caritate, prudentem inculturationem, ac denique heroicum eius exemplum deditiois aegrotis lue affectis curandis.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime quibuslibet efficientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die quinto mensis Octobris, anno Domini bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 552.395

EPISTULA

Dilecto Fratri Bartholomaeo I Patriarchae Constantinopolitano

All'amato Fratello Bartolomeo I, Patriarca di Costantinopoli

1. E ancora viva nel mio cuore la gioia per il nostro incontro sul Sagrato di questa Basilica Vaticana, il 29 giugno di quest'anno, in occasione della festa dei Santi Apostoli Pietro e Paolo. Ed ecco che, ora, il Signore nella sua benevolenza ci ridona la possibilità di realizzare qui, presso la tomba dell'apostolo Pietro, un altro incontro fraterno nell'amore, nella preghiera e nella volontà di camminare insieme verso quella piena e visibile unità che Cristo vuole per i suoi discepoli.

L'occasione ci è data dalla comune venerazione per le reliquie dei Santi Gregorio il Teologo e Giovanni Crisostomo, due Padri della Chiesa d'Oriente, due Santi Patriarchi di Costantinopoli, due Dottori della Chiesa che, con San Basilio il Grande, sono sempre stati onorati con una festa nella Chiesa cattolica. E noi, ogni volta che «incontriamo questi nostri Padri, ne siamo confermati nella fede e incoraggiati nella speranza» (Lettera ap. *Patres Ecclesiae*, 1).

2. Ecco che ora alcune loro reliquie - resto di quei corpi che hanno vissuto la sequela di Cristo, hanno sofferto la persecuzione per il suo Nome e sono stati tempio dello Spirito Santo - ritornano a Costantinopoli.

Nella traslazione di così sante reliquie noi vediamo un'occasione benedetta per purificare le nostre memorie ferite, per rinsaldare il nostro cammino di riconciliazione, per confermare che la fede di questi nostri Santi Dottori è la fede delle Chiese d'Oriente e d'Occidente. Vediamo, altresì, l'ora propizia per «mostrare con parole e gesti di oggi le immense ricchezze che le nostre Chiese conservano nei forzieri delle loro tradizioni» (*Oriente lumen*, 4).

È questo il «momento favorevole» per unire alla loro intercessione la nostra preghiera, affinché il Signore affretti l'ora in cui potremo insieme, nella celebrazione della Santa Eucaristia, vivere la piena comunione, e contribuire così in modo più efficace a far sì che il mondo creda che Gesù Cristo è il Signore.

3. Amato Fratello, non mi stancherò mai di cercare fermamente e risolutamente questa comunione tra i discepoli di Cristo, perché il mio desiderio, in risposta alla volontà del Signore, è di essere servo della comunione «nella verità e nell'amore, affinché la barca - il bel simbolo che il Consiglio ecume-

nico delle Chiese ha scelto come emblema - non sia squassata dalle tempeste e possa un giorno approdare alla sua riva» (*Ut unum sint*, 97).

Il Signore, che viene in mezzo ai suoi santi (cfr *Zc* 14, 5), confermi i nostri propositi e ci custodisca nell'impegno del quotidiano adempimento del comandamento nuovo.

Nella pazienza di Cristo e nella carità di Dio, con fraterno affetto.

Dal Vaticano, 27 novembre 2004.

IOANNES PAULUS PP. II

CHIROGRAPHUM

Al Venerato Fratello

Mons. YouHANNA FouAD EL-HAGE

Arcivescovo di Tripoli del Libano dei Maroniti

Presidente di Caritas Internationalis

1. Durante l'Ultima Cena, alla vigilia della sua Passione, il Signore Gesù ha lasciato una precisa richiesta ai suoi Apostoli: «Vi do un comandamento nuovo, che vi amiate gli uni gli altri, come io vi ho amati». ¹ Sorretta da questo mandato, la Chiesa ha annunciato il Vangelo e dispensato la grazia dei sacramenti, sempre preoccupandosi di accompagnare la sua azione con la testimonianza dell'amore.

Così, fin dagli inizi, la vita della comunità cristiana si è caratterizzata per l'esercizio fattivo della carità, espressa in particolare nell'attenzione ai poveri e ai deboli. ² Da quasi due secoli, poi, sono sorti in ambito diocesano e parrocchiale gruppi che hanno successivamente assunto il nome di Caritas, perseguendo lo scopo di assistere quanti versavano in stato di necessità. Col tempo essi hanno iniziato a coordinarsi anche a livello nazionale ed internazionale.

Nel contesto dell'Anno Santo del 1950, il mio venerato Predecessore, il Servo di Dio Pio XII, volle dar vita, a Roma, a un organismo che, a livello di Chiesa universale, riunisse le organizzazioni caritative nazionali autorizzate dai rispettivi Episcopati, per favorirne la reciproca conoscenza, coordinazione

¹ *Ev* 13, 34.

² Cfr *At* 2, 42-47.

e collaborazione nello svolgimento dell'attività caritativa e sociale nelle diverse parti del mondo. Anche gli altri miei Predecessori di v.m. hanno seguito con paterno e fattivo interesse la crescita di Caritas Internationalis: il Servo di Dio Paolo VI poteva così attestare con soddisfazione che essa «è dappertutto all'opera».³

2. Nata dall'impulso di questa Sede Apostolica, che poi ne ha seguito e orientato l'attività, Caritas Internationalis si configura come una Confederazione di organismi caritativi, in genere Caritas nazionali. Tale Confederazione, senza togliere alle Caritas nazionali l'autonomia che loro compete, ne favorisce la collaborazione, svolgendo compiti di animazione, coordinamento e rappresentanza. Caritas Internationalis è perciò congiunta, per sua origine e natura, con uno stretto vincolo ai Pastori della Chiesa e, in particolare, al Successore di Pietro, che presiede all'universale carità⁴ ispirando la sua azione al Vangelo e alla tradizione della Chiesa.

Dalla data della sua costituzione, numerosi e rilevanti sono stati gli interventi che Caritas Internationalis ha realizzato, mediante le organizzazioni che la compongono, ottenendo riconoscimento e prestigio anche da parte della autorità civili.

3. Pertanto, a conferma del ruolo ecclesiale svolto da questa benemerita Confederazione, accogliendo la richiesta esplicitamente fatta a tale proposito, in virtù dell'autorità apostolica e a norma del Codice di diritto canonico, concedo a Caritas Internationalis la personalità giuridica canonica pubblica.⁵ Ne confermo gli Statuti e il Regolamento, che dovranno essere interpretati alla luce di quanto stabilito in questo Chirografo. Ogni loro modifica dovrà essere da me confermata, così come l'eventuale trasferimento della sede sociale, che si trova attualmente nell'Urbe. ⁿ

Per lo speciale legame di Caritas Internationalis con la Sede Apostolica, la lista dei candidati sia per la funzione di Presidente che per quella di Segretario Generale della Confederazione dovrà essere sottoposta all'approvazione del Papa, prima di essere ufficialmente proposta al voto definitivo dell'Assemblea Generale.

La Santa Sede, inoltre, acquisiti i pareri opportuni, nomina un Assistente Ecclesiastico, il quale partecipa di diritto all'attività degli Organi istituzionali.

³ Enciclica *Populorum progressio*, 46

⁴ Cfr Sant'Ignazio d'Antiochia, Ep. *ad Romanos*, inscr.

⁵ Cfr cann. 116-123 del Codex Iuris Canonici.

4. Tenendo conto di quanto stabilito dalla Costituzione Apostolica *Pastor Bonus*,⁶ affido al Pontificio Consiglio «Cor Unum» il compito di seguire ed accompagnare l'attività di Caritas Internationalis, sia in ambito internazionale che nei suoi raggruppamenti regionali. Il Dicastero verrà perciò debitamente informato circa le iniziative della Confederazione ai diversi livelli e parteciperà di diritto alle riunioni degli organi della stessa, nonché alle riunioni per il coordinamento dell'attività promossa da Caritas Internationalis. Il Pontificio Consiglio in parola contribuirà a mantenere vivo lo spirito ecclesiale nella Confederazione e, in particolare, vigilerà a che l'attività dei Membri della stessa, svolta in coordinamento internazionale, si realizzi in collaborazione con le Chiese locali interessate e con i loro Pastori. Caritas Internationalis avrà infine cura di sottoporre al Pontificio Consiglio «Cor Unum», prima della loro pubblicazione, i testi di orientamento che intende emanare.

5. Inoltre, Caritas Internationalis per la sua attività a livello internazionale, soprattutto presso gli Organismi Internazionali e in zone del mondo con particolari difficoltà, farà riferimento alla Segreteria di Stato.

Per questioni specifiche, Caritas Internationalis agirà in collaborazione anche con altri Dicasteri della Curia Romana, in particolare con il Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace, il Pontificio Consiglio della Pastorale dei Migranti e degli Itineranti ed il Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari, in conformità con le competenze per essi stabilite dalla Costituzione Apostolica *Pastor Bonus*.

6. Mentre auspico che questo atto rafforzi i vincoli di comunione di Caritas Internationalis con la Chiesa universale, ordino che quanto qui disposto venga fedelmente osservato. Neil'affidare l'impegno e l'attività della Confederazione all'intercessione della Beata Vergine Maria della Visitazione e di San Martino de Porres, che della Confederazione stessa sono i celesti Patroni, imparto a Lei, venerato Fratello, e a tutti i componenti una speciale Benedizione Apostolica.

Da Castel Gandolfo, 16 settembre 2004.

IOANNES PAULUS PP. II

⁶ Cfr art. 146 § 2.

HOMILIAE

I

Homilia Lapurdi habita.*

1. « *Que soy era Immaculada Councepciou* ». Les paroles que Marie adressa à Bernadette le 25 mars 1858 résonnent avec une intensité toute particulière en cette année au cours de laquelle l'Église célèbre le cent cinquantième anniversaire de la définition solennelle du dogme proclamé par le Bienheureux Pie IX dans la Constitution apostolique *Ineffabilis Deus*.

J'ai vivement désiré accomplir ce pèlerinage à Lourdes pour rappeler un événement qui continue à rendre gloire à la Trinité une et indivise. La conception immaculée de Marie est le signe de l'amour gratuit du Père, l'expression parfaite de la rédemption accomplie par le Fils, le point de départ d'une vie totalement disponible à l'action de l'Esprit.

2. Sous le regard maternel de la Vierge, je vous salue tous cordialement, chers Frères et Sœurs venus à la grotte de Massabielle pour chanter les louanges de Celle que toutes les générations proclament bienheureuse.¹

Je salue les cardinaux, les évêques et les prêtres. Merci de votre présence. Je salue en particulier les pèlerins français et leurs évêques, notamment Monseigneur Jacques Perrier, Évêque de Tarbes et Lourdes, que je remercie pour les aimables paroles qu'il m'a adressées au début de cette célébration.

Je salue aussi le Métropolitain Emmanuel, Président de l'Assemblée des Évêques orthodoxes de France. Je salue Monsieur le Ministre de l'Intérieur, qui représente ici le Gouvernement français, ainsi que les autres personnes qui font partie des Autorités civiles et militaires présentes.

Ma pensée affectueuse rejoint aussi tous les pèlerins venus ici de diverses parties de l'Europe et du monde, et tous ceux qui sont unis spirituellement à nous par la radio et la télévision. Je vous salue avec une particulière affection, chers malades, qui êtes venus dans ce lieu béni pour chercher soulagement et espérance. Que la Vierge sainte vous fasse percevoir sa présence et qu'elle réconforte vos coeurs!

